The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto, Ont.

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/decultudivinosec00maim

Moses Maimonides

The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto, Ontario

DE CULTU DIVINO,

EX R. MOSIS MAJEMONIDÆ SECUNDA LEGE, ſeu MANU FORTI

Liber VIII.

DIVIDITUR IN IX. TRACTATUS,
QUORUM
Seriem pagina è regione Elenchi poſita
declarabit.

Acceſſerunt Tabulæ ære inciſæ, in quibus exprimitur Hieroſolymitani Templi forma accuratiſſimè, & eleganter deſcripta.

Hunc Librum ex hebræo latinum fecit, & notis illuſtravit
LUDOVICUS DE COMPIEGNE DE VEÏL,
D. A.



PARISIIS,
Apud GUIDONEM GAILLOU, Bibliopolam, viâ Jacobæâ, ſub
Conſtantia.

M. DC. LXXVIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Moses b. Maimon

Moses Maimonides

The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto, Ontario

DE
CULTU DIVINO,
EX R. MOSIS MAJEMONIDÆ
SECUNDA LEGE, ſeu MANU FORTI

Liber VIII.

DIVIDITUR IN IX. TRACTATUS,
QUORUM
Seriem pagina è regione Elenchi poſita
declarabit.

Acceſſerunt Tabulæ ære inciſæ, in quibus exprimitur Hieroſolymitani Templi forma accuratiſſimè, & eleganter deſcripta.

Hunc Librum ex hebræo latinum fecit, & notis illuſtravit
LUDOVICUS DE COMPIEGNE DE VEÏL,
D. A.



PARISIIS,
Apud GUIDONEM GAILLOU, Bibliopolam, viâ Jacobæâ, ſub Conſtantia.

M. DC. LXXVIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

JAN 15 1935

7520

ILLUSTRISSIMO VIRO JACOBO NICOLAO COLBERT, ABBATI BECCENSI, PRIORI ET DOMINO CHARITATIS ET AMBERTÆ.

NOVAM lucubrationem tibi, VIR ILLVSTRISSIME, qua nihil eſt antiquius, offero, auguſtum illud Salomonis templum ad doctrinam perpetuæ traditionis deſcriptum, ſimul & ea, quæ ſunt à Moyſe inſtituta, ſacra hoc libro Majemonidæ luculenter expoſita. Quod meum munus tibi haud ingratum eſſe futurum facilè mihi perſuadeo, quippe cùm omnia litterarum monumenta tuum animum ad ſapientiam egregiè conformatum oblectent, tum allicit ad ſe & trahit id ſcriptorum genus, quibus myſteria Divinorum Codicum aperiuntur, & traditur ſacrorum religio. Nimirum hæc ſtudia tantò ceteris antecellunt, quantò res

divinæ præſtant humanis, hæc perſonæ tuæ congruunt, hæc inprimis confectum his diebus tuum illud doctrinæ curriculum nobilitarunt. Nam vel eo temporis ſpatio, quod plerique omnes elementis impendunt hujus Divinæ Scientiæ, tu ſubtilem Scholaſticorum diſciplinam, tu Theologorum interiora ac recondita dogmata, tu relicta ab Eccleſiæ patribus monumenta, tu ſacrorum Voluminum oracula animo comprehendiſti. Jam tum diſputationes illæ tuæ, publicas dico, omnem continebant Theologiæ rationem, quam in hujuſce Pariſienſis luce Facultatis ſic ediſſeruiſti, ſic cum doctoribus vel acutiſsimis agitaſti, ut ſingulare teſtimonium eruditionis tibi ſacer Theologorum ordo dandum eſſe duxerit. Biennium totum præparationis ad illam Licentiam, quam vocant, ultrò remiſit tibi, quippe qui maximam partem jam diſputaſſes ea, quæ in alterum iſtud hujus doctrinæ ſtadium fere differuntur: id verò eſt hoc magis commemorandum, quòd & tibi nec-opinanti, & præter te adhuc obtigerit nemini. Atque in hanc alteram Palæſtram ea dediſti ſpectacula, quæ omnium expectationem vicerunt. Neque enim ſatis habuiſti tribus diſputationibus longè celeberrimis omnem antiquitatis memoriam, univerſa ſacrorum jura, multiplicem & variam Eccleſiaſticæ politiæ diſciplinam colligere & tueri: ſimul ad explicandam publicè Philoſophiam deſcendiſti, quam quidem ita tractaſti, ut in concentum ejus concinnares quidquid eximium in hoc genere veneranda vetuſtas litteris commendavit, & in lucem protulit ætas noſtra tot & tanta-

rum rerum ac tam memorabilium inventrix ; ut in explanatione rerum, quas fere Scholæ barbaries infuſcat, eluceret latinè loquendi accurata & ſine moleſtia diligens elegantia ; ut rerum cauſis & rationibus adderes vim experimentorum maximam, quibus evolveres quidquid priùs obſcuritate naturæ velut quibuſdam integumentis obductum eſſe videretur. His profectò de cauſis ſpectatiſſima Societas Sorbonica & annum ante, quàm ferebat conſuetudo, numero ſuorum adſcripſit te, & nihil hac de re cogitantem Priorem Domus ſuæ creavit ; immo verò & nonnullos è ſuis ad te miſit, qui nomine ſuo te rogarent, ut Domus illius honeſtandæ cauſa munus hoc ſuſciperes : ipſa videlicet ornamenta hoc ſplendore tuo illuſtrari putabat ſapientiſſimus ille patrum cœtus : nova adeo tibi laudis inſignia, nova exiſtimationis eſſe ſtatuenda monumenta. Quantam verò & quàm eximiam, ABBAS ILLUSTRISSIME, tum conſecutus es gloriam, cùm digniſſimus Sorbonæ Prior præclaras illas orationes habuiſti de præſtantia Facultatis Theologicæ ? Enimverò in hujus Ordinis laudibus celebrandis oſtendiſti te eloquentiam omnibus numeris abſolutam habere, ubertatem & quaſi ſylvam dicendi, verborum atque ſententiarum lumina, & actionem plenam ſplendoris ac dignitatis. Atque hîc cùm maximè datur locus augurandi de iis, quæ in poſterum facturus ſis : ego verò pro meæ orationis tenuitate breviter dicam & ſimpliciter te biennio peregiſſe partes Oratoris, Philoſophi, & Theologi. Etenim exemplum ad

BM
545
.C8

imitandum tibi propoſuiſti Parentem cùm ceterarum laude virtutum præcellentem, tum in patientia laboris admirabilem, qui cùm Regi ſit ab omnibus Conſiliis & Secretis, idem ærarium hujus Imperij ratione ſtupenda moderatur, Regiis ædificiis multifariàm extruendis Præfectus invigilat, rem navalem adminiſtrat & amplificat, commercium uſquequaque adauget, idemque omni artificio perpolienda opera manufacta curat, cunctas artes & litteras fovet, propagat, excolit. Is adeo litterarum & ingeniorum Cultor juſsit, imperavit; ut latinè redderem Majemonidæ Secundam Legem, ex qua nunc totum de Divino Cultu librum ſummo ſtudio tibi dico, conſecro. Et in ſpem adducor, fore, ut hoc meum qualecunque munuſculum non ita parvi facias, quia enim ipſum impensè commendat venerandi Patris auctoritas. Non fallet me mea ſpes: erit, erit hoc, quæ tua eſt humanitas, ſicut obſequij & obſervantiæ in te meæ, ita & tuæ erga me benevolentiæ patrocinijque pignus & teſtimonium publicum, idemque perpetuum. Vale. Lutetiæ Pariſiorum tertio nonas Januarij.

PROOEMIUM
INTERPRETIS.

QUARTUM hunc laborem, Benevole Lector, ex eodem, atque ſuperiores, R. Moſis Majemonidæ opere illo, quod eſt totius compendium Talmudis, expreſſum profero. Ac illis quidem, quas antehac emiſi, lucubrationibus addidi ejuſmodi procœmia, ut non tam ſingulis partibus, quàm univerſo illi, quod jam dixi, operi præfatus eſſe videar. In his enim de traditionis Judaïcæ ratione ita diſſerui, ut rem ab origine uſque repetens per ſingula deinceps ſecula deducerem, uſque adeo, donec ad ætatem perveni ſcriptoris noſtri. Et hic qua tandem ratione traditionem concinnârit, quo ordine diſpoſuerit, qua partitione diviſerit ac diſtinxerit, quo porro nomine opus hoc ſuum ipſe inſcripſerit, atque alij poſtmodùm appellârint, expoſui quàm fieri potuit accuratiſſimè: tum verò cur ego hoc compendium Talmudis ex hebræo latinum faciendum ſuſceperim, cauſam reddidi eam, quam judicârunt omnes idoneam. Hic autem Liber Tractatus habet novem: primus eorum eſt de Ædificio Templi Hieroſolymitani, quod quidem ad rei veritatem exprimere tam eſt difficile, quam quod maximè. Joannes enim Baptiſta Villalpandus, vir bonarum artium laude præſtans ſe ſcribit decem & ſex annos totos in hujus Templi artificio percipiendo, deſcribendoque poſuiſſe, atque id temporis tam aſſiduo ſe labore

defatigâſſe, tantaque animi contentione, tot denique vigiliis, uti vita ſæpius in extremum adduceretur diſcrimen. Et à viro illo, qui, ut ipſe dicit, neque ſumptibus, nec tempori, nec labori, nec incommodis pepercit ullis, tandem exiit Hieroſolymitani Templi forma, non ad hiſtoriæ fidem deſcripta, ſed ad exemplar ſumptuoſi ædificij. Immo verò vir ille totus eſt in eo, ut ſuam hanc Templi Salomonici deſcriptionem ad Vitruvij præceptionem conformet, idemque demonſtret Græcis Latiniſque nulla alia re, quàm hujus auguſtæ fabricæ notatione atque animadverſione partam eſſe ædificandi artem. Majemonides autem Templi expreſſit imaginem eam, quæ tantò minus habet artificij, quantò eſt vero ſimilior, quæ perpetuæ ac conſtanti traditioni conſonat, eademque Sacrorum Voluminum oraculis aptè quadrat. Idem hic ſingulis Templi partibus acutè deſcribendis multa huc pertinentia Divinæ Scripturæ loca obſcura patefacit atque illuſtrat, quæ poſſunt ideo pro novis afferri, quia nec ab interpretibus, nec à pictoribus adhuc ſatis intellecta ſunt. Appendices Templi, verbi gratiâ, ſeu thalamos, in quibus ſacerdotes, ac reliqui ſacrorum miniſtri vicem exercentes degebant, ad hoc uſque tempus ipſius Templi pariete conjunctos voluerunt omnes ad unum, quod & Templo minus decorum, nec Textui ſacro conſentaneum eſt: at noſter hos docet aſtructos fuiſſe atrij muro, qui quidem abs Sacrario ſic ſatis longè diſtabat. Rurſus Majemonides lateribus atrij tribus tres graduum ſcapos rectos ita circunductos repræſentat, ut his ad Templi cœnaculum ſcanderetur, cùm in ipſius angulo Sacrarij gradus in cochleæ modum effingunt ceteri. Quid dicam de panibus propoſitionis? Hos ubique videas ita depictos, ut alius in alio recumbat; atenim dimidiati ex auro calami excavati inter eos interpoſiti eò fuerant, ut mucorem ab his panibus plenam

hebdomadam aſſervandis arceret aura facilè per omnes hac ratione penetrans. Iidem panes haud ſecus ac vulgares figuræ rotundæ exhibentur uſque : contrà ſcriptor noſter hujus Libri Tractatu VI. ad Articulum IX. Capitis V. diſertè docet panes iſtos figuræ fuiſſe quadratæ, id quod cunctis Hebræis cum eo convenit. Quin etiam Hebræorum eſt doctrina conſtans ac conveniens altare cùm uſquequaque ſolidum fuiſſe, tum in ejus ſuprema parte conglobatum ſemper eſſe cineris cumulum, qui oſtentaret quàm magna victimarum adoleretur copia, quod cum Judaïcæ religionis genio, etiam illius antiquæ mirificè congruit : atqui omnis omnium pictura in altari ſummo effingit elegantem quandam atque artificioſam craticulam, per quam cinis decideret in cavum neſcio quod. Hunc ego Tractatum poſtquam ex hebræo latinè converteram legendum dedi D. PERRAULT, phyſicæ rei, medicæque, ac cunctarum adeo primarum artium peritiſſimo, qui nunc nuper Vitruvij monumenta ad eum uſque diem craſſis tenebris circunfuſa gallicis litteris illuſtravit, & notis, quarum eximiam doctrinam ſatis dignè laudabit nemo : tum figuras appoſuit ejuſmodi, ut eas ſtudioſiſſimus litterarum & artium propagator LUDOVICUS MAGNUS ſuis ſumptibus curârit excudendas quàm elegantiſſimè; quippe quas idem prudens rerum æſtimator judicârit ſibi gloriæ fore, & utilitati publicæ plurimùm conducturas. Hic igitur D. PERRAULT, quem honoris causâ iterum appello, lecto hoc Tractatu, Templi formam à Majemonide deſcriptam ſua manu depinxit, ac diſtribuit in Tabulas tres, quibus & egregiam adjunxit diſſertationem, quæ *Monitum* inſcribitur, in qua nova illa Majemonidæ, de quibus ſuprà, firmiſſimis ſuis tuetur argumentis & rationibus. Hæc igitur ad calcem hujus I. Tractatûs adjecta, grate Lector, huic clariſſimo viro accepta referes. In

ſequentibus enim hujus Libri partibus tractatur de Templi inſtrumentis & miniſtris idoneis: de miniſtrorum initiamentis, vicibus, ordinibus, honoribus, officiis, inſignibus, atque de totius Hierarchiæ Judaïcæ ratione ac diſpoſitione: porro & de legitimis hoſtiis, de multis ac variis ſacrorum generibus, de quotidianis & dierum ſolemnium cerimoniis, & horum ſimilibus, quæ nos omnia in ſubjecto ſub hoc Procœmium Elencho nominatim perſequimur. Nihil eſt igitur hoc verius ſine cognitione rerum, de quibus hoc Libro commodè explicatur, pleraque Veteris & Novi Fœderis haud pauca omnino intelligi non poſſe. Et hac de cauſa nos hujus Libri textui longè plures, quàm antea ſolebamus, notas addidimus, & magis etiam, ni fallor, exquiſitas. Hæ, quoniam ſeparatim ſingulis paginis adjiciuntur, characteribus excuſæ ſunt paulò minutioribus, quàm textus, ad cujus articulos poſitis utrinque aſteriſcis velut annectuntur. Nunc etiam unum, quod aliàs à nobis dictum, denuo dicendum eſt. Opus hoc Majemonidæ Venetiis, non alibi quod ſciam, excuſum eſt multis ſanè temporibus, ac formis: & in hoc editionum numero mira lectionum eſt varietas. Ego verò ad hanc meam interpretationem uſus ſum exemplaribus Regiæ Bibliothecæ duobus; quorum unum excuſum anno 1524. in Folio majori diſtribuitur in volumina duo: alterum in Folio minori excuſum anno 1574. fere dividitur in tomos quatuor. In utraque editione textui adjunguntur commentarij duo, & quædam inſuper animadverſiones. Quòd autem in his itidem, ut in ceteris editionibus textus à textu diſcrepat, idcirco harum ego duarum editionum varietatem eam, quæ in Tractatu I. de Ædificio Templi exiſtit, ad finem hujus Libri poſui. Id volui videlicet quoddam exhibere quaſi ſpecimen, ex quo Lector ſtudioſus judicet de ceteris, ſi meam interpretationem conferre cum auctoris

textu lubuerit. Quanquam facere non potui, quin in reliquo Libro per notas ad marginem appoſitas identidem unius, aut alterius, & nonnunquam utriuſque editionis lectionem depravatam corrigerem. Ac de hujus Libri ratione, & de noſtræ interpretationis inſtituto ſatis dictum eſt.

EXTRAIT DU PRIVILEGE du Roy.

PAR Grace & Privilege du Roy, il eſt permis au Sieur LOÜIS DE COMPIEGNE, Interprete ordinaire du Roy des Langues Orientales, de faire imprimer un Livre intitulé, *Rabbi Moſis Majemonidæ Secunda Lex, ſive Manus Fortis*, & iceluy mettre en vente pendant le temps & eſpace de ſept années, & deffenſes ſont faites à tous Libraires & Imprimeurs & autres perſonnes d'imprimer ou faire imprimer, vendre ou debiter ledit Livre, en quelque ſorte & maniere, & ſous quelque pretexte que ce ſoit, ſans le conſentement dudit Sieur Expoſant, ſur peine de confiſcation des Exemplaires, de tous dépens, dommages & intereſts, & d'une amende arbitraire. Donné à Paris le 10. de Janvier 1669. Signé par le Roy en ſon Conſeil,

GARNIER.

Et ledit Sieur de Compiegne a cedé ſon droit de Privilege pour le Livre ſeulement *de Cultu Divino*, à Guy Caillou, Marchand-Libraire à Paris, ſuivant l'accord fait entr'eux.

Regiſtré ſur le livre de la Communauté des Marchands-Libraires & Imprimeurs de Paris, ſuivant l'Arreſt du Parlement du 8. Avril, 1653.
Signé A. SOUBRON.

Achevé d'imprimer pour la premiere fois le 10. Janvier 1678.

ſequentibus enim hujus Libri partibus tractatur de Templi inſtrumentis & miniſtris idoneis : de miniſtrorum in[illegible]men-tis, vicibus, ordinibus, honoribus, officiis, inſignibus, atque de totius Hierarchiæ Judaïcæ ratione ac diſpoſitione : porro & de legitimis hoſtiis, de multis ac variis ſacrorum generibus, de quotidianis & dierum ſolemnium cerimoniis, & eorum ſimilibus, quæ nos omnia in ſubjecto ſub hoc Procœmium Elencho nominatim perſequimur. Nihil eſt igitur hoc verius ſine cognitione rerum, de quibus hoc Libro commodè explicatur, pleraque Veteris & Novi Fœderis haud pauca omnino intelligi non poſſe. Et hac de cauſa nos hujus Libri textui longè plures, quàm antea ſolebamus, notas addidimus, & magis etiam, ni fallor, exquiſitas. Hæ, quoniam ſeparatim ſingulis paginis adjiciuntur, characteribus excuſæ ſunt paulò minutioribus, quàm textus, ad cujus articulos poſitis utrinque aſteriſcis velut annectuntur. Nunc etiam unum, quod aliàs à nobis dictum, denuo dicendum eſt. Opus hoc Majemonidæ Venetiis, non alibi quod ſciam, excuſum eſt multis ſanè temporibus, ac formis : & in hoc editionum numero mira lectionum eſt varietas. Ego verò ad hanc meam interpretationem uſus ſum exemplaribus Regiæ Bibliothecæ duobus ; quorum unum excuſum anno 1524. in Folio majori diſtribuitur in volumina duo : alterum in Folio minori excuſum anno 1574. [illegible]re dividitur in tomos quatuor. In utraque editione textui adjunguntur commentarij duo, & quædam inſuper animadverſiones. Quòd autem in his itidem, ut in ceteris editionibus textus à textu diſcrepat, idcirco harum ego duarum editionum varietatem eam, quæ in Tractatu I. de Ædificio Templi exiſtit, ad finem hujus Libri poſui. Id volui videlicet quoddam exhibere quaſi ſpecimen, ex quo Lector ſtudioſus judicet de ceteris, ſi meam interpretationem conferre cum auctoris

textu luuerit. Quanquam facere non potui, quin in reliquo Libro pr notas ad marginem appoſitas identidem unius, aut alterius & nonnunquam utriuſque editionis lectionem depravatam corrigerem. Ac de hujus Libri ratione, & de noſtræ interpretationis inſtituto ſatis dictum eſt.

EXTRAIT DU PRIVILEGE du Roy.

PAR Grac & Privilege du Roy, il eſt permis au Sieur LOÜIS DE COMPIEGNE, Interprete rdinaire du Roy des Langues Orientales, de faire imprimer un Livre intitulé, *Rabbi Moſis ajemonidæ Secunda Lex, ſive Manus Fortis*, & iceluy mettre en vente pendant le temps eſpace de ſept années, & deffenſes ſont faites à tous Libraires & Imprimeurs & autres perſonnes d'imprimer ou faire imprimer, vendre ou debiter ledit Livre, en quelque ſorte & manie, & ſous quelque pretexte que ce ſoit, ſans le conſentement dudit Sieur Expoſant, ſur pe e de confiſcation des Exemplaires, de tous dépens, dommages & intereſts, & d'une amende bitraire. Donné à Paris le 10. de Janvier 1669. Signé par le Roy en ſon Conſeil,

GARNIER.

Et ledit Sie: de Compiegne a cedé ſon droit de Privilege pour le Livre ſeulement *de Cultu Divino*, Guy Caillou, Marchand-Libraire à Paris, ſuivant l'accord fait entr'eux.

Regiſtré ſur livre de la Communauté des Marchands-Libraires & Imprimeurs de Paris, ſuivant l'Arreſt du Parlement du 8. Avril, 1653.

Signé A. SOUBRON.

Achevé d'imprimer pour la premiere fois le 10. Janvier 1678.

SERIES TRACTATUUM.

TRACT. I. De Domo Selecta, ſeu de Figura & Forma ædificij Templi.

II. De Apparatu Templi, Inſtrumentis, atque de Miniſtris ejus.

III. De Ratione adeundi Templi.

IV. De Rebus Altari Interdictis.

V. De Ratione Sacrificiorum Faciendorum.

VI. De Sacrificiis Jugibus.

VII. De Sacris Temeratis.

VIII. De Ratione Faciendi Rem Divinam Die Solemni Expiationum.

IX. De Sacrorum Abuſu.

ELENCHUS.

TRACTATUS I.

CAP. I. Apparandum locum religioni ſacrorum: Moyſis tabernaculum ſubſtitiſſe Galgalis ad ſubactam Palæſtinam: tum è ſaxis ædem Schilunte, & diverſis inde locis duo deinceps extructa Sanctuaria: denique Salomonis eſſe exædificatum in monte Moria templum. Ad templum primum directum eſſe poſterioris ædificium. Quid propriè ſonet templum? Quid atrium? Quid Sanctuarium? Sanctuarium quibus rebus ſit inſtruendum? Certos in atrio fuiſſe conſtitutos terminos. Conſtruendum templum è ſaxis procul inde quadratis. Pavimentum templi lapidibus ſtratum fuiſſe pretioſis: nam templum pro Eccleſiæ facultatibus decorandum. Templi ædificium adjuvâſſe omnes opibus & operâ. Altare extruendum è ſaxis, & his è terra virgine exciſis. Aggerem ſeu collem conſtructum fuiſſe ad altare, quò gradibus aſcendere nefas erat. Cuncta rei divinæ inſtrumenta è metallo facienda.

CAP. II. Altaris ſitum mutatum eſſe nunquã. A Salomone extructum altare eodem loco, quo filium immolaturus altare extruxerat Abraham. Quænam eſſent dimenſiones altaris in utroque templo? Ejus forma & figura. Dimenſiones collis ad altare extructi. Duæ menſæ colli aſtructæ, & harum uſus.

CAP. III. Candelabri pondus & formam deſcriptam pendere è varietate materiæ. Quam figuram exprimerent ornamenta candelabri? Candelabri altitudo, & hujus deſcriptio. Menſæ ſacræ dimenſiones, & ſitus: porro ſitus reliquorum inſtrumentorum ſacrorum. Quibus rebus eſſet inſtructa menſa ſacra? Altaris ſuffimenti dimenſio & ſitus. Labrũ ex quo lavabant ſacerdotes.

CAP. IV. Arca fœderis quid contineret? Eam abſconditam à Joſia non eſſe reſtitutam in templo ſecundo: in eodem inter Sanctum & Sanctum Sanctorum fuiſſe vela duo. Totius templi dimenſiones. Porta templi quàm alta, quàm lata fuiſſet, quot haberet valvas, & adjuncta lateribus oſtiola? Quàm altum & latum fuiſſet oſtium veſtibuli? Quibus eſſet ſupernè decoratum ornamentis? Nova deſcriptio appendicum ſeu thalamorum templo extrinſecus circundatorum, de quibus obſcuriùs 3. Reg. cap. 6. Veſtibuli parietes ab imo ad ſummum certa quadam varietate fuiſſe diſtinctos. Gradus fuiſſe templo ita circunductos, ut his ad faſtigium ædificij ſcanderetur. Fabri ſi quid opus eſſet quo pacto in Sanctum Sanctorũ intromitterentur?

CAP. V. Mons Moria, qui idem mons ædis: ejus muri, fornices, portæ, ſcamna, cancelli. Dimenſiones atrij, ſitus, & portæ: atrium mulierum, ejus podium, quatuor conclavia, & horum uſus, adjunctumque ædificium, cui nomen *Domus ardoris*, hujus conclavia, & eorum uſus. Subter Sanctuario diducta cryptoporticus. Atrium ſacerdotum, atrium Iſraëlitarum, templi laniena. Multa & varia conclavia in atrio Iſraëlitarum ædificata, quorum in uno conſidebat Senatus ille, qui vulgò *Sanhedrin* dicitur, & alterum erat ſummi ſacerdotis.

CAP. VI. Bonam partem templi fuiſſe in clivo montis ſitam. Ubi Levitæ canerent ad ſacra? Tecta & cœnacula templi non haberi ſancta. Penes quos eſſet poteſtas urbis & atrij amplificandi? Quibus ſacris & cerimoniis incrementum illud dedicaretur? Templi etiam deſtructi ſede fieri ſacra licere. Unde ſanctitudo templi & urbis?

CAP. VII. Qualis & quanta reverentia adverſus Sanctuarium adhibenda? Quis nunc honor habendus loco, ubi ſitum erat templum? Urbem tripertitò diviſam repræſentâſſe diſtinctionem & deſcriptionem caſtrorum in deſerto auctoritate divina conſtitutam. In terra Iſraëlitarum fuiſſe ſanctitatis genera decem. Singulis hebdomadis perluſtratum eſſe templum ecquid in ædificio reſi-

ciendum eſſet?

CAP. VIII. Honoris causâ templum munitum fuiſſe cuſtodiis: partim cuſtodiarum fuiſſe ſacerdotes, partim Levitas: illos intus cuſtodîſſe, hos extrinſecus. Vigilias tota nocte à præfecto eſſe luſtratas: ſi quos offenderet dormientes, verberibus multâſſe, & veſtes eorum interdum inflammâſſe.

Ad calcem hujus Tractatûs adjecta ſunt Tabulæ tres: earum prima totius templi continet Ichnographiam: altera templi partem eam, quæ ſpectabat ad orientem, exprimit, & atrij latus id, quod ſeptentrionem reſpiciebat: tertia menſam cum panibus propoſitionis, & altare cum colle adjuncto repræſentat.

TRACTATUS II.

CAP. I. Oleum unctionis quando, quibus è rebus ſit effectum? Hoc oleo inauguratos reges, pontifices, ſacerdotes feciales, & ab initio dedicata vaſa ſacra. Quot eſſent in Sanctuario menſuræ cavæ cùm rerum ſiccarum, tum aridarum?

CAP. II. Suffimentum ubi, quando, quibus è rebus, qua ratione efficeretur, & ſervaretur? Quo loco, quóque pondere incenderetur?

CAP. III. Levitas omnes ſacris addictos tẽpli fuiſſe cuſtodes, janitores & cantores. Ad cantum divinum quænam adhiberentur fidiũ genera? Levitas quinquennio divinum miniſterium eſſe doctos. Quo ætatis anno, quo corporis vitio fierent divino miniſterio inhabiles? Quo ordine fuerint eorum deſcriptæ vices?

CAP. IV. Fuiſſe cunctos ſacerdotes diſtributos in curias viginti quatuor: earum ſuâ quamque hebdomadâ deinceps vicem obiiſſe: rurſusquamque curiam diviſam eſſe in familias ſeptem, quarum ſingulæ ſingulis diebus ſacris operarentur: at diebus ſolemnibus omnes ſacerdotes æquè jus habuiſſe altari miniſtrandi. Quot eſſent inter ſacerdotes dignitatis gradus?

CAP. V. Quis pontificatu dignus? Pontificis gravitas: ejus lugentis officium, & conſolandi formula. Tota fere die pontificem in Sanctuario ſediſſe. Solum illud Synedrium maximum de capitali pontificis cauſa cognôſſe. Pontificem non habuiſſe ſimul uxores duas, non duxiſſe viduam. Ei fuiſſe in manu, ut quotidie ſacra faceret, & è ſacris quam vellet portionem præciperet. Quo ætatis anno ſacerdotes ſacrificare inciperent? Quo pacto ſacerdotes, quo pontifex ſacris initiandus eſſet?

CAP. VI. Hominis ſacrificium niſi intereſſet ipſe fieri non potuiſſe: publicis ſacris aſtitiſſe legatos ab univerſo populo viros: hos eſſe deſcriptos in ſtationes viginti quatuor: earũ ſuâ quamque vice functam eſſe hebdomadam totam. Sacrificium & ſolemnitas lignorum, quæ à Joſepho *Xylophorias* nominatur.

CAP. VII. In Sanctuario homines quindecim præfectos eſſe obſervationi & deſcriptioni temporis, portis claudendis & aperiendis, cuſtodiis, cantoribus, cunctis fidiũ generibus, ſortibus, pullis ſacrificandis, ſigillis, libationibus, ſacerdotibus ægrotis, puteis, panibus propoſitionis, ſuffimento, velis, & veſtibus ſacerdotalibus.

CAPP. VIII. & IX. Veſtes ſacræ cùm pontificis, tum ſacerdotis privati quot eſſent? Quod earum artificium, quæ materies, quis uſus? Cujus ære emptas illas oporteret? Quo templi loco, & quo tandem ordine reconderentur?

CAP. X. Quo ordine veſtes ſacræ induerentur? Paucioribus pluribuſque veſtitum veſtibus ſacris ſacerdotio fungi non potuiſſe. Ex pontificis rationali, quod idem *Vrim* & *Tummim* nominatur, editum eſſe oraculum. Quo tandem modo, & cui conſuleretur? Quo modo reſponſa daret? In ſecundo templo prorſus nulla dediſſe reſponſa.

TRACTATUS III.

CAP. I. Aditu templi eſſe prohibitos ſacerdotes cùm merum potâſſent, cùm promiſsâ comâ, cùm veſtibus laceris eſſent: nec Iſraëlitæ quidem homini vel temulento, vel horridè capillato, vel pannis obſito intra primum atrium venire licuiſſe.

CAP. II. In Sanctum Sanctorum obſtructum ceteris omnibus aditum, pontifici ſoli ſolo ſolemni Expiationum die patuiſſe. Nec in Sanctum extra ſacrificandi tempus intrâſſe ſacerdotes: nec rem divinam inchoatam relinquentes templo exceſſiſſe. In luctu ſacra facere privato ſacerdoti non licuiſſe, licuiſſe pontifici; ſed neutri ſacris veſci. Lugentis nomen ad quem pertineat, & quod ad tempus maneat? Ab homine lugente, & à leproſo munus ad altare mitti nullum: à ceteris inquinatis item & ab incircumciſis cuncta ſacra altari donata fieri præter Agnum Paſchalem.

CAP. III. A locis ſanctis homines inquinatos ſic amandandos, ut aliis alij longiùs emitterentur.

CAP. IV. Quam pœnam ſufferret ſacerdos ſi

operaretur immundus? Pontificis aureæ laminæ eam fuiſſe vim, ut quædam piaret inquinamenta. Præ certis ſacrificiis neglectū eſſe ſabbatum *ſine crimine*.

CAP. V. Sacerdotibus rem divinam facturis ante omnia manus è labro ſacro ſimul & pedes peculiari ratione lavandos. Rivus è fonte Etham ductus per mare Salomonis. Sacerdotes inter ſacrificandum rectos in templi pavimento ſtare pedibus nudis, & operari dextrâ neceſſe fuiſſe.

CAP. VI. Vitia corporis, quæ quidem aperta & manifeſta forent cùm ſacerdotes, tum hoſtias altari prohibuiſſe. In conclavi lapidis quadrati Conſilium Magnum conſediſſe quotidie, cujus eſſet occupatio præcipua, ut in ordinem ſacerdotum inquireret, & genus ac vitia corporis perveſtigaret.

CAPP. VII. & VIII. Vitia corporis quinquaginta communia homini cum pecude, propria hominis fuiſſe nonaginta.

CAP. IX. Sacerdos ſi vel idolum coluiſſet etiam imprudens, vel extra Hieroſolymam ſacrificaſſet, eum in Hieroſolymitano templo porro operari non licuiſſe: nam decem & octo de cauſis omnino homines haud idoneos fuiſſe, qui ſacris operarentur.

TRACTATUS IV.

CAP. I. Cuncta ſacra lecta eſſe oportere. Ergo beſtias vitio affectâs de-integro ne pretio quidem ſacrandas: ſi factum eſſet, redimendas pretio, idque in ſacra impendendum.

CAP. II. Præter quinquaginta vitia pecudibus cum homine communia, etiam viginti tria fuiſſe pecudum propria, propter quæ pecudes altari prohiberentur.

CAPP. III. & IV. Altari prohibitos turtures nimium parvos, & columbarum pullos grandiuſculos, & animantes androgynos, & bigeneres, & figuram alienam mentientes, & venere humano turpificatos, & minus octo diebus natos, & mercedem proſtibuli, & pretium canis.

CAP. V. Mel, fermentum, furtum, raptum non ſacrificandum: cunctis ſacris ſal publicum adhibendum.

CAP. VI. De libaminibus & lignis altari non idoneis.

CAP. VII. Certis locis exquiſita ſacra deportata fuiſſe Hieroſolymam: certa lignorum genera ad focum altaris adhibita: certam fuiſſe rationem ſerendi fruges, certum modum vini premendi, condendi, & depromendi ad uſum ſacrum: certa denique ſacris apta fuiſſe olivi genera.

TRACTATUS V.

CAP. I. Quibus ex animantibus ſacra fierent publica privataque? Quæ victimarum majores, quæ minores dicerentur? Quæ ſacra maſculis, quæ feminis beſtiis fierent? Hoſtiæ pro peccato quæ comederentur, quæ cremarentur? Ex hoſtiis pro peccato comedendis quid in altari adoleretur? Quænam hoſtiæ ſanctiores, quæ minus ſanctæ haberentur?

CAP. II. Libamina quid eſſent, quibus victimis adhiberentur, & quâ adhiberentur menſurâ? Menſurarum capacitas. Sacra quædam pro initiis in altaris dedicatione uſurpata, poſtmodum non uſitata fuiſſe.

CAP. III. Unum duntaxat ſacrorum genus à gentilibus accipiendum, à Judæis apoſtatis nullum. Certis victimis imponendas manus: à quo, quando, quo loco? Manibus imponendis peccata confitenda. Formula confeſſionis.

CAP. IV. In ſacrificiis quædam interdiu tantùm, quædam etiam noctu fieri licuiſſe. Ratio hoſtiæ jugulandæ & excipiendi ſanguinis ejus. Sacrifico animum attendendum ad hoſtiæ nomen & offerentis. In holocauſto majorem animi intentionem adhibendam.

CAP. V. Victimas ſanctiores alio loco, & alio minus ſanctas jugulandas. Varia ratio aſpergendi altari variarum hoſtiarum ſanguinem. Victimarum pelles cujus eſſent?

CAP. VI. Ratio ſacrificandi holocauſti ſeu illius quadrupedis, ſeu volucris.

CAP. VII. Ratio mactandæ hoſtiæ pro peccato quadrupedis tam comedendæ, quàm cremandæ. Ubi, quando, quo igni, à quo homine cremarentur quæcunque ſacra cremanda forent? Ut immolaretur hoſtia pro peccato volucris? Ut hujus ſanguine altare reſpergeretur? Sacerdotes in altare conſcendiſſe ſemper ad dextram, ad ſiniſtram deſcendiſſe.

CAP. VIII. Vaſa, quibus cocta ſit hoſtia pro peccato, metallica ablui, fictilia frangi oportuiſſe. Quidquid coqueretur cum ſacris ſacrum habitum.

CAP. IX. Ut immolarentur hoſtiæ pro delicto? Ut ſacrificarentur varia pacificorum genera, & qualis his panis adhibendus? Qualis eſſet ſacrorum agitatio, & à quibus fieret? Qualis ſacrificatio primogenitorum, decimarum, & Agni Paſchalis?

CAP. X. Quæ ſacra comederentur à ſolis ſa-

cerdotibus? Quæ & ab horum uxoribus, pueris, puellis, & domeſticis? Singula ſacra quod ad tempus comedi liceret? Sacra quomodo dividerentur?

CAP. XI. Qua pœnâ multarentur qui ſacra contra jus faſque comediſſent?

CAPP. XII. & XIII. Liborum & fertorum genera quot & qualia eſſent? Quibus è rebus conſtarent? Ut efficerentur? Ut ſacrificarentur?

CAP. XIV. Sacrorum aliqua vovere ac ſpôdere licuiſſe. Cuncta ſacra debita primo quoque die feſto Hieroſolymam portanda. Ablatis pignoribus coërceri qui ſacra debita non ſolverent.

CAPP. XV. XVI. & XVII. De formulis voti nuncupandi. De votorum ſolutione legitima.

CAP. XVIII. & XIX. Quænam pœna eſſet ejus, qui in altari extra Sanctuarium extructo ſacrificâſſet.

TRACTATUS VI.

CAP. I. Juge ſacrificium mane veſperique qua hora, quo loco, qua ratione fieret: Altare novum ſacrificio jugi matutino ſemper initiandum: ſemper in Sanctuario præſto fuiſſe agnos ad minimum ſex.

CAP. II. Quotidie tres in altari pyras accenſas: cinerem in medio altari cumulatum in formam globoſam, atque adeo *Pomum* eſſe dictum. Quibus cerimoniis cineres ex altari tollerentur?

CAP. III. Quæ teneretur ratio in ſuffimento incendendo: Cunctos à templo amovendos cùm incenderetur ſuffimentum. Bis in die templi candelabrum purgandum à ſordibus, & ejus lucernas accendendas. Quantum olei candelabro impenderetur?

CAP. IV. Sorte diſtributas eſſe quotidianas Sanctuarij operationes. Quænam eſſet ratio ſortitionis?

CAP. V. Panes propoſitionis quando, & quo modo in menſa ordinarentur? Quando inter ſacerdotes dividerentur? Qua ratione efficerentur? Figuram eorum fuiſſe quadratã.

CAP. VI. Quo ordine quotidiana templi opera fierent? Super quibus ſacrificiis canerent Levitæ carmen? Quænam canerentur carmina?

CAP. VII. Extraordinaria Kalendarum, & Paſchatis ſacrificia: in his manipulus ex novis frugibus in primitias Deo libandus. Quantâ ille celebritate, & quibus cerimoniis meteretur?

CAPP. VIII. IX. & X. Pentecoſtes, & reliquarum ſolemnitatum cùm libamina, tum ſacrificia extraordinaria, & eorum faciendorum ratio.

TRACTATUS VII.

PLENUS eſt hic Tractatus ejuſmodi quæſtionibus, quæ patefaciunt quæcunque poſſint incidere, ut tam animantes, quàm res inanimæ Deo conſecratæ temerarentur, atque evaderent altari minus idoneæ.

TRACTATUS VIII.

CAP. I. Pontificem ante ſolemnitatem Expiationum à domo ſua ſecluſum teneri dies ſeptem, quibus cinere vaccæ rufæ bis mundaretur, & exerceretur in ſolemnitatem, quâ ſolus ſacris operabatur. Eidem cooptari alterum Pontificem ſi fortè temeraretur. Stante templo ſecundo Pontificem vigiliâ ſolemnitatis jurejurando adactum ſe ab hæreſi eſſe alienum: eundem nocte, quæ eſſet ad diem Expiationum à ſomno ſemper avocatum.

CAP. II. Pontificem ad varia ſolemnitatis ſacra mutâſſe veſtes, corpus luſtrâſſe, manus & pedes lavâſſe in Sanctuario. Subjicitur formula, quâ Pontifex ter in eo die uteretur cùm ad confitenda ſua, ſacerdotum, & populi peccata, tum ad placandum Deum: ab eodem decies pronuntiatum Dei nomen Τετραγράμματον, ad cujus prolationem populum foris procidiſſe in faciem, & certo carmine Deum magnificâſſe.

CAP. III. De ratione ducendi ſortes duas duobus ſuper hircis illis, quorum unus immolabatur Domino, alter emittebatur. De coccino ad ambos hircos alligando. Hircus emiſſarius quomodo abduceretur in ſolitudinem? Quid illo tandem fieret? A Pontifice hac die aliquid de Lege prælectum populo, & poſthac eximias quaſdam fuſas eſſe Deo preces.

CAP. IV. Quo ordine ea die fierent cunctæ ſacrorum operationes?

CAP. V. Duos illos hircos ſpecie, ſtaturâ, pretio pares inter ſe fuiſſe.

TRACTATUS IX.

HOC Tractatu toto diſputatur de nefaſto ſacrorum abuſu, ac de ratione criminis ejus expiandi.

TRACTATUS I.

TRACTATUS I.

DE DOMO SELECTA,

SEU

DE FIGURA ET FORMA ædificij Templi.

CAPUT PRIMUM.

Artic. I. Præceptum eſſe ut templum ædificetur, in quo Deus ſanctè colatur.

PRÆCEPTUM eſt * jubens, ut Deo * templum efficiatur, in quo immolentur victimæ, & ter in anno dies feſti celebrentur: Scriptum eſt enim, *Facientque mihi Sanctuarium.* Ac in Lege quidem deſcriptam habemus rationem ejus tabernaculi, quod fecit magiſter ille noſter Moyſes: verùm id fuit duntaxat ad tempus, ſic, ut ſcriptum legitur, *Neque enim uſque in præſens tempus*, &c.

Exo. 25. 8.

Deut 12. 9.

II. Taberna-

Ut terram ſanctam ingreſſi fuerant, tabernaculum illud

Art. I. *Jubens.* Vulgò affirmativum appellatur.

Templum. Ad ſignificandum templum Hebręi promiſcuè tribus his utuntur vocibus היכל בית מקדש quæ ſi veſis ad verbum interpretari, ſunt templum, domus ſeu ædes, ſacrarium.

culũ Moyſis fuiſſe collocatum Schilunte, donec terra ſancta caperetur; inde multas multis locis ædes Domino extructas eſſe. Denique templũ Salomonis ædificatum.

* Galgalis collocârunt, ibique reliquerunt annos decem & quatuor dum terram caperent & diſtribüerent. Inde ad * Silo profecti ædem è lapide ædificârunt, quam explicatis ſupernè tabernaculi tapetibus operuerunt: tecto enim caruit. Hæc in urbe Silo ſtetit ædes novem annis & ſexaginta & trecentis. Hac æde poſt mortuum * Eli diſturbatâ venerunt * Nobam, & ibi Sanctuarium extruxerunt. Id poſt Samuëlis obitum cùm eſſet diſturbatum, Sanctuarium eſt * Gabaone ædificatum aliud. Et ſecundum hoc demum extructum eſt templum illud * perpetuum. Ac poſtrema quidem duo Sanctuaria Nobæ & Gabaonis annis ſeptem & quinquaginta ſteterunt.

III. Poſt ædificatũ Salomonis templum nec ſacrificium alibi, nec templũ fieri licuiſſe. 1. Par. 22. 1 Pſ. 131. v. 14

Ut templum fuit Hieroſolymis ædificatum, interdictum erat, ne ullo in loco alio aut ædes Domino, aut ſacrificium fieret. Jam templum perpetuum niſi Hieroſolymis, & in uno monte Moria nuſquam omnino eſſe potuit. Nimirum hic eſt ille mons de quo ſcriptum legitur, *Dixitque David: hæc eſt domus Dei, & hoc altare in holocauſtum Iſraël*, & alio loco, *Hæc requies mea in ſeculum ſeculi.*

II. *Galgalis.* Idem hoc legitur apud Miſnam tract. Zebachim cap. 14. art. 5. 6. 7. Iſraëlitas in terram ſanctam ingreſſos primùm tabernaculum deſerti erexiſſe Galgalis, tum ædem è lapide ædificaſſe Schilunte, quæ eadem vulgò Silo vocatur: inde verò templum extruxiſſe Nobæ & Gabaone. Immo verò poſt diſtributã terram ſanctam tabernaculum eſſe erectum Schilunte his ipſis verbis ſcriptum legitur Joſ. 18. v. 1. *Congregatique ſunt omnes filij Iſraël in Silo, ibique fixerunt tabernaculum teſtimonij*, &c

Silo. Silo fuit urbs Tribus Ephraim.

Eli Summum Sacerdotem.

Nobæ. De hac urbe commemoratur 1. Reg. c. 22. ubi vocatur civitas ſacerdotũ.

Gabaone. Urbs iſta vulgò Gaba, ſeu Gabaa vocatur: non eſt autem ea Gaba, quæ commemoratur Judic. 9. quam ſortitò poſſidebat Tribus Benjamin, ubi videlicet arca fœderis ſubſtitit nunquam: eſt verò Gaba illa altera, de qua 1. Reg. c. 7. v. 1. Et 2. Reg. c. 6. v. 3. & 4. quò tranſlata fuit arca de Bethſamitis, ut ſcriptum legitur 1. Reg. 6. ſed poſterior hæc eadem vocatur Joſ. 15. v. 9. Baala, item & Cariath-iarim: tum ibidem v. 60. vocatur Cariath-Baal, itemque Cariath-iarim. Sic igitur & locis paulò ante laudatis appellatur Cariath-iarim, & alio nomine Gaba. Nempe fuit urbs illa in clivo ſita, ex quo fiebat, ut pars ejus ſuperior, quæ fortaſſis arx erat, Gaba nominaretur; quippe quæ vox Hebraïca collem ſeu locum præcelſum atque eminentem ſonat. In hac urbis ſuperiori parte habitabat Abinadab, ad quem arcam de Bethſamitis reportârunt incolæ Cariath-iarim. Atque hanc iſtius nominis rationem jam ante me ſtrictim attigit eruditiſſimus F. Vatablus, ut videre licet in ejus annotationibus 2. Reg. cap. 6. ad verſum tertium.

Perpetuum. Sic templum Salomonis vocant Scriptores Judæi, cui quidem templo tribuunt perpetuitatem, non quòd in æternum ſtare debuerat, ſed quòd hoc

IV. Qui ſecundū templū ædificarunt Eſdræ tempore, eos ad ædificium Salomonis ſeſe direxiſſe.

Ac Salomonis quidem * ædificium in libro Regum apertè deſcriptum eſt. Nam apud Ezechielem omnino ſcriptum eſt illud, fore ut aliquando templum aliud ædificetur: ſed ejus ratio planè definita atque explicata non eſt. Cùm igitur Eſdræ tempore ſecundum ædificarent templum, tum ad Salomonis ſeſe direxerunt ædificium, atque etiam ad ea, quæ planiùs ſunt apud Ezechielem de templo futuro explicata.

V. Quid propriè templum dicatur?

Hæc igitur in ædificio templi potiſſima ſunt: primò ſit *Sanctum*: deinde *Sanctum Sanctorum*: ante *Sanctum* veſtibulum eſſe neceſſe eſt: hæc tria ſimul * templum vocatur. Tum huic templo circundatur etiam paries alius. Is à templo tantundem ſpatij diſſitus eſt, quantum in deſerto atrij tapetia diſtabant à tabernaculo. Ac pariete iſto quidquid eſt circundatum, quoniam ſpeciem habet ejus atrij, quod ad tabernaculum fœderis erat, atrium dicitur. Hæc igitur omnia ſimul Sacrarium nominatur.

Quid atrium?

Quid Sacrarium?

VI. Sacrarium quibus rebus inſtruēdum erat?

Hoc Sacrarium multis & variis rebus inſtruendum: altari ad holocauſtum & reliqua ſacrificia facienda: * colle per quem ad altare aſcendatur, quem collem ante veſtibulum ad meridiem oportet ſitum eſſe: * labro baſi fulto, ex quo ſacerdotes operaturi manus * conſecrent & pedes. Hujus ſitus eſt inter veſtibulum & altare verſus meridiem ad ſiniſtram introeuntis in * Sacrarium: rurſus altari, in quo odores incendantur: candelabro: menſaque: quæ tria poſtrema poſita ſunt in Sancto ante Sanctum Sanctorum.

VII. In atrio

Candelabrum erit in auſtrali parte ſitum ad ſiniſtram

ſemel ædificato porro nuſquam aliud Domino excitare licebat.

IV. *Ædificium.* Illud videlicet quod Deo dedicavit.

V. *Templum.* Nonnunquam tamen verbo templi Sanctum & Sanctum Sanctorum duntaxat intelligi volunt, ut videre licet c. 6. hujus Tract. art. 4. item & alibi. Quinetiam videre licet templum vocari ſolam partem eam, quæ Sanctum nuncupatur.

VI. *Colle, per quem.* Nam gradibus ad altare aſcendere nefas erat: ſed de hac re planè diſputabitur art. 17. hujus capitis.

Labro baſi. Sic apud veteres Chriſtianos frequens erat uſus fontium ſeu cantharorum ante Eccleſiam manibus, oribus lavandis. Vide Euſebium Pamphili hiſt. lib. 10. c. 4. Fontibus ante Eccléſiam ſitis jam diu ſucceſſit vas aquæ luſtralis, quod ad veſtibulum fere ponitur.

Conſecrent. Id eſt lavent. Namque manus lautas Hebræi manus conſecratas vocant, & ex contrario illautæ manus vocantur manus communes in Evangelio. Marc. 7. 2.

Sacrarium. Sacrarium enim ſuperiori articulo dicitur comprehendere atrium.

conſtitutos fuiſſe varios terminos. Item multas ædiculas conſtructas fuiſſe.

introeuntis, & ad dextram menſa, cui * panis propoſitionis imponatur: atque hæc duo extra Sanctum Sanctorum ad latus ejus ſita ſunt: & altare ſuffimentorum item eſt extra Sanctum Sanctorum inter hæc duo interjectum. Jam in atrio varij conſtituuntur termini: huc uſque Iſraëlitis: huc uſque ſacerdotibus. Tum in eodem atrio ad reliquos templi uſus conſtruuntur ædes multæ, quarum una quæque *Conclave* nominatur.

VIII. Atrium & templum conſtrui ex lapidibus: ubinam illi cæderētur? 3. Reg. 5. 17. Ibid. 6. 17.

Templum & ejus atrium magnis è lapidibus extruuntur. Quòd ſi lapides deſint ex lateribus ædificantur. Atqui hujus ædificij lapides in * monte ædis præcidere non licet; ſed foris cæſos ac politos oportet ad ædificium afferri: Scriptum eſt enim, *Lapides grandes, lapides pretioſos in fundamentum templi*: & alibi, *Et malleus & ſecuris & omne ferramentum non ſunt audita in domo cùm ædificaretur.*

IX. Lignum ab hoc ædificio excluſum.

Ad ædificium templi nihil adhibetur ligni, quod quidem emineat; ſed aut è lapide conficitur totum, aut è latere ac calce: Neque in atrio fiunt uſquam exedræ è ligno; ſed vel è lapide, vel è latere.

X. Pavimentū totum lapidibus ſtratum fuiſſe pretioſis.

Jam atrij pavimentum totum lapidibus ſternitur pretioſis. Et pavimento in iſto ſi quis lapis à reliquis ſit divulſus pro temerato habetur, tametſi ſuo loco permanſit, ſiquidem eſt à reliquis disjunctus: Nec licet, ut in eo inſiſtat Sacerdos dum facit ad aram uſque dum ſolo rurſus inhæreat.

XI. Templum fuiſſe pro facultatibus decorandum. 1. Eſdræ 9. 9.

Atque id laudabile inprimis eſt ædificium templi pro facultate Eccleſiæ munire atque extollere. Huc enim ſpectat id quod ſcriptum videmus, *Et ſublimaret domum Dei noſtri.* Idem etiam pro rei facultate decorare, & totum, ſi fieri poteſt, auro obducere, & magnificis operibus exornare, rectum eſt.

VII. *Panis propoſitionis.* Panis propoſitionis Hebraïcè לחם הפנים paſſim vocatur, quod ad verbum eſt, *panis facierum.* Jam cur Hebræis לחם הפנים panis facierum dicatur, rationem reddit noſter hic Scriptor Tract. 5. de Sacrificiis jugibus & extraordinariis cap. 5. art. 9. Verùm idem 2. Paral. c. 9. v. 13. & c. 23. v. 29. dicitur לחם המערכת id eſt, *panis diſpoſitionis*, ſeu mavis, *propoſitionis*, quod quidem vulgato Interpreti magis complacitum eſt, unde ſemper vertit *panem*, ſeu *panes propoſitionis.*

VIII. *Monte ædis.* De monte ædis poſtea copioſè explicabitur.

Non ædificatur templum de nocte. Nam quod in Lege ſcriptum eſt, *Igitur die qua erectum eſt tabernaculum*, id indicat interdiu quidem extruendum eſſe, noctu non item. Ergo in hoc ædificio laboratur ab aurora naſcente ad exorta ſidera. Atque in templo fundando atque extruendo omnes debent adjuvare tum operâ tum opibus, viri & mulieres itidem, ut in Sacrario deſerti adornando factum eſt. Verùm tamen è ludo * pueri non evocantur ad hoc ædificium: nec verò ullus ob hoc ædificium promovendum dies feſtus in laborem impenditur. XII. *Num.* 9. 15. Quinam adjuvabant hoc ædificium? Quo tempore promovebatur?

Omnino præter lapides nihil eſt ex * quo conſtruatur altare. Quod autem in lege eſt, *Altare de terra facietis mihi*, hujus ſententia eſt, ut altare inhæreat in terra ſolida, ut ne ſuper fornicibus, aut terræ cavernis ædificetur. Quod autem in Lege dicitur, *Quòd ſi lapideum altare*, id auditione accepimus non eſſe arbitrij noſtri, ſed neceſſitatis. XIII. *Exod.* 20. 24. Altare quoque neceſſariò conſtitui ex lapidibus. *Ibid. v.* 25.

Qui lapis eſt vel ita leviter inciſus, ut ſi per eum ſic, tanquam per cultrum illum quo jugulantur animantes, deducatur unguis, offendat iſta lapidis inciſione, lapis hic vitioſus erit ad extruendum collem & altare, quia ſcriptum eſt, *De lapidibus integris ædificabis altare Domini.* Porro lapides altaris eliciantur è terra virgine neceſſe eſt: terra videlicet fodiatur uſque dum perveniatur ad ſolum id, quod ſatis noſcitur & omni cultu ſemper, & ædificio vacaſſe, ex quo demum ſolo lapides extrahuntur: extrahuntur etiam ad hoc ipſum ædificium è * mari magno. Atque lapides illi quoque qui adhibentur ad templi ædificium & atrij, illi etiam integri ſint oportet. XIV. Lapides integros eſſe oportere, atque è terra virgine exciſos. *Deut.* 27. 6.

Atriorum igitur & templi lapides ſi fortè infracti ſeu XV.

XII. *E ludo pueri non evocantur.* Judæi quidem de Moſaïcæ Legis obſervatione ſic exiſtimant, tot illorum præceptorum aliud alio longè ſuperius, gravius, ac ſanctius eſſe: verùm enim inſtituere pueros ad doctrinam Legis cunctis ſine controverſia anteponendum: Itaque decernunt hos nec ad ædificandum templum à ſtudio Legis avocandos, licèt alioquin omnes omnium ætatum adjuvare debeant in templo exornando, ut ſine quo omnino cultus Dei nullus eſt.

XIII. *Ex quo conſtruatur altare.* Idem decretum traditur à Sylveſtro primo de aris Chriſtianorum.

XIV. *E mari magno.* Vulgò mare Mediterraneum dicitur: verùm enim Judæi qualemcunque aquarum congregationem mare nominant. Itaque cunctorum lacuum & ſtagnorum comparatione mare

inciſi ſint, vitioſi fuerint, ac ne redimi quidem in alium uſum potuerint: ſed eos oportet ſepoſitos ac conditos habeamus. Quemcunque lapidem ferrum tetigit, is etiamſi integer atque illibatus ſit, tamen non eſt idoneus, qui adhibeatur aut ad altaris aut ad * collis ædificium: Scriptum eſt enim, *Si enim levaveris cultrum ſuper eo, polluetur.* Si quis igitur lapidem ferro tactum altaris adhibuiſſet ædificio, aut collis ejus, verberibus multaretur, quoniam ſcriptum legitur, *Non ædificabis illud de ſectis lapidibus.* Porro qui lapidem contaminatum adhibeat, is * juſſum violat.

Exod. 20. 25. — *Ibid.*

XVI. Si lapidum aliquis poſtea quam altaris aut collis ejus ædificio adhiberetur vel crenâ vitiatus ſit, vel ferro tactus, temeratus ſit ille ſolus: reliquum enim ædificij caſtum & integrum erit. Singulis annis altare bis dealbatur, ſemel ad ſolemnitatem Paſchæ, & ad * Tabernaculorum ſolemnitatem iterum: quod quidem altari tectorium inducitur mappa, non trulla ferrea, quæ ſi quem altaris lapidem contingeret, temeraret utique.

XVII. Gradus ad altare fieri nefas eſt, quia ſcriptum legitur, *Non aſcendes per gradus ad altare meum.* Itaque ad meridiem altaris conſtruitur agger, qui ſenſim ad terram deſcendat ab altaris faſtigio. Hic nimirum agger eſt, qui *collis* appellatur. Si quis igitur gradibus aſcenderet ad altare, is verberibus multaretur: & qui damni dandi cauſa vel unum ex altari, aut ex quacunque templi parte lapidem eruat, aut etiam aliquo è loco, qui veſtibulum inter & altare templi ſit: Scriptum eſt enim, *Diſſipate aras eorum*, &c. *Non facietis ita Domino Deo veſtro.*

Exod. 20. 26. — *Deut. 12. v. 3. & 4.*

XVIII. Candelabrum & eius utenſilia; itemque menſa cum utenſilibus quoque ſuis, & altare ſuffimentorum, ceteraque rei divinæ inſtrumenta metallo debent ex aliquo fieri. Quæ ſi ſint è ligno, oſſe, lapide, vitrove facta, vitioſa ſint.

Utenſilia templi & altare ſuffimentorum è metallo fuiſſe.

Mediterraneum vocant mare magnum. XV. *Ad collis ædificium.* Hujus videlicet collis quo ad altare aſcenditur.

Iuſſum violat. Vulgò præceptum affirmativum appellatur.

XVI. *Tabernaculorum ſolemnitatem.* Eſt hoc verbum חג ſanè generale, adjungiturque omnino omni ſolemnitati: at cùm ſic, ut hoc loco ponitur ſine adjuncto Judæis eſt ſolemnitas Tabernaculorum, quod ego, quoniam in Lexicis minus reperire licet, hîc annotandum eſſe putavi.

Quòd ſi ſit Eccleſia pauper, id ſaltem efficiet, ut hæc inſtrumenta ſint è ſtamno. Rurſus Eccleſia ſi ditetur, ex auro hæc conficiet. Crateres etiam, verua, palæ quoque altaris holocauſti, atque etiam menſuræ fiunt ex auro, ſi tamen publica res patitur. Quin etiam atrij portæ inauratæ ſunt, ſi facultates ſinunt. XIX.

Vaſa templi univerſa oportet ab initio ad Dei cultum deſtinentur & apparentur. Vas igitur aliquod in uſum privati hominis aptatum omnino ad divinum miniſterium non adhibetur. Quæ verò vaſa ſunt ad cultum divinum deſtinata, his, antequàm ſacris adhibeantur, ut utatur homo conceſſum eſt: ſecus autem poſtea quàm adhiberi cœpta ſunt. Qui lapides aut trabes à principio ſunt exciſi in ædificium Synagogæ, ad ædificium templi non adhibentur. XX.

CAPUT SECUNDUM.

ALTARIS ratio per quàm accuratè deſcripta eſt. Situs ejus mutatur nunquam, quia ſcriptum legitur, *Et hoc altare in holocauſtum Iſraël.* Atque ubi loci ſitum eſt templum, ibidem fuit etiam ligatus Iſaacus ille Patriarcha noſter: nam ſcriptum habemus, *Tolle filium tuum unigenitum quem diligis, Iſaacum, & vade in *terram Moria*; Atque in Paralipomenis ſcriptum videmus, *Et cœpit Salomon ædificare domum Domini in Ieruſalem in monte Moria, qui demonſtratus fuerat David patri ejus in loco, quem paraverat David in area Ornan Iebuſæi.* ART. I. Nunquam mutatum eſſe ſitum altaris. 1 *Paral.* 22. 1. *Gen.* 22. 2. 2. *Paral.* 3. 1.

Atque id quidem omnes à patribus auditum habemus, quo loco eſt à Davide & Salomone extructum altare in area Ornanis Jebuſæi, in eodem & ab * Abrahamo ædificatum eſſe altare illud, in quo filium ligavit Iſaacum. In eodem etiam altare ædificavit Noa egreſſus ex arca. Porro in eodẽ II. Templum fuiſſe ſitum in eodẽ loco, quo Abrahamus filiũ Iſaacũ.

ART. I. V*Ade in terram Moria.* Vulgatus Interpres reddidit *in terram viſionis.*

II. *Abrahamo.* Joſephus Hiſtoricus Antiq. Jud. l. 7. c. 10. locutus de ſacrificio, quod Rex David in area Ornanis Jebuſæi peſtilentiæ deprecandæ cauſa Deo fecerat, hæc addit verba. Erat autem „ is locus in quem olim Abrahamus filium, ut holocaumata faceret, addu-

ſacrificare conſtituerat. rem divinam fecere Caïnus & Abel, & ante iſtos etiam primus homo, ſtatim atque à Deo creatus erat: quin etiam in eodem ipſe loco creatus: hinc illud ſapientum, *Factus eſt homo ex ipſo ſuæ expiationis loco.*

III. Altaris igitur dimenſio eſt accuratè definita: tum figuram ejus alius ab alio compertam habemus. Jam quod fecerunt altare reduces à captivitate, id erat ad ſimilitudinem ejus, quod poſtremò futurum eſt, altaris: cujus quidem dimenſioni nihil neque addendum, neque detrahendum eſt.

IV. Ex captivitate cum reliquis Judæis tres unà vates aſcenderant: quorum ab uno altaris ædificandi locus eſt demonſtratus: deſignavit ejus dimenſiones alter: tertius id edocuit, altari in iſto quælibet ſacrificia fieri licere, ut etiam templum ædificatum nondum eſſet.

V. Altitudinẽ altaris eandem fuiſſe in templo priori, quã & in poſteriori. Exod. 27. 1.

Quæ Moyſes, Salomo, & reduces è captivitate fecerunt altaria, & quod olim futurum eſt, eorum quodque decem erat cubitorum altitudine, quæ eadem altitudo erit & ejus quod demum futurum eſt. Quod autem in Lege eſt, *Et tres cubitos in altitudine*, id de loco duntaxat intelligendum eſt eo, quo ſacra ſtruebantur. Jam quod fecerunt altare reduces è captivitate (cujus ad ſimilitudinem futurum eſt id quod deinceps extruetur) id & in longitudinem & in latitudinem patebat duos & triginta cubitos.

VI. Quoſdam in altari cubitos fuiſſe communes è palmis 5. quoſdã ſacros è palmis 6.

Jam qui erant in altaris altitudine cubiti decem, eorum alij è * palmis quinque, alij conſtabant è palmis ſex: verùm in reliquo templi ædificio * cuncti cubiti conſtabant è palmis ſex: omninoque altare totum octo & quinquaginta palmos altum erat.

VII. Forma &

Hæc igitur erat menſura altaris & forma. Erigebatur quinque palmos in altitudinem, & undique fiebat retractio quinque

,, xerat, & cùm jam jam jugulandus ,, eſſet puer, aries repente aſtans altari ,, apparuerat, qui pueri vice fuerat ma-,, ctatus, ut jam ante ſcripſimus. David ,, autem cùm animadvertiſſet ſe exau-,, ditum, & gratum fuiſſe ſacrificium, ,, decrevit totum illum locum altare u-,, niverſi populi appellare, & Deo tem-,, plum ibi exædificari: quam ejus vocẽ ,, Deus in futurum ratam eſſe voluit: ,, mox enim Propheta ad eum miſſo illic ,, templum extruendum prædixit à filio.

VI. *E palmis quinque.* Omnino duo cubiti in altari conſtabant è palmis quinque: unus in baſi, & alter in cornibus.

Cuncti cubiti conſtabant. Nempe cuncti

quinque palmorum: hæc erat altaris baſis. Itaque deinceps latitudo altaris erat triginta cubitorum cum duobus palmis quaquaverſus. Deinde erigebatur etiam triginta palmos, rurſumque fiebat retractio quinque palmorum: hic erat altaris gyrus. Tum etiam duodeviginti palmos in altitudinem excitabatur, hic erat * locus ſtructionis, qui patebat quaquaverſus quatuor palmos, & cubitos duodetriginta. Poſt autem quàm hos duodeviginti palmos erectum erat, contrahebatur etiam in angulis: nimirum excitabatur in unoquoque altaris angulo veluti cornu quoddam ex ædificio quadrato & eodem cavo. Et horum quatuor cornuum altari circundatorum quodque hinc & inde cubitum occupabat: ibidem circunquaque relinquebatur ſacerdotibus ſpatij tantundem, in quo pedes ponerent. Itaque locus ille in quo ſacra ſtruebantur omnino quatuor palmos, & quatuor ſupra viginti cubitos in longitudinem & in latitudinem patebat.

figura altaris cunctæque ejus dimenſiones deſcribuntur, quales fuerint?

VIII. Erat cujuſque cornu altitudo palmorum quinque: quadrum verò cujuſque cornu quaquaverſus * cubitum patebat. Jam hæc quatuor cornua erant intus cava. Et locus ſtructionis palmos duodeviginti altus erat. Itaque altaris altitudo media erat infra ſummum gyrum palmos ſex.

IX. Erat autem altari ad dimidiam partem filum coccineum circondatum, quod * ſuperiorem ſanguinem diſcerneret ab inferiori. Itaque altare totum à terra uſque ad locum ſtructionis altum erat cubitos novem uno palmo minus.

X. Baſis altaris non erat in lateribus quatuor ex æquo ducta, ſicut erat gyrus: erat enim baſis latus ſeptentrionale totum æquabiliter ductum: pariter & latus quod ſpectabat occidentem: ſed ad meridiem unius cubiti ſpatium erat exeſum, & tantundem ad orientem ita, ut medius inter meridiem & orientem angulus baſi prorſus eſſet vacuus.

XI. In angulo qui erat intermedius occidenti & meridiei foramina erant duo tenuiſſimarum inſtar narium. Nimirum hæc

cuncti cubiti erant ſacri qui conſtabant è palmis ſex: Soli illi duo in altaris baſi & cornibus erant cubiti communes qui conſtabant è palmis quinque.

VII. *Locus ſtructionis.* Quo videlicet loco ſacra ſtruebantur.

VIII. *Cubitum patebat.* E ſex palmis conſtantem.

IX. *Superiorem ſanguinem.* Sanguis quadrupedis hoſtiæ pro peccato, item & ſanguis holocauſti volucris aſpergebatur altari ſupra filum coccineum: reliquarum verò victimarum ſanguis aſpergebatur altari infra filum coccineum.

illa ſunt, quæ *Sitin* appellantur, per quæ multiplex ſacrificiorum ſanguis ab altari deſcendebat, iſque ad eundem angulum in ſubjecta foſſa confundebatur, unde permeabat ad torrentem Cedron.

XII. Ad eundem angulum erat in pavimento locus cavus, qui cubitum unum quaquaverſus patebat. Is operiebatur tabula in qua * annulus inerat: hac deſcendebant qui ſubjectam foſſam purgarent.

XIII. *Deſcriptio & dimenſio collis, per quem ad altare aſcendebatur.* Ad meridiem altaris erat ædificatus collis. Is in longitudinem patebat duos & triginta cubitos, & ſedecim in latitudinem: nempe occupabat in terræ ſolo ſpatium triginta cubitorum ad altaris latus: tum etiam ſupra baſim ſpatium * unius cubiti procedebat: procedebat & alterius cubiti ſpatium ſupra gyrum: attamen paululum inane inter collem & altare intercedebat eò, ut victimarum membra in altare projicerentur. Jam collis iſte erat altitudine novem cubitorum minus ſextante: pertinebat enim ad eum altaris locum, quo ſacra ſtruebantur.

XIV. Præterea autem ex eo colle prodibant duo parvi ponticuli, quà ſacerdotes altare circuituri irent ad gyrum & baſim: hi diſtabant ab altari * tranſverſum unguem. Ad occidentem collis erat quadratum unius cubiti cavum, quod *Genu* dicebatur. In hoc hoſtiæ pro peccato volucres, quæ vitiatæ fuiſſent, condebantur uſque dum illarum * figura mutaretur, & tum demùm igni conſumebantur.

XV. *Colli iſti fuiſſe aſtructas menſas duas.* Erant etiam ad occidentem collis menſæ duæ: una è marmore, & ex argento altera. In illa victimarum ordinabantur membra: in hac apta rei divinæ vaſa erant diſpoſita.

XVI. In altari nihil cavum; ſed veluti columna totum intus ſolidum erat. Etenim congerebantur lapides magni, parvi

XII. *Annulus inerat.* Quo videlicet tolleretur.

XIII. *Vnius cubiti procedebat: procedebat,* &c. Uterque proceſſionis cubitus fuit palmorum quinque tantùm. Namque hujus tantùm ſpatij fuit illa retractio, quæ cùm ſupra baſim, tum etiam ſupra gyrum fiebat, ut videre licet art. 7. hujus capitis.

XIV. *Tranſverſum unguem.* Quemadmodum hoc loco, ſic ubique noſter hic Scriptor, & cuncti adeo Hebræi ſi vel minimum ſpatium ſignificari velint, tranſlatis per ſimilitudinem verbis, *plenum pilum* dicunt: id ipſum Latini *tranſverſum*, vel, *latum unguem*. Atqui tranſlatio cùm ea debeat eſſe, quæ clariorem faciat rem, ad Latinorum me conſuetudinem loqui putavi ſatius eſſe.

Figura mutaretur. A corruptione videlicet & putredine.

* in formam, quæ menſuram altaris caperet: tum verò diluta calx, atque pix, & plumbum quoque liquefactum infundebatur uſque dum altare exurgeret ad modum præſcriptum. At enim ad angulum meridiei & orienti intermedium in hanc altaris molem fruſtum inſerebatur aliquod ligni vel lapidis ad menſuram ſupra præſcriptam. Eadem ratione unicuique cornu lignum inſerebatur interea dum perficiebatur totum ædificium: tum de ædificio inſerta corpora detrahebantur ita, ut angulus inter meridiem & orientem intermedius ſine baſi remaneret, atque cornua forent intus vacua.

Atque in altaris ratione quatuor cornua, baſis, & figura quadrata omnino requiruntur ſic, ut ſi quod altare ſine cornibus, XVII.
ſine baſi, ſine colle fuerit, item ſi non quadrata fuerit ejus figura, ſit vitioſum: in his enim ponitur altaris ratio. Longitudinis autem menſura & latitudinis, itemque altitudinis non ita requiritur, dummodo non minus, quàm cubitum unum pateat in longitudinem & latitudinem, nec occupet altitudo minus, quàm cubitos tres, quantum videlicet ſpatij occupabat * locus ſtructionis in altari deſerti.

Si ex ædificio altaris demolitio facta ſit pro magnitudine XVIII.
palmi, vitioſum erit: ſin minus, nihil oberit; ſi tamen in ædificio reliquo nullus omnino lapis delibatus remaneat.

CAPUT TERTIUM.

De candelabri figura atque forma explicatum à Lege eſt. ART. I.
Erant igitur in candelabri ſcapo quatuor ſcyphi, duo globuli, & flores duo: Scriptum enim legimus, *In ipſo autem rectè erant quatuor ſcyphi in nucis modum, ſpherulæque per ſingulos ſimul & lilia.* Præterea flos erat tertius paulò ſupra candelabri ſcapum. Nam ſcriptum videmus, *Tam medius ſtipes quàm cuncta quæ*, &c.

Exod. 37. 20.

Num. 8. 4.

Candelabro pedes erant tres: & globuli etiam tres erant in candelabri ſcapo, ex quo ſex excedebant calami ſeu rami hinc atque hinc tres. In eorum ſingulis erant tres ſcyphi, globulus

II. Candelabri formã ponduſque ex materiæ va-

XVI. *In formam.* Ligneam videlicet ex aſſeribus compactam.

XVII. *Locus ſtructionis.* Quo videlicet altaris loco ſacra ſtruebantur.

rietate pendere. unus, & flos unus. Illi verò omnes ſpeciem referebant amygdalarum, ut ſunt amygdalæ cùm adoleſcunt.

III. Sic omnino ſcyphi ſunt omnes viginti duo, flores novem, & undecim globuli, quæ omnia dependent alia ab aliis; ut ſi vel unum de hiſce quadraginta duobus ornamentum deſideretur, reliquorum uſum prohibeat.

IV. Atque hæc tum erat candelabri forma cùm ex auro fieret. Nam in ceteris metallorum generibus nulli fiebant ſcyphi, nulli globuli, nullique flores. Et quod eſt ex auro candelabrum, in id totum & lucernas ejus talentum impenditur. Item totum erit ſolidum, & opus continuatum. In ceteris autem metallorum generibus de pondere cura eſt nulla. Jam ſi cavum fuerit candelabrum, ſit tamen ſatis idoneum.

V. Ex ſcrutis autem fit nunquam, ſive ex auro ſit, ſive reliquorum metallorum ex aliquo.

VI. Forcipes, trullæ, atque vaſa olearia non erant ex illo auri talento: nam de candelabro præſcribitur, *Facies & candelabrum ductile de auro mundiſſimo:* tum rurſus præſcribitur, *Et forcipes ejus & trullas ejus facies de auro puriſſimo:* Verùm in præſcribendis lucernis non dicitur, Lucernas ejus de auro puriſſimo, ea re, quia hæ ipſo candelabro inhærentes ex eodem atque illud talento auri erant.

Exod. 25. 31. *Ibid. v.* 38.

VII. Candelabri hujus ſeptem calami requiruntur alius ab alio: & ſeptem ejus lucernæ item alia ab alia requiruntur: nec ad hanc rem quidquam intereſt, utrùm fuerit ex auro candelabrum, an ex alio metalli genere. Jam lucernæ calamis inhærent omnes.

VIII. Sex lucernæ quæ ſex calamis è candelabro excedentibus inhærent, illæ ſunt omnes ad unam hanc converſæ lucernam, quæ in medio candelabri calamo inhæreat. Iſta verò media lucerna ſpectat ad Sanctum Sanctorum. Hæc eſt ea quæ lucerna occidentis dicitur.

IX. Scyphi conſimiles erant poculorum Alexandrinorum, quæ ore patulo, fundo ſunt anguſto. Globuli pomorum erant ſimiles * Cerethæorum, quæ ſunt ita longula, ut ovum, cujus extrema duo lata ſunt ambo. Flores autem tales erant, quales

IX. *Cerethæorum.* Vox iſta Hebraïca כרתים ſæpius occurrit in Litteris ſacris Ezech: 25. v. 16. Sophon. 2. v. 5. & in numero ſingulari כרתי 1. Sam. ſeu

ſunt in columnis, qui flores referunt quandam quaſi lancem, cujus ora foris convolvitur.

Omnino candelabrum palmos duodeviginti altum erat. Pedes igitur & flos primus occupabant palmos tres: inde lævitas erat duorum palmorum: palmus ſequens continebat ſcyphum, globulum, & florem; rurſuſque palmi duo læves erant: conſequebatur inde globulus unius palmi, ex quo procedebant calami duo, unus hinc, & illinc alter, qui extollendo producebantur ad altitudinem ipſius candelabri: ſuper his erat lævitas unius palmi, & unius etiam palmi globulus, ex quo rurſus procedebant duo calami, unus hinc, & illinc alter, qui ad candelabri pertinebant altitudinem: poſt etiam erat unius palmi lævitas, & unius palmi globulus, ex quo rurſum excedebant calami duo, unus hinc, & illinc alter, qui itidem aſſequebantur altitudinem candelabri: ſuper his erat duorum palmorum lævitas: reſtabat igitur ſpatium trium palmorum, in quo erant ſcyphi tres, & globulus unus, unuſque flos. X.

Ante candelabrum lapis erat poſitus, in quo tres inerant gradus. In eo lapide inſiſtebat ſacerdos, qui lucernas emundaret ac componeret: in eodem ſacerdos ille vaſa olearia, forcipes, & trullas candelabri reponebat in lucernis emundandis ac componendis. XI.

Menſæ longitudo palmorum erat duodecim, & ſex palmorum latitudo; ſicque ſita erat, ut ejus longitudo reſponderet longitudini templi, & latitudini latitudo. Atque reliquorum etiam, quæ in templo inerant, utenſilium ſitus erat ejuſmodi, ut ad templi longitudinem ſpectaret eorum longitudo, & eorum latitudo ad templi latitudinem. His oportet excipias arcam, cujus erat latitudo converſa ad templi longitudinem. Itemque lucernæ candelabri ad templi latitudinem ſpectantes ſitæ erant inter ſeptentrionem & meridiem. ¶ XII. De forma & ſitu mēſæ ſacræ, item & rerum aliarū in templo poſitarum.

Menſa erat inſtructa quatuor ex auro baculis ſupernè * fiſſis, XIII.

1. Reg. c. 3. v. 14. quibus locis vulgatus Interpres eam vocem reddit *Cerethi*, vel *Cerethæos*: Septuaginta verò nonnunquā Κρῆτας Cretenſes: ſed & à Septuaginta non ſignificari Cretam inſulam; verùm Hebraïcam vocem conſimili voce Græca exprimi egregiè probat doctiſſimus Bochartus Geographiæ ſacræ parte altera lib. 1. pag. 457. & 458.

¶ Præter hoc præcipuum candelabrum tam accuratè deſcriptum à Moyſe, etiam alia fuiſſe multa candelabra in templo tum aurea, tum argentea declaratur 1. Paral. cap. 28. v. 15.

XIII. *Fiſſis*. Fiſſi dicuntur baculi nempe foramine oblongo in carcheſij morem,

quibus innicerentur ordinationes duæ panum propoſitionis utraque videlicet ordinationum baculis duobus: hos autem, Lex ita dicit וקשותיו *ukſotav.*

XIV. Porro erat inſtructa menſa duodetriginta dimidiatis calamis aureis, atque adeo intus vacuis, ex quibus quatuordecim utrique panum ordinationi adhibebantur. Nimirum hi ſunt illi, qui dicuntur מנקיותיו *menakiotav.*

XV. Præterea autem duabus acerris, quibus thus in menſa imponebatur ad ordinationum latus: hæc dicuntur כפותיו *kappotav.* Et formis, in quibus propoſitionis panes efficerentur: iſtæ dicuntur קערותיו *kearotav.* De calamorum aureorum ordine, imponebatur in ipſa menſa panis ſeu placenta prima: tum inter primam & ſecundam placentam tres interponebantur calami, atque inter ſingulas deinceps placentas item calami tres. Atenim inter placentam quintam & ſextam duo duntaxat intercedebant calami, propterea quòd in ſexta placenta nulla alia recumberet. Itaque cuique ordinationi decem & quatuor adhibebantur calami.

XVI. Præterea autem in interiori veſtibuli parte ad templi fores erant etiam menſæ duæ: una è marmore, in qua illi, qui panes propoſitionis in templum importarent, eos parumper reponebant. Erat ex auro altera, in qua propoſitionis panes item ad tempus reponebant, qui eos è templo exportarent. Ea eſt enim ſacrorum ratio, ut augeantur quidem honore; nunquam verò minuantur.

XVII. *Altare ſuffimentorũ quânam erat figurâ, & quo loco ſitum?* Altare ſuffimentorum in longitudinem & in latitudinem patebat omnino cubitum unum. Id in templo ſitum erat inter ſeptentrionem & meridiem, & ſic erat inter candelabrum & menſam interpoſitum, ut totum excederet. Atque tria hæc intra templi tertiam partem ſita erant contra velum id, quod Sanctum à Sancto Sanctorum ſeparabat.

XVIII. *Deſcriptio labri ex quo lavabant ſacerdotes.* Erant labro mammæ duodecim, ut ex eo ſacerdotes jugi ſacrificio operantes lavare poſſent ſimul omnes. Atque labro conjunctum erat aliud vaſis genus, in quo perpetua contine-

quod Gallicè *mortaiſe* vocatur. Significatur autem extremum calamum, qui inter duos ſupremos panes interjectus erat, pro vario ſpatio quod ſex panes occupabant, exceptum firmatumque eſſe. Namque pro panum craſſitudine, quæ non potuit eadem eſſe ſemper, extremus ille calamus nunc aſcenderet, nunc deſcenderet oportebat.

retur aqua, idque vas erat profanum, ut in eo pernoctans aqua ne vitiaretur. Labrum enim erat è vaſis ſacris unum, & ſanctum efficiebat quidquid recipiebat: quod autem ſanctum efficeretur in aliquo vaſe ſacro, hoc idem ſi in eodem vaſe pernoctaſſet, vitiaretur.

CAPUT QUARTUM.

IN Sancto Sanctorum lapis ſitus erat, in quo lapide reponebatur arca fœderis. Intra arcam ad partem anteriorem condita erat urna mannæ, & virga Aaronis. Quoniam igitur Salomo, cùm ædificaret templum, cernebat futurum eſſe ut aliquando templum hoc ſuum diſturbaretur, juſſit arcæ fieri latebram penitus in terra abditam inter multiplices receſſus & tortuoſos. In hac latebra Salomonis juſſit arcam abſcondi Rex Joſias, de quo ſcriptum legitur, *Levitis quoque, ad quorum eruditionem omnis Iſraël ſanctificabatur Domino, locutus eſt: Ponite arcam in Sanctuario templi, quod ædificavit Salomon filius David Rex Iſraël; nequaquam enim ultra portabitis: nunc autem miniſtrate Domino Deo veſtro*, &c. Ac cum arca ſimul virga Aaronis, urna mannæ, & oleum unctionis abſconditum eſt, quorum omnino in ſecundo templo reſtitutum eſt nihil. Quin etiam * Urim & Tummim quæ fuerant in æde ſecunda nullum reſponſum reddebant, nec verò conſulebantur. Huc enim ſpectat illud Eſdræ, *Donec ſurgeret ſacerdos cum Vrim & Tummim*. Nullam igitur aliam ob cauſam tunc quidem fiebant, niſi ut veſtes ſummi ſacerdotis omnibus numeris eſſent abſolutæ, quippe quem ſuis privari veſtibus non licebat.

ART. I. Arca fœderis ubi ſita erat, quid continebat, quo tandē loco abſcōdita fuit?

2. Paral. 35. 3.

Arcam non eſſe reſtitutam in ſecundo templo, nec in eo fuiſſe Urim & Tummim.

1. Eſdræ 2. 63.

In æde prima murus erat inter Sanctum & Sanctum Sanctorum, qui murus cubitum unum ſpiſſus erat. Ædes verò ſecunda cùm ædificaretur, addubitatum eſt utrùm fuiſſet ejus muri ſpiſſitudo ex ſpatio Sancti, an ex ſpatio Sancti Sanctorum. Attribuerunt igitur longitudini Sancti Sanctorum viginti cubitos integros, & cubitos integros quadraginta longitudini San-

II. In ſecundo templo vela duo fuiſſe interpoſita inter Sanctum & Sanctum Sanctorū.

ART. I. *Urim & Tummim*. De ratione Urim & Tummim, item & de modo conſulendi ac reſpondendi accuratè diſputabitur inferius in Tractatu de Apparatu Templi.

ᵭi, & ſpatium inſuper unius cubiti medium reliquerunt inter Sanᵭum & Sanᵭum Sanᵭorum. Murum igitur inter Sanᵭum & Sanᵭum Sanᵭorum intergerinum in æde ſecunda omnino nullum ædificârunt: verùm * vela ſunt adhibita duo: unum ab extrema parte Sanᵭi, & alterum ab extremo Sanᵭo Sanᵭorum. His intermedium erat ſpatium unius cubiti: idque vacuum, quod illius in æde prima muri latitudinem repræſentabat. Nam in æde prima velum erat omnino unum. Scriptum eſt enim, *Vt velum id Sanᵭum à Sanᵭo Sanᵭorum dividat.* Exod. 26. 33.

III. Deſcribitur ac definitur templi ſpatium in altitudinem, longitudinem & latitudinem.

Quod reduces à captivitate templum ædificârunt, id partes in omnes centum erat cubitorum. Atque hac ratione ejus erat deſcripta altitudo ac diſpoſita. Principiò baſis erat alta cubitos ſex, quæ ſolida prorſus atque oppilata erat quaſi fundamenti loco. Deinde parietes ædis excitabantur ad altitudinem quadraginta cubitorum. Tum erat cœlatum atque laqueatum tabulatum altitudine cubiti. Super hoc duorum cubitorum relinquebatur vacuum, quod, quoniam pluviæ guttæ inſtillarent, impluvium nominabatur. Tum altitudine cubiti tabulatum erat, & altitudine cubiti teᵭorium ſupernè induᵭum. Præterea cœnaculum exurgebat, cujus parietes quadraginta cubitos erant alti, cui cœlatum & laqueatum erat altitudine cubiti teᵭum, & ſupra hoc duorum cubitorum altitudine impluvium: rurſuſque unius cubiti tabulatum, & unius cubiti teᵭorium: tum erat podium altitudine trium cubitorum,ex quo denique ferrea quædam lamina cubitum alta & eadem veluti gladius peracuta undequaque ſurgebat, quæ volucres impediret, quominus in podio reſiderent. Hæc * corvi conſumtor appellabatur, ſic erant cubiti centum altitudinis deſcripti.

IV. Centum verò cubitorum ab occidente ad orientem intercedentium fuerat iſta ratio: Erant parietes quatuor alius interior alio, & tria inter hos inania. Ab pariete occidentis ad proximè interiorem intercedebant cubiti quinque: intercedebant ab ſecundo ad tertium cubiti ſex, & totidem ad quartum à

II. *Vela ſunt adhibita duo.* Idem hoc eſſe faᵭum in templo illo, quod Herodes inſtauravit, diſertè narrat Joſephus belli Judaïci lib. 5. cap. 4.

III. *Corvi conſumtor.* Quoniam acquieſcentium in ſe avium pedes findebat. Nempe corvus hoc loco omne genus avium ſignificabat.

VI.

à tertio. Quas quidem menſuras explebat latitudo parietis conjuncta vacuo duobus parietibus intermedio. Jam Sanctum Sanctorum longum erat cubitos viginti, & inter duo vela Sanctum Sanctorum à Sancto ſeparantia cubitus intererat unus. Jam quadraginta cubitos in longitudinem patebat Sanctum: tum paries orientis latus erat cubitos ſex: in hoc pariete porta templi inerat: porro veſtibulum erat cubitorum undecim, & veſtibuli paries latus erat quinque cubitos. Habes & horum centum cubitorum rationem.

Jam verò ab aquilone ad auſtrum centum erant cubiti. Paries veſtibuli latus erat cubitos quinque. Ab pariete veſtibuli ad Sancti parietem intercedebant cubiti decem. Porro parietes ſancti ſex erant, alius interior alio, & inter hos quinque inania: ab extimo pariete ad ſecundum cubiti intercedebant quinque: Abs ſecundo ad tertium cubiti tres: inter tertium & quartum quinque: ſex inter quartum & quintum, & tantundem inter quintum & parietem intimum: ex quibus unà conjunctis omnino cubiti quadraginta conficiuntur ex ædis uno latere: atqui idem prorſus erat in oppoſito latere: tum in intima æde viginti cubitorum erat ſpatium; ex quibus omnino fit centum cubitorum ſumma. V.

* פשפש eſt parvum oſtiolum. Ejuſmodi erant in templo duo ab ejus, quæ inter utrumque media erat, portæ magnæ lateribus: unum ad ſeptentrionem: alterum ad meridiem. Per illud meridiei nemo homo introivit unquam, quia de illo vates Ezechiel, *Porta hæc clauſa erit: non aperietur.* Per hoc autem ſeptentrionis introibat miniſtrorum aliquis, ac procedebat inter duos parietes tamdiu dum perveniſſet ad eum uſque locum qui erat apertus in Sanctum ad lævam. Et hac in templum ingreſſus rectà pergebat ad templi portam magnam, quam aperiebat. VI. *Ezech.* 44. 2.

* Magnæ portæ latitudo cubitorum erat decem, & viginti cubitorum altitudo. Erant autem iſti portæ valvæ quatuor: duæ intus, & duæ foris. Exteriores aperiebantur intra portam VII.

VI. פשפש. Hujus verbi ſignificatio eſt ſanè multiplex & varia. Interdum eſt ſumma trabium capita, quæ extra ædificium prominent: interdum eſt cimex fœdiſſimum animal: nonnunquam oſtiolum, ut hoc loco definitur à Majemonide.

VII. *Magnæ portæ.* Erat omnino iſta templi porta magna, neque tamen omnium maxima; nam major hac erat porta veſtibuli.

ita, ut operirent muri latitudinem: & interiores intra templum aperiebantur, atque ita, ut partes poſt ſe poſitas obtegerent.

VIII. Oſtium veſtibuli cubitos erat altum quadraginta, latum viginti: id verò valvis inſtructum non erat. Quercinæ trabes quinæ ſignis atque picturis ornatæ ſupra oſtij ſuperliminare ſic erant diſpoſitæ, ut earum inferior excederet oſtium utrinque cubito, & reliquarum deinceps ſuperior proximè inferiorem tantundem excedebat utrinque. Itaque trabium illarum ſuprema cubitorum erat triginta: Atque inter ſingulas corium erat lapidum.

IX. *Nova deſcriptio appendicum templo circundatarũ, de quibus obſcuriùs 3 Reg. c. 6.*

Ædificium templi parte anteriori latius, anguſtatum erat poſteriori, qualis eſt figura leonis. Jam * appendices erant omni ædi circundatæ extra ambitûs parietem. Erat ſtructura inferior quæ patebat cubitos quinque, atque huic impoſitum supernè tabulatum patebat ſex cubitos. Et ſtructura media item patebat cubitos ſex: huic quod erat impoſitum ſupernè tabulatum patebat cubitos ſeptem, & tantundem ſtructura ſuprema. Id enim ſignificat quod ſcriptum videmus, *Tabulatum quod ſubter erat*, &c. (3. Reg. 6. 6.) Atque ejuſmodi appendicibus ædes erat partibus è tribus circumdata. Tum veſtibuli quoque parietes ab imo ad ſummum ita fuerant diſtincti, ut in iis primò ſpatium eſſet unius cubiti planum & æquum, tum proſtaret eminentia ad altitudinem trium cubitorum, deinde ſuccederet etiam ſpatium unius cubiti planum, & huic eminentia trium cubitorum, & ſic deinceps ad faſtigium uſque. Quibus igitur erant iſti parietes diſtincti eminentiis, harum ſingulæ tres patebant in latitudinem cubitos, * atque inter ſingulos ſpatium unius cubiti intercedebat. Suprema verò eminentia cubitos in latitudinem patebat quatuor.

X. *Appendices iſtas fuiſſe quæ thalami nominarentur.*

Omnia loca iſta parietibus intermedia *thalami* nominabantur. Thalamorum igitur templo circundatorum quinque ſiti erant in parte aquilonari, in auſtrali quinque, & in occidente tres. Atqui horum thalamorum erant tabulata tria ſuper alio aliud ita, ut in parte auſtrali eſſent thalami quindecim: nempe ſuper quinque inferioribus alij quinque, & ſuper his etiam

IX. *Appendices.* Trium videlicet tabulatorum, ut proximè ſequenti art. diſſeritur.

Atque inter ſingulos ſpatium. Planum ſcilicet & æquum.

quinque alij. Erant item quindecim ad ſeptentriones. In occidente verò erant omninò octo; nam duo inferiora tabulata continebant quodque tres, & ſupremum duos. Itaque omnes omnino thalami erant duodequadraginta.

Thalamorum ſingulis erant januæ tres: una quæ aperiebatur in thalamum dextrum: altera quæ in lævum: tertia quæ aperiebatur in thalamum proximè ſuperiorem. Ad angulum verò orienti & ſeptentrioni intermedium thalamo medij tabulati januæ erant quinque: una aperiebatur in thalamum dextrum: altera in ſuperiorem: * tertia in thalamum, cui à gradibus nomen erat: quarta in thalamum, in quo & parvum erat oſtiolum; quinta in templum ipſum aperiebatur. XI.

Gradus erant ſenſim excitati ab angulo inter orientem & ſeptentrionem medio ad communem ſeptentrioni & occidenti angulum, per quos * aſcenſus dabatur in tecta thalamorum. Per hos gradus qui aſcendebat, is ſpectans ad occidentem latus aquilonare perambulabat: & cùm latus occidentis attigerat, tum ore ad auſtrum verſo totam occidentis partem perambulabat: Poſt cùm ad latus auſtrale pervenerat orientem ſpectans ſecundum auſtrale latus ambulabat uſque ad cœnaculi januam, quæ verſus auſtrum aperiebatur. XII. De gradibus templo ita circunductis, ut his ad faſtigium ædificij ſcanderetur.

In iſta cœnaculi janua cedrinæ trabes erant duæ, quibus in tectum nitebantur cœnaculi. Jam in cœnaculo ſumma trabium capita dividebant tectum Sancti à tecto Sancti Sanctorum. Præterea autem erant in eodem cœnaculo oſtiola quædam aperta in Sanctum Sanctorum. Per hæc enim fabri dimittebantur arcis incluſi, ut ne Sancto Sanctorum paſcerent oculos. Porro ſingulis annis ad Paſchæ tempus templo tectorium album inducebatur. XIII.

XI. *Tertia in thalamum.* Hîc Majemonides abutitur nomine thalami: neque enim orientem verſùs erat thalamus, ſed murus duntaxat: verùm enim in eo muro fortaſſis erat ſpatium quoddam vacuum, id quod vernaculè *embraſure* vocatur. Atque ideo dicitur in eo parvũ eſſe oſtiolum, quia vacuum illud non omnem ſic, ut oſtium, muri ſpiſſitudinem penetrabat.

XII. *Aſcenſus dabatur.* Non in primo ſtatim latere, ſed in tribus ſimul.

CAPUT QUINTUM.

ART. I. Deſcribitur mons Moria, qui idem mons templi, ſeu mons ædis vocatur.

MONS ædis erat mons ille Moria. Is in latitudinem & in longitudinem quingentis æquè patens cubitis muro circundatus erat: ſubter eo multi fornices erant extructi, ſuper aliis alij; id adeo ne fieret in eo alicujus * inquinamenti tabernaculum. Item erat undique * inſtructus ſcamnis, quorum aliud alio interius erat.

II. Erant ei portæ quinque: una ad occidentem: una ad orientem: una ad ſeptentrionem: & ad meridiem duæ. Jam cujuſque portæ latitudo patebat cubitos decem, & altitudo cubitorum erat viginti, hiſque fores erant appoſitæ.

III. Intra murum cancellis etiam erat circundatus, qui palmos erant alti decem. Præter cancellos etiam erat altitudine decem cubitorum murus interior. De poſteriori hoc dicitur in Lamentationibus, *Luxitque antemurale.* Quod autem ſequitur, *Et murus*, murum ſignificat atrij. (Lament. 2. v. 8.)

IV. Intra murum illum interiorem erat atrium, cujus tota longitudo ſeptem cubitos & octoginta & centum; latitudo verò quinque cubitos & triginta & centum patebat: huic erant portæ ſeptem: tres ad ſeptentrionem non procul ab occidente: tres ad meridiem item prope ad occidentem: & una ad orientem quæ erat * contra Sanctum Sanctorum in medio.

V. Singulæ portarum illarum erant latæ cubitos decem, & viginti cubitos altæ: ac ſingulis fores erant extrinſecus inauratæ, præter portam in oriente ſitam, cujus fores erant obtectæ æris illo genere, quod aurum imitatur. Nimirum hæc erat illa, quā portam ſupremam dicebant, quæ eadem eſt * porta Nicanoris.

ART. I. *Inquinamenti tabernaculum.* Id eſt, ne fortè homo mortuus hîc occultè humaretur: hoc verò ſpectat ad id quod Moyſes præcepit Num. 19. v. 14.

Inſtructus ſcamnis. His ſcamnorum nomen ducitur non ab uſu, ſed à forma: ſic Vitruvius *ſcamillos* vocat columnarum ſtylobatas, quæ ſcamnorum uſum non habent, ſed formam.

IV. *Contra Sanctum Sanctorum.* Hoc eſt è regione medij templi.

V. *Porta Nicanoris.* De hujus portæ foribus ſeu valvis hoc ſcriptum legitur in Talmude tract. Joma cap. 3. fol. 38. p. a. „ Nicanor pietate vir inſigni profectus „ Alexandriam, valvas exquiſiti cujuſ„dam artificij faciendas curavit: has il„le cùm ad terram ſanctam navi vehe„ret, ingenti exorta tempeſtate earum „ unam in mare levandæ navis cauſâ pro„jecerunt nautæ: alteram eòdem jam

VI. Atriũ non fuiſſe ſitum in medio monte æ-dis.

Atrium non erat planè * in medio monte ædis ſitum, ſed longiùs diſtabat ab ea parte montis, quæ ſpectabat meridiem, quàm à ceteris: & ab occidente montis, quàm à reliquis partibus aberat propiùs. Quod igitur ſpatium inter montem ædis & atrium intererat ab ſeptentrione, id magnitudine ſuperabat illud, quod interjectum erat ab occidente: & quod intercedebat ab oriente majus illo, quod interpoſitum ab ſeptentrione.

VII. Ubinã erat atrium mulierũ, quo uſque patebat, & qua ratione fuerit ædificatum?

Ante hoc atrium ad orientem erat atrium mulierum, cujus longitudo æquè & latitudo patebat quinque cubitos & triginta & centum. Hujus in quatuor angulis erant conclavia quatuor, quorum unum quodque tecto carens quadraginta cubitos quaquaverſus patebat: eademque erit etiam futurorum ratio.

VIII. Quem ad uſum erant deſtinata quatuor illa conclavia in atrio mulierum extructa?

Sed quem tandem ad uſum erant iſta? Nempe quod erat in angulo inter meridiem & orientem intermedio conclave ad coquenda ſacrificia pacifica Nazaræorum, * & capillos tondendos. Quod erat in angulo inter orientem & ſeptentrionem medio conclave ad celanda ſacrificiorum ligna. Etenim in eo ſacerdotes aliquo * corporis vitio affecti ligna ſacrificiis ſeligebant. Namque profanum habebatur quodcunque lignum cariem traxerat. In angulo inter ſeptentrionem & occidentem medio erat conclave, quò exciperentur purgati * à lepra homines. In angulo inter occidentem & meridiem intermedio id erat conclave, in quo vinum in libamina reponebatur & oleum, quod quidem conclave, vulgò cella olearia dicebatur.

IX. Atriũ mu-

Atrio mulierum erat circundatum podium, ut mulieres

„ jam dejiciendam amplectitur Nicanor, „ ac profitetur ſe eam non eſſe dimiſſurum: ſi in mare dejiciatur, ſe quoque „ unà dejectum iri. Reſpexit viri pietatem Deus, & ſævientem maris æſtum „ ſedavit. Immo verò & hoc miraculum „ fecit, ut illa altera, quæ in mare dejecta „ erat, ſub navi præter naturam (erat enim ex ære) nataret, atque ſimul unà „ in portum Ptolemaïdis intraret.

VI. *In medio monte ædis.* Per montem intelligi oportet murũ, qui montẽ cingebat

VIII. *Et capillos tondendos.* Nazaræorum plerique ad tempus aliquod tantùm hanc vitæ rationem tenebant, ut vino abſtinerent, & capillos promitterent. Et iidem completo voti ſpatio ad communem vitæ conſuetudinem redibant poſtquam præſcripta ſibi ſacrificia obtulerant, & capillos tondendos curaverant: id verò in hoc conclavi fieri oportebat.

Corporis vitio affecti. Nam iſti ad cetera altaris munera obeunda non erant idonei.

A lepra homines. Cùm primum in templum redirent.

lierũ fuiſſe diſtinctum in partes duas, eique aſtructam domum ardoris.

ſupernè proſpectarent, infernè verò viri conſiſterent, ne videlicet hi cum illis miſcerentur. Hujus ad atrij latus id quod ad ſeptentriones ſpectabat extrinſecus erat magna domus * appoſita inter atrium & antemurale. Quæ domus erat camerata & projecturis circundata lapideis: nomen hujus erat *Domus ardoris.* Porro oſtia erant ei duo, quorum alterum aperiebatur in atrium, alterum in ſpatium illud intermurale.

X. Quot erant in domo ardoris conclavia, quis horum uſus?

X. Erant in ea domo conclavia quatuor, quorum duo ſita erant in ejus ſpatio ſancto, & in profano item duo. Id verò ſpatium ejus ſanctum à profano diſtinguebant ſumma trabium. Atenim quis & qualis horum erat conclavium uſus? Nempe in occidentis & meridiei angulo ſitum erat conclave agnorum: conclave in angulo orientis & meridiei ſitum erat eorum qui panes propoſitionis efficiebant. Jam in illud, quod in angulo orientis & ſeptentrionis ſitum erat, conclave * ſepoſuerunt Haſamonæi lapides altaris ejus, quod Græciæ reges temeraverant: & per conclave in angulo occidentis & ſeptentrionis ſitum deſcendebant in balneum.

XI. Per hoc igitur conclave qui deſcendebat in balneum per cryptoporticum ſubter Sanctuario toto diductam ambulabat ad lucernas hinc & inde ardentes uſque dum attigiſſet balneum: ibi focus erat & latrina, cui etiam id honoris habebatur, ut ſi occluſa reperiretur pro certo haberetur hominem ineſſe aliquem.

IX. *Appoſita inter atrium.* Nempe mulierum.

X. *Sepoſuerunt Haſamonæi.* Hoc videlicet illud eſt, quod ſcriptum legitur Machab. 1. cap. 4. v. 46. *Et repoſuerunt lapides in monte domûs in loco apto.* Fuit illa gens ex vico Modin oriunda, religionis puræ propugnaculum, veræque virtutis exemplum, quæ Judæorum focos & aras ab impietate tyrannorum Græcorum vindicavit fortitudine quadam ſingulari ac penè incredibili. Huic erat gentile cognomen Haſamonæi, quod quidem ex Joſepho hiſtorico cùm paſſim cognoſcere licet, tum verò lib. 11. Antiq. Jud. ubi „ ſcriptum videmus. Penes Pontifices e„ nim fuit ſumma auctoritas, donec Ha„ ſamonæorum gens mutato rerum ſtatu „ regnum obtinuit. Rurſuſque libro 1. de bello Judaïco, ubi narratur iſtud. „ Denique Matathias Haſamonæi filius, „ unus ex ſacerdotibus ex vico, cui no„ men Modin eſt, cum manu domeſtica, „ nam quinque filios habebat, ſicis ar„ matus, Bacchidem occidit, &c. Jam hujus gentis teſſeram militarem inſcriptam fuiſſe hoc verſiculo, pleno ſpei ac pietatis erga Deum מי כמוך באלים יהוה *Mi kamoka baëlim, Iehova, Quis ſicut tu in Diis Domine,* Exod. 15. 11. quarum vocum Hebraïcarum litteræ primariæ ſunt מכבי *m k b i*, indeque factum eſſe, ut ſymbolum hoc, quod *Machabe*, ſeu *Machabi* legebatur, inderetur genti pro agnomine, atque Machabæi vocarentur, litteris proditum eſt. His autem temporibus agnomen illud notum eſt magis, quam cognomen gentile.

Atrij longitudo ab oriente ad occidentem patebat ſeptem XII.
cubitos & octoginta & centum, quorum erat iſta ratio. Ab atrij pariete qui ſpectabat occidentem ad templi parietem undecim intercedebant cubiti: jam totius templi longitudo patebat cubitos centum; & cubiti duo ſupra viginti inter veſtibulum & altare intererant: ipſum autem altare cubitos patebat triginta duos: tum erat ſpatium per quod ambulandi jus uni ſacerdotes habebant, atque adeo atrium ſacerdotum nominabatur: id undecim cubitos patebat. Præterea autem & ſpatium undecim cubitorum erat, in quo ambulandi jus habebant omnes Iſraëlitæ, idque atrium Iſraëlitarum dicebatur.

Atrij longitudo qualis erat, & qua ratione deſcripta?

Atrium ſacerdotum quale fuerat, & unde nomen id habebat?

Atrij latitudo quæ ab aquilone ad auſtrum erat, quinque pa- XIII.
tebat cubitos & triginta & centum, quorum erat iſta ratio. Ab pariete aquilonari ad lanienam intercedebant octo cubiti. Jam laniena ipſa patebat cubitos duodecim & ſemiſſem, cujus è latere ſuſpenſis victimis pelles detrahebantur.

Quænam atrij latitudo? Ubi laniena?

Tum octo cubitos patebat ſpatium menſarum: in eo menſæ XIV.
erant marmoreæ, in quibus diſponebantur victimarum artus, & lavabatur caro jam jam coquenda: menſæ verò omnino fuerant octo. Ad harum latus erat ſpatium annulorum patens quatuor ſupra viginti cubitos, in quo * mactabantur victimæ.

Qualis erat templi laniena?

Inter ſpatium annulorum & altare cubiti inerant octo. Jam XV.
ipſum altare patebat cubitos duos & triginta: & triginta collis: ab hoc ad parietem auſtralem intercedebant cubiti duodecim ac ſemiſſis. Itaque ab pariete aquilonari ad altaris crepidinem erat latitudo ſexaginta cubitorum & ſemiſſis, & exadverſo ab pariete veſtibuli ad parietem atrij in oriente ſitum erat longitudo cubitorum ſeptuaginta ſex.

Quadrum hoc totum aquilonare dicebatur. Hoc loco ma- XVI.
ctabantur victimæ ſanctiores.

In atrio Iſraëlitarum erant conclavia octo: ad aquilonem XVII.
tria, & tria ad auſtrum. Nempe erant ad auſtrum conclave ſalis, * conclave Parvæ, & conclave lavantium. In conclavi ſalis ſal in ſacrificia reponebatur: ſaliebantur victimarum pelles in conclavi Parvæ, cujus in tecto balneum erat ſummo ſacerdoti paratum in diem Expiationum: & in conclavi lavan-

XIV. *Mactabantur victimæ.* Nempe minus ſanctæ :. ſanctiores enim alio loco mactandas fuiſſe art. 16 diſſeritur.

XVII. *Conclave Parvæ.* Majemonides in

tium inteſtina lavabantur hoſtiarum, atque ex iſto in tectum conclavis Parvæ erat excitata cochlea. Tria verò conclavia aquilonis erant conclave lapidis quadrati, conclave ſcaturiginis,& conclave ligni. In conclavi lapidis quadrati * conſidebat * Senatus ſupremus. Atque hoc conclave dimidium erat ſanctum, & dimidium profanum, oſtiaque habebat duo, alterum in ſancto, alterum in profano; Senatus in dimidio profano conſidebat. In conclavi ſcaturiginis erat puteus: ex eo hauriebatur aqua lecytho, & toti ſuppetebat atrio. Conclave ligni ponè duo proximè ſuperiora ſitum ſummi ſacerdotis erat: nimirum hoc illud eſt, quod conclave Præfectorum dicebatur. Atque horum trium erat tectum æquale. Præterea autem duo erant in Iſraëlitarum atrio conclavia: unum à dextra portæ in oriente ſitæ, quod erat conclave * Phineſi veſtiarij: alterum erat à læva, quod conclave erat eorum, qui cruſtula efficiebant.

CAPUT SEXTUM.

ART. I. Sanctuarium fuiſſe ſitum non in plano, ſed in clivo.

SANCTUARIUM non erat totum in plano & æquo ſitum. Nam * bona pars ejus erat in clivo montis. Qui igitur in Sanctuarium per portam in oriente montis ſitam ingreſſus erat, is rectà pergebat ad extremum ſpatium intermurale:

Commentariis ſuper Miſnam c. 5. tract. Middot vult Parvam nomen eſſe cujuſdam viri venefici, qui curioſitate adductus conclave hoc ita perforaverat, ut ſacrificandi rationem perſpicere poſſet. Eum in delicto deprehenſum interfectum eſſe, atque ſuum conclavi nomen reliquiſſe: ſed aliter alij.

Conſidebat. Neque enim in Sancto ſedere licebat cuiquam præterquam regibus è ſtirpe Davidis oriundis. Sed hac de re tota perſpicuè explicabitur cap. 7. art. 6.

Senatus ſupremus. Is Sanhedrin vulgò appellatur.

Phineſi veſtiarij. Ejus qui veſtimentis ſacerdotalibus præfectus erat. Et exempli cauſâ ponitur Phineſus, nomen certum pro quovis incerto.

ART. I. *Bona pars ejus erat in clivo montis.* Inde factum, ut paſſim in Codicibus Sacris, tum Sion, tum Jeruſalem appelletur mons ſanctus, Pſal. 2. v. 6. *Super Sion montem ſanctum.* Iſa. 66. v. 2. *Ad montem ſanctum meum Ieruſalem.* Dan. 9. v. 16. *Ieruſalem monte ſancto tuo.* Et rurſus Pſal. 47. v. 7. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis in civitate Dei noſtri, in monte ſancto.* Joëlis cap. 3. v. 17. *Habitans in Sion monte ſancto meo.* Et ibid. 2. v. 1. *Canite tubâ in Sion, ululate in monte ſancto meo.* Ad quæ verba commodè germanus Frater meus P. DE VEÏL, Canonicus Regularis, Doctor Theologus: Aliis verbis, inquit, „ repetit id quod mox dixerat, *Canite* „ *tubâ in Sion.* Pergit ibidem: Hic mons „ ſitus

rale: tum ex eo in atrium mulierum aſcendebat gradibus duodecim, quorum ſingulis erat altitudo dimidij cubiti, & dimidij cubiti * retractio.

Rurſuſque rectà incedebat per totum atrium mulierum: II.
deinde ex iſto ſcandebat in atrium Iſraëlitarum, hoc enim erat atrij principium, quindecim gradibus, quorum unicuique erat altitudo dimidij cubiti, & retractio dimidij cubiti.

Perambulabatque totum Iſraëlitarum atrium inceſſu æqua- III.
bili: tum ex iſto aſcendebat in atrium ſacerdotum unico gradu cubitum alto: in hoc autem erat ſuggeſtum trium graduum, quorum quiſque altitudinem habebat ſemicubitalem, & retractionem item ſemicubitalem. Itaque ſacerdotum atrium altius atrio Iſraëlitarum erat cubitis duobus & ſemiſſe.

Deinde per totum atrium ſacerdotum, per locum in quo IV.
ſitum erat altare, & per intermedium altari & veſtibulo ſpatium rectà procedebat. Hinc aſcendebat in veſtibulum duodecim gradibus, quorum ſingulis altitudo ſemicubitalis erat, & retractio ſemicubitalis. Veſtibulum autem, & * templum totum in plano erant.

Igitur templi ſolum viginti duobus cubitis altius erat eo ſo- V.
lo, quod eſſet ad portam montis ædis in oriente ſitam: atqui illa quidem montis ædis porta omnino viginti cubitos erat in altitudinem edita. Ergo fieri non poterat, ut is qui ſtabat ante portam montis ædis, oſtium templi conſpiceret. Quapropter ſupra portam illam paries valdè depreſſus erat, ut ſacerdos in monte Oliveti inſiſtens oſtium templi cerneret tum, cùm * vaccæ rufæ ſanguinem contra templum ſpargeret.

,, ſitus erat ad aquilonem, ut colligitur
,, ex Pſ. 43. v. 3. habebatque duos, aut ut
,, alij volunt tres colles, unde Trijugus
,, appellatur. Primus peculiariter Sion
,, dicebatur: ſecundus Moria, in quo erat
,, templum, unde ſpecialiter vocatur,
,, *mons ſanctus Domini, mons Domini*,
,, *mons domûs*, id eſt, *templi Domini*:
,, tertius Acra. Tres fuere colles in urbe,
,, inquit Joſephus lib. 5. de bello Judaï-
,, co, unus in quo urbs, quam David
,, conſtruxerat, quæ civitas David voca-
,, tur. Alter in quo erat arx, qui undi-
,, que declivis erat, & ſubjectam urbem
,, inferiorem habebat. Tertius humilior,
,, in quo erat templum. Hæc germanus meus in ſuis ad laudatum Joëlis locum Commentariis.

Retractio. Id eſt, latitudo, quæ pede calcatur.

IV. *Templum totum*. Hîc templum pro Sancto Sanctorum & Sancto duntaxat ſumitur.

V. *Vacca rufa*. Eſt hîc mendum in textu binorum exemplarium, quibus uſus ſum ad hanc verſionem. פר enim poſitum eſt pro פרה, quod apertè videre licet in Miſna tract. Middot cap. 2. art. 4. unde totus hic locus decerptus eſt: tum verò Majemonides in Commentariis ſuis ejus

VI. Ubi loci Levitæ ad ſacra canebant?

Sub Iſraëlitarum atrio quædam erant conclavia, eaque verſus atrium mulierum aperta. In his citharas, nablia, cymbala reponebant Levitæ, & reliqua fidium genera. Atque in eo quod ex Iſraëlitarum atrio in atrium ſacerdotum erat erectum ſuggeſto collocabantur Levitæ carmen ad rem divinam canentes.

VII. Quæ conclavia fuerant in ſpatio conſtructa ſancto, & aperta in profanum, ſi tecta eſſent illorum æquata ſolo atrij, cava eorum omnino profana; tecta verò ſancta habebantur. Sin non eſſent æquata tecta ſolo atrij, & ipſa quoque profana fuerant. Etenim tecta, cœnacula, nequaquam conſecrabantur. Itaque in ejuſmodi tectis nunquam nec comedebantur hoſtiæ ſanctiores, nec minus ſanctæ mactabantur.

VIII. Sin cõſtructa fuerant in ſpatio profano, & aperta in ſacrum, cavùm eorum erat ſanctum adeo, ut in eo vel hoſtiæ ſanctiores comederentur: verùm enim ne minus ſanctæ quidẽ ibi mactabantur: tum ſi quis introierit immundus nulla pœna tenebatur. Et illorũ tecta ad omnem rem profana habebantur.

IX. Sancti ſunt templi ſpecus cùm fuerint verſùs atrium aperti: profani ſi verſùs montem ædis. * Feneſtræ verò, & ſpiſſitudo parietum prorſus interiori loco ſimiles cùm ad ſacrificiorum ſanctiorum eſum, tum ad rationem immundorum.

X. Licuiſſe urbem & atrium amplificari.

Senatus ſi velit aut urbem Hieroſolymam amplificare, aut atrium templi, poteſt. Is igitur extendat atrium ad quem libuerit intra montem ædis locum, & Hieroſolymæ mœnia promoveat quocunque loci voluerit.

XI. Per quos fieret urbis & atrij amplificatio?

Atqui nihil unquam additur urbi vel atriis, niſi ex edicto Regis, ſimul & aúctoritate Prophetæ, reſponſoque Urim & Tummim, & decreto Senatûs ejus, qui unius & ſeptuaginta numero ſenum erat. Habemus enim in Lege, *Iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi quod oſtendam tibi*, &c. *Sicque facietis*, ſcilicet in poſterum. Atqui Moyſes ille magiſter noſter * rex fuerat.

Exod. 25. 9.

loci eadem prorſus atque hîc aſſerit & פרוה exhibet.

IX. *Feneſtra.* Adverte hîc templi feneſtras, quæ tamen in ratione ædificij ab auctore non deſcribuntur.

XI. *Rex.* Verum eſt: Moyſes rex appellatur Deut. 33. v. 5. ubi ſecundùm textum Hebraïcum, atque etiam ſecundùm Paraphraſin Chaldaïcam ſcriptum legitur. *Fuitque in Iſraële rex.* Vulgatus autem Interpres pro *Fuitque in Iſraële rex*, poſuit, *Erit apud rectiſſimum rex.*

Sic igitur fiebat urbis amplificatio. Jubebat Senatus duo pro gratiarum actione fieri ſacrificia de * fermentatis panibus, qui ſolebant ſacrificiis in iſtis adhiberi. Ea ſacrificia deinceps poſita Senatus ſequebatur dum per urbem circunferebantur: inſiſtebat autem ad ſingula compita, & ad ſingulos Hieroſolymæ * cippos, atque, *Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me*, canebat ad citharas, nablia, & cymbala uſque, dum ventum erat ad extremum locum eum, qui dedicabatur. * Hîc inſiſtebant, ac de duobus ſacrificiis euchariſticis comedebant unum, & alterum abolebant igni: horum autem utrum flammis, utrum hominibus eſſet abſumendum, id Propheta decernebat.

XII. Urbis amplificationem certo ſacro dedicari.

Pſal. 29. 1.

Atque etiam atrio ſi quid adderetur ſpatij, * reliquiis fertorum id dedicabatur. Nam ut in amplificanda Hieroſolyma, incrementum illud per ſacrificium pro gratiarum actione, quod intra Hieroſolymam ipſam oportebat comedi, item incrementum atrij dedicabatur reliquiis fertorum, quæ niſi in atrio nuſquam conſumebantur: conſumebantur igitur reliquiæ iſtæ extremo illo, qui dedicabatur, loco.

XIII. Amplificationē atrij ſuis ſacris dedicatum eſſe.

Et cujus in loci dedicatione non iſta adhibentur omnia, & ordine præſcripto, omnino is non rite dedicatur. Atqui duo illa Eſdræ ſacrificia pro gratiarum actione, illa ad memoriam non ad dedicandum locum adhibita ſunt: neque enim ibi rex aderat, neque Urim & Tummim. Quo igitur pacto dedicatus eſt? Prima videlicet Salomonis dedicatione, qui atrium juxta & Hieroſolymam dedicavit non in præſens modò, ſed etiam in poſterum.

XIV. Eſdræ tempore non opus fuiſſe nova dedicatione.

Qua de cauſa quævis ibi ſacrificia fiunt quanquam ædes extructa non eſt: & ſanctiora ſacrificia comeduntur in omni atrio

XV. Templi etiã deſtru-

XII. *De fermentatis panibus*. Nam ſacrificia pro gratiarum actione fieri ſolebant ex animantibus ſimul & panibus azymis atque fermentatis, ut videre licet Lev. c. 7. v. 12. & 13. Hæc autem ex ſolis panibus fermentatis fieri ſolita fuiſſe aſſeritur in Gemara tract. Sebuot cap. 2. Videatur etiam Nehemiæ ſeu 2. Eſdræ caput 12.

Cippos. Id eſt, lapides in urbe excitatos.

Hîc inſiſtebant. Haud abſimile quid Livius de Etruſcis refert in enodatione pomerij Dec. 1. Eſt autem, inquit, magis circa murum locus quem in condendis urbibus quondam Etruſci, qua murum ducturi erant certis circa terminis inaugurato conſecrabant. Idemque paulò poſt. Et in urbis incremento ſemper quantum mœnia proceſſura erant, tantum termini hi conſecrati proferebantur.

XIII. *Reliquiis fertorum*. Ut è fertis ſic & cunctis è ſacris quod in altari adolebatur, id quamvis minutum, tamen pro parte præcipua eorum putabatur, & quantumcunque reliquum erat, nomen habebat reliquiarum. Iam de fertis ipſis alio loco diſputabitur quid erant à

ẽti ſede ſacra fieri licere.

etiam penitus everſo, nec ullo circundato pariete. Et ſacrificia minus ſancta, atque decimæ ſecundæ comeduntur intra urbem Hieroſolymæ, ut mœnibus deſtituta ſit. Etenim horum dedicatio prima ſicut in præſens, item in poſterum valuit.

XVI. Unde ſanctitudo tẽpli, urbis, & reliquæ terræ Iſraëliticæ extitit?

Quod autem ita dico Sanctuarij & Hieroſolymæ dedicationem primam valuiſſe in præſens ſimul & in poſterum; contrà verò conſecrationem primam totius Iſraëliticæ terræ ad rationem annorum ſabbaticorum, decimarum, & his ſimilium non item in poſterum valuiſſe, nimirum hæc cauſa eſt, quia Sanctuarij & Hieroſolymæ ſanctitudo exiſtit à * Dei præſentia, quæ quidem in his nunquam tollitur. Quod enim eſt in Lege, *Et deſerta faciam Sanctuaria veſtra*, ex eo ſapientes concluſerunt hæc vel deſerta ſuam etiam retinere ſanctitatem. Annis autem ſabbaticis & decimis eo duntaxat adſtricta eſt terra ſancta, quia multorum expugnatio fuit, quæ cauſa quidem eſt ſublata ut primùm ab Iſraëlitis terra recepta fuit, quæ porro ex Lege fuit ſoluta decimis & annis ſabbaticis. Nam Eſdras cùm è Babylone reduxit Judæos in patriam terram conſecravit non expugnando, ſed acquirendo. Quocirca quæ reduces à Babylone recuperârunt loca, & Eſdræ ſecunda dedicatione conſecrata ſunt, ea ſunt etiamnum ſacra, etſi jam nobis erepta terra ſit, & in his annorum ſabbaticorum & decimarum lex obſervari debet ſic, ut tract. de Oblationibus explicavimus.

Lev. 26. 31.

CAPUT SEPTIMUM.

ART. I. *Lev. 26. 2.*

PRÆCEPTUM eſt jubens, ut Sanctuarium illud vereamur, ſcriptum eſt enim, *Et pavete ad Sanctuarium meum.* Nec verò Sanctuarium eſt, quod metuitur; ſed is, qui de metu Sanctuarij præcepit.

II. Qualis & quanta re-

Qualis igitur erit metus ille? Ut in montem ædis introeat * nemo cum baculo, calceis, zona, cum pulvere pedibus in-

XVI. *Dei præſentia.* Per hanc vocem שכינה Judæi volunt intelligi peculiarẽ quandam divinæ Majeſtatis præſentiam, qualem cunctæ gentes templorum adytis, Judæi non Sanctuario tantùm, ſed univerſæ quoque terræ ſanctæ attribuerunt.

II. NEmo *cum baculo*, &c. An huc ſpectabat quod Apoſtolis præcepit Chriſtus Mat. 10. ut legatione ſancta fungentes nihil ferrent ſecum, non aurum, non argentum, non pecuniã in zonis: neque porro virgam, neque calceamenta?

hærente, aut cum pecunia in veſtimento colligata: id verò nec dici quidem neceſſe eſt interdictum eſſe, ne in omni monte ædis deſpuatur, ſed hîc ambulanti, cùm neceſſe fuerit, in linteum ſuum ſcreandum: ut ne per montem ædis compendiariam inſtituat viam, introeundo per portam unam, & per adverſam exeundo; ſed montem extrinſecus circumeat: denique ut intra montem ingrediatur nemo, niſi propter * rem piam & laudabilem.

verentia adverſus Sanctuariũ fuerit adhibenda?

III. Omnes intra montem ædis venientes ad dextram introibant, quam partem obeuntes tandem exibant ad lævam. Contra cui quid accidiſſet lævam obambulabat. Quapropter eum ita rogabant, quid eſt, quòd ad lævam ambules? Quoniam lugens ego ſum: tum illi, ſolatium præbeat, * qui hanc incolit ædem: vel quoniam ab Eccleſiæ * communione remotus ſum: & illi, qui hanc ædem incolit, is ſic in animum inducat tuum, ut auſcultes ſociis, qui te reducent.

IV. Qui poſt rem divinam abibant, hi non ita diſcedebant è templo, ut ei tergum verterent, ſed retro incedentes paulatim ſe ſe movebant: tum ſenſim gradiebantur in latus quoad diſceſſiſſent ex atrio. Item * viri curiæ ſacra adminiſtrantis, & * viri ſtationis, & à ſuggeſtu Levitæ ex Sanctuario ſe ſe recipientes ſic, ut poſt * ſolemnem illam precationem ſolent, retrorſum redibant, & hæc omnia præ metu Sanctuarij.

Poſt rem divinã miniſtris è templo retro diſcedendum fuiſſe.

Rem piam. Hîc ego Lectorem benevolũ monendum putavi vocem iſtam מצוה quæ verè propriéque præceptum ſignificat, ſæpius à Judæis tam in ſermone, quàm in ſcriptis cujuſvis generis uſurpari pro quacunque re pia & laudabili, etiamſi res illa omnino præcepta non eſt. Sic igitur quando ad funus alicujus producendum invitant, eorum præco publicè clamat אל המצוה, quod Latinorum præco ita proclamabat, *Exequias ire Cremeti.*

III. *Qui hanc incolit ædem.* Id eſt, Deus.

Communione remotus. De hoc genere toto copioſè diſputat clariſſimus Buxtorfius in Lexico Chaldaïco Talmudico ad radicem נדה à pag. 1303. ad uſque 1307.

IV. *Viri Curiæ.* De his vide tract. proximè ſequentem de Apparatu templi, &c. cap. 3. art. 9.

Et viri ſtationis. De his quoque tract. proximo explicabitur cap. 6. art. 1.

Solemnem illam precationem. De hac precatione jam egimus in trac. de Jejunio, & fortaſſe pluribus agemus aliàs. Hîc verò id dicere ſat habeo, eam à Senatu majori Hieroſolymitano, eo, qui vulgò Sanhedrin dicitur, confectam eſſe prædicare Judæos, & eã appellare interdũ שמונה עשרה *decem octo*, quia totidem ſeu gratiarum actiones, ſeu laudes, ſeu denique poſtulationes continet: interdum verò nudè ac ſimpliciter תפלה *precationem*. Ego verò ad rem magis illuſtrandã adjeci vocẽ *ſolemnem*. Hanc precationẽ pedibus quàm arctè conjunctis ſtantes fundunt uſque dum pervenerint ad undena duodena ultima verba: tum enim tres paſſus retrocedunt, atque caput huc illuc inclinantes ultima verba iſta fundunt. Hunc retrocedẽdi modũ exẽplo vult eſſe Majemonides,

V. Ante portam in oriente atrij ſitam, quæ eſt porta Nicanoris, nemo fronte proterva verſetur. Eſt enim ea porta directò contra Sanctum Sanctorum. Et in atrium quicunque ingreſſurus eſt placidè pergat eò loci, quò jus eundi habeat: tum etiam perſuaſus ſit animo ſe in præſentia eſſe Dei, qui cùm de templo loquitur ita dicit, *Et erunt oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.* Porro quiſque cum terrore, formidine, ac tremore incedat, ſiquidem ſcriptum eſt, *In domum Dei ambulabimus cum perturbatione.*

3. *Reg.* 9. 3. — *Pſ.* 54. 15.

VI. *In atrio ſolos reges è ſtirpe Davidis conſediſſe.* 2. *Reg.* 7. 18.

In atrio ſedere conceſſum eſt nemini præter reges è ſtirpe Davidis, de quo ſcriptum eſt, *Ingreſſus eſt autem rex David, & ſedit coram Domino.* Etenim qui conſidebat in conclavi lapidis quadrati Senatus, is in ejus dimidio profano duntaxat ſedebat.

VII. *Quis nunc habendus honor ei loco, ubi ſitum erat templum.* *Lev.* 19. 30.

Sanctuarium his temporibus cùm ſit præ peccatis noſtris everſum, nihilominus tamen vereri neceſſe eſt, quàm exædificatum cùm erat. Itaque in alium atque ſibi liceat, locum ingrediatur nemo: nemo ſedebit in atrij ſpatio: nemo denique proterva fronte verſabitur ad eam portam, quæ quondam in oriente erat atrij. Nam quod ſcriptum eſt, *Sabbata mea cuſtodite, & Sanctuarium meum metuite*, hujus eſt ea ſententia, ut tanquam Sabbati ſit obſervatio ſempiterna, ſic & æternus ſit metus Sanctuarij, quippe quod everſum ſuam ſanctitatem retinet etiam.

VIII. Sanctuarium cùm eſſet ædificatum interdictum erat, ne quis citra Sophim, quod erat extra Hieroſolymam vultum præberet immodeſtum, ſi modò conſpiceret Sanctuarium, nec ulla inter hoc & ipſum maceria intercederet.

IX. Nunquam verò conceditur, ut inter orientem & occidentem quiſquam aut alvum exoneret, aut capiat ſomnum. Nam illud nec dici quidem neceſſe eſt, nuſquam inter orientem & occidentem latrinam conſtitui, quippe cùm * ad occidentem templum fuit, & eam ob rem nemo naturæ ſatisfaciat ad occidentem: neque porro ad orientem quoniam occidenti oppoſitus eſt. At verò inter ſeptentrionem & meridiem utrumque fieri licet & dormire, & ventrem exonerare. Quin etiam is qui citra Sophim mittet urinam non ſe vertet ad locum ſanctum, ſed vel ad aquilonem, vel ad auſtrum, vel certè locum

IX. *Ad occidentem templum fuit.* Hic per templū ſolū Sanctū Sanctorū intelligitur.

ſanctum ad latus relinquet.

Interdictum eſt ne quiſquam ad ſimilitudinem templi domum ædificet, aut ad ſimilitudinem veſtibuli pergulam, aut aream, quæ ſpeciem habeat atrij: item ne efficiatur menſa, quæ templi menſam; aut candelabrum, quod templi candelabrum imitetur. Id verò conceſſum eſt, ut efficiatur candelabrum, cui calami ſint quinque, vel octo, atque etiam cui ſint calami ſeptem, ſi modò non fiat è metallo. X. Non eſſe domum cōmunem ædificandam ad ſimilitudinem templi.

Caſtrorum erant in deſerto genera tria. Iſraëlitarum, quæ XI.
erant quadripertita. Levitarum, de quibus dicitur, *Ac per* *Num.* 1. 50
gyrum tabernaculi metabuntur. Dei, quod in tabernaculo fœderis erat citra januam atrij. Atque ad horum rationem poſtmodùm quod ab porta Hieroſolymæ ad montem ædis intercedebat ſpatium, id reſpondebat caſtris Iſraëlitarum. Quod autem ab porta montis ædis ad portam atrij, quæ eadem fuit porta Nicanoris, ſpatium intercedebat, id Levitarum reſpondebat caſtris: Et quod ſpatium erat citra portam atrij, caſtra Dei repræſentabat. Sed his amplius habebat * domus æterna ſpatium intermurale, & atrium mulierum. Diſtinctionem caſtrorum in deſerto permanſiſſe in urbe.

Iſraëlitarum terra cunctis eſt ſanctior. Quid ita? Quia ex ea XII.
quotannis Deo offertur manipulus, duo panes, & baccarum primitiæ: reliquis autem è terris non item.

In Iſraëlitarum terra ſanctitatis ſunt genera decem, quorum XIII.
aliud alio gradu ſuperius eſt. Nam reliquâ terrâ ſanctiora ſunt oppida mœnibus ſepta, è quibus ejiciuntur homines affecti leprâ: porro autem in his nullus humatur homo mortuus, niſi ſeptem optimates jubeant, vel civitas omnis. Qui ſi mortuus ex ejuſmodi oppido ſemel elatus ſit, rurſus in illud non infertur, licet eum omnis civitas referri velit. Jam ſi cuncti cives ſepulcrum velint ex urbe removere, removeatur. Quod quidem jus eſt in omnibus fieri ſepulcris præter ſepulcrum prophetæ vel regis. Quod ſepulcrum civitas curavit muris cingendum vel à lateribus quatuor, vel à duobus inter ſe oppoſitis, id ſi utrinque diſtet ab oppido magis, quam quinquaginta cubitos, niſi velit tota civitas, tranſmoveri non poteſt: contra ſi propiùs ſit ab urbe diſſitum. Varia fuiſſe ſanctitatis genera in terra Iſraëlitarum.

XI. *Domus æterna.* Admonui jam antea Lectorem Judæis templum Salomonis *Domum Æternam* dici.

XIV. Ceteris oppidis muro cinctis ſanctior eſt Hieroſolyma. Etenim intra hujus mœnia ſacrificia minus ſancta, & decimæ ſecundæ comeduntur. Præterea autem hæc de urbe Hieroſolyma edicta ſunt. In ea ne pernoctare hominem mortuum, neve per illam hominis oſſa transferri ſinunto: domum in ea ne locanto: nec * proſelito inquilino locum præbento: ſepulcrum ne ſervanto, præter illa gentis Davidicæ, & Oldæ prophetidis ſepulcra, quæ in ea fuerant ab primorum uſque prophetarum temporibus: horti nulli, nulla pomaria inſeruntor: illam neque ſeminanto, nec aranto, * ne fortè fœteat: nullam in ea arborem ſervanto, præter roſetum: id enim à primorum memoria prophetarum in ea fuit: ſterquilinium in ea diu ne tenento propter immundas, quæ fere gignuntur ex eo, ſerpentes animantes: trabes aut podia publicum in locum ne prominento, ne videlicet inquinamenti * fiat tentorium: nullæ propter fumum in ea fornaces fiunto: gallinas in ea propter ſacra ne nutriunto: ſimiliter ſacerdotes, ut ſe puros conſervent, in omni Iſraëlitica terra gallinas ne nutriunto: domus ne cujuſquam propriæ ſunto: leprâ ne contaminator: eam ut * urbem ſeductam nunquam habento: propter incertum homicidium decollandæ vitulæ ne adſtringitor, quia tribubus diſtributa non fuit.

Quædam Hieroſolymæ ob urbis ſanctitatem fieri non licuiſſe.

XV. Sanctior Hieroſolymâ mons ædis eſt: intra hunc enim ſeminis fluxione laborantes, menſtruales mulieres, & puerperæ non ingrediuntur. Hominem mortuum tamen intra montem ædis inferri licet, & multo etiam magis ingredi funeſtum.

XVI. Monte ædis ſanctius eſt ſpatium intermurale: in hoc enim neque

XIV. *Proſelito inquilino.* De proſelitis inquilinis, item & de proſelitis juſtitiæ egimus tract. de Jejunio.

Ne fortè fœteat. Seu ex ſtercoratione, qua ad terram colendam uſus eſt, ſeu etiã ex multis & variis oleribus malè olẽtibus.

Fiat tentorium. Eſt à Moyſe præſcriptum Num. 19. v. 14. ut ſi quis in tabernaculo moriatur, id omnes ingredientes, omniaque vaſa in eo contenta polluat in dies ſeptem. Addunt autem Rabbini quidquid parvum cadaveris humani oſſiculum quoquomodo operiat pro inquinamenti tentorio habendum, atque omnes ſubter operimentum illud tranſeuntes itidem contaminari in dies 7. Hinc interdictum fuit, ne in urbe Hieroſolyma trabes podiaque è muris eminerent, ne ſubter ea fortè devolveretur aliquod oſſiculum cadaveris humani, atque homines ſubter ea ſe recipientes ſic tanquam inquinamenti tentoria contaminarent, atque adeo à ſacris excluderent.

Vrbem ſeductam. Urbs ſeducta dicitur, cujus omnes habitatores à puro Dei cultu averſi ac ſeducti fuerant ad idololatriam, de qua urbe funditùs delenda præcepit Moyſes Deut. 13. à verſu 12. ad finẽ cap.

XVII.

neque gentes, neque funeſti, nec qui cum menſtruali muliere conſueſcat, ingrediuntur.

Et hoc intermurali ſpatio ſanctius eſt atrium mulierum: In id nec * de die lavandus ingrediatur; id verò ex ſapientum inſtitutis interdictum eſt: Etenim homini de die lavando ut ingrediatur in caſtra Levitarum è Lege quidem licet. Atqui funeſtus in atrium ingreſſus non eſt adſtrictus ſtatæ hoſtiæ pro peccato. XVII.

Atrio mulierum ſanctius eſt atrium Iſraëlitarum, in quod non ingrediatur is, * qui piaculi indiget: funeſtus autem ſi ſit ingreſſus * pœna erat כרת. XVIII.

XVII. *De die lavandus.* Res immundæ non erant omnes unius & ejuſdem generis. Quædam enim, ut paulò ſupra dictum eſt, polluebant in dies ſeptem: quædam etiam in majorem dierum numerum: porro quarundam erat adeo leve inquinamentum, ut his contaminatus de eodem die lavaret, atque ſolis occubitum poſt lavationem expectaret, tum verò ſacris certis admitteretur. Hujus poſtremi generis re immunda contaminatum Rabbini טבול יום dicunt, hoc eſt, *de die lavandum*, ſi tamen ſermo fit ante lavationem: nam ſi poſt lavationem, *de die lavatum* reddendum eſt. Atque propter hanc nominis ambiguitatem ſæpius à nobis deinceps ejuſmodi homo, *temeratus in diem* appellabitur.

XVIII. *Qui piaculi indiget.* Homines inquinati non dierum numero & aquæ aſperſione tantùm luſtrabantur: ſed inſuper oportebat, ut ſacrum piaculare facerent. Itaque ſi completo temporis ſpatio laviſſent necdum illud ſacrum piaculare feciſſent, *piaculi indigentes* dicebantur, neque etiamdum omnibus ſacris admittebantur.

Pœna erat. כרת *Keret.* Pœna iſta in ſacro textu Hebraïco his fere modis exprimitur. ונכרתה הנפש ההוא מעמיה ; ונכרתה הנפש ההוא מישראל: ונכרתה הנפש ההוא מעדת ישראל: Quod ab Interprete Vulgato ita redditur. *Delebitur anima illa de populo ſuo.* Gen. 17. 14. *Peribit anima ejus de Iſraël.* Exod. 12. 15. *Peribit anima ejus de cœtu Iſraël.* Ibid. v. 19 Rurſuſque. *Exterminabitur anima illa de populis ſuis.* Num. 9. 13. Ac Rabbini quidem more ſuo enumerârunt præcepta triginta ſex cum hac pœna ſancita fuiſſe, ut videre licet ad principiũ tract. כריתות *Keritot.* Sed de hujus pœnæ ratione diſſident inter ſe. Majemonides enim noſter tract. de Pœn. cap. 8. art. 1. pœnã hanc ita definit, ut velit obnoxium ei hominem diſſoluto corpore prorſus interiturum ſic, tanquam pecudem: neque enim animam ejus fore ſuperſtitem, ſed extinctum iri. Aben-Ezra Commentariis in Geneſim ait כרת pœnam eſſe divinam; qualem verò ſuis ipſius verbis non definit: addit autem quibuſdam placere addictum ei pœnæ hominem moriturum ante annum ætatis quinquageſimum ſecundum, cui opinioni adſtipulatur P. Fagius, uti facile eſt cognoſcere ex ejus notis in Paraphraſin Chaldaïcam Exod. cap. 12. ſub. num. 15. quoſdam autem ſentire ejus, qui hac pœnâ tenetur, hominis nomen ac memoriam deletum iri, liberorum videlicet orbitate, atque hanc cauſam eſſe cur in textu ſubjiciatur *de populo ſuo.* Illum enim mortuum etiam vivere quodammodo, qui liberos reliquit ſuperſtites, cujus quidem certè nomen oblivione non obruitur. Jam R. Salomon Jarchi eodem loco vult, ut homo qui pœnâ iſtâ tenetur, moriatur ante tẽpus ac ſine liberis, quod ipſe alio loco ſic exponit, aut ab eo nullos procreari liberos, aut procreatos efferri. Similiter R. David Kimchi apud Commentarios in Iſaiam cap. 38. v. 10. aſſerit à ſapientibus

E

XIX. Et hoc ſanctius eſt atrium ſacerdotum: in id enim Iſraëlitarum introeat nemo niſi tum, cùm neceſſariò requiruntur aut ad imponendas hoſtiæ manus, aut ad expiationem faciendam, aut ad mactandam victimam, aut * ad agitandum ſacrum.

XX. Hoc etiam ſanctius eſt ſpatium id, quod inter veſtibulum & altare intereſt: in hoc enim nemo corporis vitio affectus introeat, nemo introeat capite aperto & laceratis veſtimentis.

XXI. Atque hoc ſpatio inter veſtibulum & altare intercedente * ſanctius eſt templum, in quod niſi lotis manibus & pedibus introeat nemo.

XXII. Et iſto denique ſanctius & auguſtius eſt Sanctum Sanctorũ; in quod nemo introeat præter ſummũ ſacerdotem, nec is quidẽ niſi una ſolemnitate Expiationũ ad rem divinam faciendã.

XXIII. Singulis hebdomadis perluſtratum eſſe templum: ecquid in ædificio reficiendum eſſet?

Qui erat in cœnaculo locus Sancto Sanctorum directò oppoſitus, in eum ſemel in hebdomada intrabant luſtraturi ecquid in ædificio reficiendum eſſet. Atque in templum cùm ingrediebantur operæ, vel ad reficiendum aliquid, vel ad eximendum inquinamentum, has omnino operas omnes jus erat ſacerdotes eſſe integros: Qui ſi non reperirentur integri, ſacerdotes intromitterentur aliquo vitio corporis affecti; his etiam deficientibus adhiberentur Levitæ: ſi nec Levitæ reperirentur, adhiberentur Iſraëlitæ, quos mundos eſſe jus erat: ſin mũdi reperirentur nulli, adhiberentur immundi. Quod ſi partim operarũ, quæ præſto adeſſent, reperirentur immundæ, partim corporis vitio laborantes, adhiberentur vitioſæ, immundæ excluderentur. Nam inquinamentum in univerſa etiam Eccleſia reprobatum fuit. Jam quæ in templum reficiendi cauſa intromittebantur operæ, hæ erant in arcis incluſæ: quæ ſi nullæ adeſſent arcæ, aut ſi ſic incluſæ operæ nihil poſſent efficere, tum per oſtium intrabant ſcilicet.

ita pronunciatum, qui hac pœnâ tenetur homo, eum mori ante annum ætatis quinquageſimum. Atque eodem modo pœna iſta definitur apud Librum Præceptorum Magnum. Sunt autem qui volunt hominem pœnæ huic addictum decidere prorſus eximio jure fœderis ejus, quod Iſraëlitis cum Deo ſancitum eſt, cui ego ſententiæ ſubſcribo. Utut eſt hoc certè conſtat pœnam hanc irrogari non à judice homine, ſed ab ipſo Deo, ut apertè declaratur Lev. c. 17. v. 10. & c. 20. v. 6.

XIX. *Ad agitandum ſacrum.* De agitatione ſacrorum præcipitur Lev. c. 14. v. 12. & 24. Et cap. 23. v. 11. & 20. Id autem quomodo fiebat diſertè explicatur à Scriptore noſtro tract. de Ratione Sacrificiorum faciendorum cap. 9. art. 7.

XXI. *Sanctius eſt templum.* Hoc loco templum pro illo duntaxat ſpatio uſurpatur, cui nomen *ſanctum* erat.

CAPUT OCTAVUM.

TEMPLUM cuſtodire jubendo ſancitum eſt, etſi nihil neque ab hoſtibus timetur, neque à graſſatoribus: ejus enim cuſtodia hanc duntaxat habet rationem, ei ut habeatur honos: neque enim ad palatium præſidio munitum comparandum eſt id, quod præſidio careat. ART. I. Honoris cauſa templum cuſtodiis vigiliiſque muniendum fuiſſe.

Hæc igitur cuſtodia in noctem eſt ſancita totam: & cuſtodes ſunt ſacerdotes & Levitæ. Quod enim in Lege dicitur, *Tu autem & filij tui miniſtrabitis in tabernaculo teſtimonij*, id verò perinde eſt quaſi ita dicatur: Vos mihi cuſtodes eritis. Et mox additur, *Et excubent in cuſtodiis tabernaculi.* Atque alio loco dicitur, *Caſtra metabuntur ante tabernaculum fœderis, ad orientalem plagam, Moyſes & Aaron cum filiis ſuis habentes cuſtodiã Sanctuarij.* II. Cuſtodiſſe templum ſacerdotes & Levitas. *Num.* 18. 2 *Ibid. v.* 4. *Ibid.* 3. *v.* 38.

Quam cuſtodiam ſi ſuſtuliſſent, vetitũ violaſſent. Eſt enim in Lege, *Excubate in cuſtodia Sanctuarij:* vox autem hæc *cuſtodire* admonitionis eſt; ex quo efficitur de cuſtodia Sanctuarij præceptum eſſe jubens, & prohibens de ſublatione cuſtodiæ. III. *Ibid.* 18. 5.

Cuſtodia ejus ſic deſcripta ſit oportet, ut ſacerdotes cuſtodiant intus, & foris Levitæ, & ſingulis noctibus perpetuò cuſtodiant quatuor & viginti manipuli in locis diverſis viginti quatuor: in tribus videlicet ſacerdotes, & Levitæ in viginti uno reliquis. IV. Cuſtodiſſe ſacerdotes intus, foris excubaſſe Levitas.

Sed iſti cuſtodes ubinam collocabantur? Sacerdotes in domo * Abtines, in domo ſplendoris, & in domo ardoris. Erant autem domus Abtines, & domus ſplendoris cœnacula extructa ad latus portæ atrij: hîc excubias agebant pueri. Domus ardoris teſtudo erat: atque domus illa erat ampla projecturis circundata lapideis: hîc cubabant ſenes ejus familiæ, quæ de die rem divinam adminiſtraverant; atque his claves atrij committebantur. V. Tribus omnino locis fuiſſe ſacerdotum excubias.

Jam cuſtodientes illi ſacerdotes non dormiebant veſtes induti ſacerdotales: has enim complicatas apponebant ad caput: tum ſua veſte veſtiti humi cubabant. Ea ſunt enim conditione omnes in regũ aulis excubias agentes, ut in lecto non cubent. VI. Qui excubias agebãt cubuiſſe humi.

V. *Abtines.* Abtines nomen proprium fuit ſacerdotis, qui præfectus erat iis, quorum erat munus parare ſuffimentum.

VII. Si quis eſſet per noctem ſeminis fluxionem paſſus, is illico per cryptoporticum ſubterraneam pergeret ad balneũ. Nam ſpecus in montem ædis aperti dedicati non erant: tum deinde lavatus ad fratres ſuos ſacerdotes redibat, quibuſcũ manebat uſque dum portæ manè aperirentur, ac tum viam ſuã abibat.

VIII. Ubi locorũ vigilias agebant Levitæ? Levitæ verò poſiti erant ad quinque portas quæ in monte ædis erant, & intra montem ad quatuor ejus angulos, & ad quatuor angulos atrij videlicet extrinſecus, quoniam in atrio ſedere licebat nemini, & ad atrij quinque portas item extrinſecus. Nam portam ardoris & portam ſplendoris cuſtodiebant ſacerdotes. En igitur loca duodeviginti.

IX. Præterea autem Levitæ cuſtodiebant etiam conclave oblatorum, conclave veli, & poſticam partem propitiatorij.

X. Cuſtodiis univerſis unum fuiſſe præfectũ Antiſtitem. His omnibus cuſtodiis unus erat præfectus Antiſtes. Is præfectus montis ædis appellabatur. Hic igitur nocte tota ſingulas cuſtodias luſtrabat, & accenſæ faces ei præferebantur. Cùm offenderetur cuſtodia quæ non ſtaret in pedes, præfectus montis ædis, pax tibi, ei dicebat. Quam ſi agnoſſet dormientem baculo tundebat ſuo. Idem habebat poteſtatem urendi veſtimenta dormientis. Hinc vulgò dictitabant Hieroſolymæ, Quid hoc clamoris eſt in atrio? Levita vapulat, aut ejus uruntur veſtimenta, quoniam cuſtodiæ ſuæ indormivit.

XI. Quinam manè templum aperiebant? Manè paulò ante, quàm naſceretur aurora, veniebat præfectus templi, & pulſabat apud ſacerdotes, qui in domo ardoris erant, quam huic illi patefaciebant: tum præfectus clavem ſumebat, & ſitum inter domum ardoris & atrium oſtiolum aperiebat, per quod è domo ardoris abibat in atrium. Conſequebantur ſacerdotes, qui duas faces præferentes in turmas diſpertiebantur duas: quarum altera in orientem, altera pergebat in occidentem, & totum obeuntes luſtrabant atrium uſque dum rurſus ambæ coirent in eum locum, ubi fiebant cruſtula. Quò cùm conveniſſent utraque, pax, aiebat, pax ubique, & cruſtula deſinebant efficere cruſtularij.

XII. Atque hanc rationem tenebant ſingulis noctibus, exceptis ſabbatinis, quibus quidem nullæ præferebantur faces; ſed atrium luſtrabant ad lucernas ibi de vigilia ſabbati accenſas.

Finis primi Tractatûs.

Explicatio

EXPLICATIO TABULARUM, QUÆ FIGURAM Templi exhibent. Monitum.

IN templi deſcriptione, quam Majemonides nobis reliquit, pleraque fere omnia ſunt ita graphicè veluti delineata, ut cuivis ea legenti promptum ſit rerum ipſarum veram imaginem ſibi fingere. Nonnulla ſunt tamen quæ ideo apparent obſcura aut ambigua, quia parum conveniunt cum typis illis, qui paſſim in Bibliis conſpiciuntur ad ſacri textûs mentem eam efficti, qualemcunque Pictores ſequi conati ſunt, & quam, opinor, non ſunt aſſecuti. Utut ſit, ſi non veram templi imaginem hîc ob oculos ponimus, eam ſaltem exhibemus, qualem, ni fallor, auctor noſter in animo habuit. Verum antequam ad partium brevem deſignationem, quam appoſitis ad ſingulas, ut moris eſt, characteribus nos conferamus; prius operæ pretium erit unum aut alterum eximere ſcrupulum, qui nos utcunque angit, & forſan lectores quoque ad rem attentos malè habebit.

Primus ſcrupulus verſatur circa ſitum appendicum illarum, ſeu thalamorum, aut cubiculorum, in quibus Sacerdotes degebant, quæ appendices 3. Regum *tabulata* vocantur, apud Ezechielem *gazophylacia*, & 2. Paralipomenôn *cœnacula*. Eas enim Sacerdotum manſiones parietibus ipſius Sacrarij, quod ex Sancto Sanctorum, Sancto, & Veſtibulo conſtabat, adjunctas immediatè omnes intelligunt: nos verò tribus lateribus Atrij templi extrinſecus adnexas, ſeptentrionali videlicet, occidentali, & meridionali exiſtimamus. Conjecturæ, quibus nitimur, petitæ ſunt ex locis nonnullis Majemonidis & Scripturæ ſacræ, ex quibus intelligere eſt; Primò rem ità ſe habere non poſſe ut vulgò exiſtimatur; Secundò locos quibus fulcitur vulgaris opinio non adverſari noſtræ opinioni; ſed ità eſſe ambiguos, ut ad utramque ſtabiliendam pertineant. Appendices Sacrario adjunctas eſſe non potuiſſe ſequitur ex iis quæ Majemonides tradit cap. 4. art. 4. Ibi enim templo ab oriente ad occidentem, ſcilicet ab I N ad 6 in prima Tabula, aſſignat tantùm cubitos centum, quos explebant Sanctum Sanctorum F, Sanctum G, & Veſtibulum E H, cum parietibus, quarum partium ſingularum menſuræ traduntur eò loci, & illæ ſummam centum cubitorum efficiunt nulla hîc facta mentione appendicum illarum, quæ novem ſaltem cubitos poſtulabant. Capite 5. art. 12: quod inter murum Atrij & murum Sancti Sanctorum intercedebat ſpatium notâ 6 deſignatum, erat tantùm undecim cubitorum: at in eo ſpatio appendices eſſe non potuerunt, quæ novem cubitos ad minimum erant latæ: nemini enim venire poteſt in mentem duorum tantùm cubitorum intercapedinem inter Atrium & templum fuiſſe relictam. Præterea apud Ezechielem cap 4. v. 12. inter gazophylacia s s s, erat ſpatium r, viginti cubitorum: id autem ſignificat aut inter gazophylacia & templum ſpatium intercedere viginti cubitorum, quod parum abeſt à ſpatio, quod erat ſecundùm Majemonidem à lateribus templi ad Atrij parietem, cui nempe adjuncta volumus gazophylacia: aut id ſignificat ſingula gazophylacia à ſe invicem eſſe ſpatio viginti cubitorum diſſita, quod eſt impoſſibile, ſi lateribus templi erant annexa; quia latus templi maximum, notâ 7 deſignatum, vix erat octoginta cubitorum: at quatuor ſpatia, quæ erant inter quinque gazophylacia, quibus latus iſtud maximum inſtructum erat, cubitos octoginta poſtulabat: ac proinde nullum gazophylaciis erat relictum, quæ ſecundùm Joſephum lib. 8. Antiq. erant ſingula cubitorum viginti quinque. Non ergo in circuitu Sacrarij eſſe potuerunt gazophylacia; ſed in circuitu atrij, in quo Sacrarium incluſum erat.

Illas appendices Atrio conjunctas non Sacrario, diſertis verbis ſignificat Majemonides cap. 4. art. 9. *Iam*, inquit, *appendices erant circundata extra ambitûs parietem*, quod apertè ſignificat parietem Atrij, qui ædem, hoc eſt, Sacrarium totum ſolus circundat: paries enim eſt ſuus veſtibulo diverſus à pariete Sancti Sanctorum, quod ſuum quoque diverſum ab aliis habuit: unde fit, ut nullus ſit Sacrario paries, qui illud totum circundet, quemadmodum eſt Atrio.

Tandem nihil reperitur de appendicibus illis dictum, quod eas Sacrario potiùs, quàm Atrio templi annexas fuiſſe ſignificet; quia incertum eſt ubique, an nomina domûs, ædis, templi, quibus illæ dicuntur annexæ, intelligenda ſint de ſolo Sacrario, an de Sacrario cum Atrio, quod illud circundat, & quod ad illud ita pertinet, ut unum quid cum illo efficere videatur. Quidquid ſit manſiones illas, ſeu hominum cubicula à ſanctiſſimo Sacrario paulùm remota fuiſſe magis decebat, & per trabes tantùm, quæ ponticulum efficiebant, eſſe conjunctas. Trabes autem illas, quas notis 8, 9, in prima Tabula deſignavimus, eaſdem eſſe exiſtimare licet cum iis de quibus mentio fit 3. Regum, ubi poſtquam deſcriptæ ſunt illæ appendices, quæ eò loci tabulata vocantur, hoc

additum legimus, *Trabes autem Salomon poſuit in domo forinſecus per circuitum*, hoc eſt, in domo quæ Sacrarium circundabat, *ut non hærerent muris templi.*

Alter ſcrupulus verſatur circa cochleam, quam omnes Interpretes ipſius Sacrarij angulo unà cum appendicibus annectunt, an pari errore non auſim affirmare: id unum contendo gradus ſeu ſcalas quibus aſcenſus erat in gazophylacia & in cœnaculum, neque Sacrario conjunctas fuiſſe, ſaltem ſecundùm Majemonidem, neque figuram habuiſſe cochleæ, cujus nomen ab Interpretibus malè, ni fallor, uſurpatum eſt. Nam vocabulum מסיבה ſi ad verbum interpreteris nihil eſt aliud quàm circuitus ſeu ambitus: eôque vocabulo Hebræi utuntur, tum ad gradus ſignificandos, tum ad quaſcunque res quæ circunducuntur, ſive in orbem ut cochlea, ſive per latera recta figuræ quadratæ porrigantur. Majemonides enim cap. 5. art. 11. eo verbo utitur ad ſignificandam cryptoporticum ſubter Sanctuario toto circunductam, quæ non in orbem flectebatur; ſed ſecundùm figuram quadratam, qualis erat figura Sanctuarij. Quò fit ut ego exiſtimem temerè redditum fuiſſe Latinè verbum מסיבה, per cochleam, nempe per eam ſcalarum ſpeciem, quæ minimè ei convenit quam Majemonides deſcribit. Nemini enim, vel minimum ad textum attento, dubium eſſe poteſt, quin hæc ſcala, de qua agitur, ſcapos tres habuerit rectos & obrepentes, quorum primus c, ab oriente verſùs occidentem; ſecundus d, à ſeptentrione ad meridiem; tertius e, ab occidente verſùs orientem dirigeretur. Jam verò an triplex ille ſcapus ſeu ſcaporum ordo (Gallicè *ces trois rampes*) ita fuerint diſpoſiti, ut unus alteri immediatè ſuccederet, ut in noſtris ſcalis fieri ſolet; an verò alius ab alio per longam plateam fuerit diviſus, ut ego opinor, videndum. Hanc fateor ſcalam quadratam cum tribus ſcaporum ordinibus poſſe convenire deſcriptioni quam tradit Majemonides: ſed plurima ſunt quæ talem non fuiſſe mihi perſuadeant. Primò. Sic diſpoſita ſcala ad unum tantùm è tredecim unius tabulati gazophylaciis aditum præbuiſſet; adeo, ut Sacerdoti per undecim tranſeundum fuiſſet ante, quàm ad ultimum potuiſſet pervenire. Hinc neceſſaria fuit platea, ſeu menianum de quo Ezechiel verba facit, per quam acceſſus liber eſſet ad ſingula gazophylacia. Secundò. Ingens admodum ſpatium ſcala illa occupâſſet, ut pote cujus ſinguli ſcaporum ordines quindecim fere cubitos præter retractiones graduum, quas Gallicè vocant *les palliers*, occupare debuiſſent. Tertiò. Sic diſpoſita ſcala nullatenus ad oſtium cœnaculi quod ad auſtrum ſpectat, & quod notâ -. deſignatur in Tabula prima: ſed ad oppoſitum locum notâ 10. inſignitum deducere potuiſſet. Debuit igitur ſcala hæc tres ſcaporum ordines habuiſſe à ſe invicem ita ſeparatos, ut primus ſecundùm faciem Atrij quæ ſpectat ad ſeptentrionem rectà progrederetur verſùs occidentem, alter ſecundùm faciem Atrij quæ ſpectat ad occidentem repens iret ad meridiem, tertius ſecundùm faciem Atrij, quæ reſpicit auſtrum aſcendens iret verſùs orientem, ut in Tabulis videre licet.

Hîc ordine ſuo inſerendæ ſunt Tabulæ, numero tres.

EXPLICATIO I. TABVLÆ, quæ totius templi Ichnographiam continet.

AAAA. Murus templi exterior quingentorum cubitorum, de quo cap. 5. art. 1.

BB. Murus interior, dictus *antemurale*. cap. 5. art. 3.

CCCCC. Quinque portæ exteriores, de quibus cap. 5. art. 2.

DDDD. Atrium templi, de quo cap. 5. art. 4. 5. 6. 13. 15. 16.

EFGH. Templum, de quo cap. 4. à principio ad art. 9.

EH. Prima pars templi, quæ *veſtibulum* vocatur, cap. 3. art. 16. & c. 4. art. 4. 5. 8. & cap. 6. art. 4.

G. Altera pars templi, quæ *Sanctum* dicitur, cap. 3. art. 7. Ib. vocatur abſolutè templum, ſicut & alibi paſſim, tũ c. 4. a. 4. 5. & c. 5. a. 12. & 13.

F. Pars templi tertia, quæ *Sanctum Sanctorum* dicitur, cap. 4. art. 4.

1. Altare ſuffimentorũ, c. 1 a. 7. c. 3. a. 17

2. Candelabrũ, c. 1. a. 7. c. 3. ab a. 1. ad 12

3. Menſa in qua panes propoſitionis ordinabantur, cap. 1. a. 7. & c. 3. a 12.

4. 5. Menſæ duæ in interiori parte veſtibuli, cap. 3. art. 16.

6. Quatuor parietes lateris occidentalis Sancti Sanctorum, cap. 4. art. 4.

7, 7. Sex parietes lateris meridionalis, & totidem lateris ſeptentrionalis Sancti, cap. 4. art. 9.

I. Labrum in quo ſacerdotes manus & pedes lavabant, c. 1. a. 6. & c. 3. a. 18.

K. Altare holocauſti, cap. 1. art. 6. & cap. 2. ab art. 1. ad art. 13.

L. Collis per quem aſcenſus erat ad altare, cap. 1. a. 6. & c. 2. a. 13. & 14.

λ. Menſæ duæ ad latus occidentale collis, cap. 2. art. 15.

M. Spatium annulorum in quo victimæ mactabantur, cap. 5. art. 14.

N, N. Menſæ octo, in quibus victimarum membra diſponebantur, de quibus cap. 5. art. 14.


O. Laniena, cap. 5. art. 13:

PP. Atrium ſacerdotum, de quo cap. 5. art. 13. & cap. 6. art. 3.

QQ. Atrium Iſraëlitarum, cap. 5. art. 12. & cap. 6. art. 3. & 6.

RRRRRRS. Septem portæ atrij tẽpli, cap. 5. art. 4. & 25.

S. Porta Nicanoris, cap. 5. art. 5.



Apud GUIDONEM CAILLOU, *cum Priv. Regis.*

TVXY. Atrium mulierum, cap: 5. art. 7. & 8. Et cap. 6. art. 2.

T. Conclave in quo vinum & oleum in libamina reponebantur, c. 5. a. 8.

V. Conclave in quod purgati à lepra excipiebantur. Ibidem.

X. Conclave ad coquenda ſacrificia pacifica Nazaræorum, & ad tondendos capillos. Ibidem.

Y. Conclave ad ſervanda ſacrificiorũ ligna.

ZΘΛΞ. Magna domus camerata, quæ domus ardoris dicebatur, c. 5. a. 9.

Z. Conclave in quod agni luſtrandi introducebantur, cap. 5. art. 10.

Θ. Conclave per quod deſcenſus erat ad balneum. Ibidem.

Λ. Conclave ad conficiendos panes propoſitionis. Ibidem.

Ξ. Conclave in quod Haſamonæi repoſuere lapides altaris à regibus Græciæ temerati. Ibidem.

cde. Scala ſeu gradus ad thalamos, cap. 4. art. 12.

c. Pars prima ſcalæ per quam aſcendẽtes ad occidentem ſpectabant. Ibid.

d. Pars altera ſcalæ per quã aſcendentes ſpectabant ad meridiem. Ibidem.

e. Pars tertia ſcalæ per quã aſcendentes ſpectabant ad orientem. Ibidem.

ssss &c. Thalami ſeu appendices, quæ erant ad Atrij murum, cap. 4. a. 10.

rRRRr &c. Menianum ſeu platea quæ circuibat atrium templi, per quam introitus erat in thalamos, de qua mentio fit Ezech. cap. 41. v. 7. Hic duo ſunt obſervanda. Primò Plateã illam Atrio circunductam triplicẽ eſſe pro triplici tabulatorum numero, quamvis una tantùm conſpiciatur, ſcilicet ſuperior quæ duas inferiores obtegit. Secundò Portas RR, quæ ſunt infra primam Plateam in ſolo, tum gradus c, qui ſunt infra ſecundam in prima, & gradus d, qui ſunt infra tertiam in ſecunda, compendij cauſâ in tertia illa ſuprema repreſentari; quaſi nempe per tres illas plateas perſpicuas, quæcunque infrà poſita ſunt, conſpicere liceat.

8, 9. Trabes duæ cedrinæ, per quas ceu per pontem aditus erat in cœnaculum templi, cap. 4. art. 12.

∴ Locus januæ cœnaculi, quæ aperiebatur verſus meridiem, cap. 4. a. 12.

additum legi
quæ Sacrarii
Alter ſcru
appendicibus
quibus aſcen
ſecundùm M
ni fallor, ul
quàm circui
ad quaſcunq
quadratæ po
porticum ſul
guram quad
ſe Latinè v
ei convenit c
bium eſſe po
primus c, a
occidente ve
licè *ces trois*
lis fieri ſolet
Hanc fateor
tradit Majer
ſcala ad unu
per undecim
platea, ſeu
phylacia. Se
ordines quin
pare debuiſſe
& quod not
potuiſſet. De
ſecundùm fa
ſecundùm fa
Atrij, quæ

EXPLICATIO II. TABVLÆ, quæ partem eam templi exhibet, quæ Sacrarium vocatur cap. 1. art 5 Hujus figuræ ſunt duæ, quarum ſuperior continet Orthographiam *templi, cujus forma exterior, quæ ſpectabat ad orientem, exhibetur amoto Atrij muro anteriore, qui in prima Tabula notatur litteris* DSD.

A. Porta veſtibuli, de qua cap. 4. a. 8.

B. Porta Sancti quæ eſt intra veſtibulum, de qua cap. 4. art. 7.

C. Oſtiolum ad meridiem quod ſemper clauſum erat, de quo cap. 4. a. 6.

D. Oſtiolum ad ſeptentrionē, per quod miniſtrorum aliquis introibat, ac progreſſus inter duos parietes, portas templi aperiebat, de hoc cap. 4. a. 8.

EE. Trabes quercinæ quinque ſupra oſtij ſuperliminare, de quibus cap. 4. art. 8.

FF. Baſis templi, de qua cap. 4. a. 3.

GG. Murus interior Atrij templi, de quo cap. 1. art. 5.

HIK. Tres ordines thalamorum poſiti alius ſuper alio, qui thalami appendices vocantur, de quibus cap. 4. art. 9.

H. Thalamus *inferior* quinque cubitorum latitudine, de quo cap. 4. a. 9.

I. Thalamus medius ſex cubitorum, Ibidem.

K. Thalamus ſupremus ſeptem cubitorum, Ibidem.





ALTERA FIGVRA REPRÆſentans faciem Atrij, quæ ſpectabat ad ſeptentrionem. Huic ſimiles aliæ duæ, quarum una converſa ad occidentem erat, & altera ad meridiem.

LLLLL. Quinque thalami ſuperiores, & quinque medij totidem inferioribus impoſiti ad latus Atrij ſeptentrionale, de quibus cap. 4. art. 10.

M. Unus è tribus thalamis ſuperioribus, qui ad Atrij faciem occidentalem appoſiti erant, cap. 4. art. 10.

N. Pars prima ſcalæ, per quam aſcenſus erat ad occidentem, de qua cap. 4. art. 12.

O. Pars altera ſcalæ, per quam aſcendentes ſpectabant ad meridiem, cap. 4. art. 12. Pars tertia, per quam aſcendentes ſpectabant ad orientem, non apparet; quia in latere meridionali poſita eſt.

PPP. Portæ tres Atrij templi ad ſeptentrionem ſpectantes, de quibus cap. 5. art. 4.

QRRS. Cœnaculum templi, quod 49. cubitis eminebat ſupra ſummum Atrium, cap. 4. art. 3.

Q. Pars cœnaculi, quæ ſupra veſtibulum erat, cap. 4. art. 13.

RR. Pars cœnaculi, quæ Sancto impoſita fuerat, Ibidem.

S. Pars cœnaculi, quæ ſupra Sanctum Sanctorum erat, Ibidem.

Apud GUIDONEM CAILLOU, *cum Priv. Regis.*

add
qua
A
app
qui
ſect
ni f
quà
ad
qua
por
gur
ſe l
ci c
biu
prin
occi
licè
lis fi
Har
trad
ſcal.
per
plat
phy
ordi
pare
& q
pot
ſecu
ſecu
Atr.


EXPLICATIO III. TABULÆ, cujus ſunt figuræ duæ. Earum prima exhibet menſam cum panibus propoſitionis.

A. Menſa, quæ erat in Sancto ad lævam, de qua cap. 3. art. 12.

BBBB. Quatuor baculi ex auro ſupernè fiſſi, quibus innitebantur panum ordinationes, Ibidem art. 13.

CCCCDEFGHIK. Dimidiati calami aurei, qui inter panes ponebantur; nempe tres inter primum & ſecundum, & ſic deinceps inter ceteros panes, præterquàm inter quintum & ſextum, inter quos duo tantùm interponebantur, ut patet in EF, ubi de induſtria amotus eſt ſextus panis, Ibidem art. 14.

GHI. Tres dimidiati calami inter quartum & quintum panem interpoſiti: Deſunt enim quintus & ſextus panis, ut pateat eorum trium dimidiatorum calamorum diſpoſitio, & qua ratione calamus C C inſertus erat fiſſuris baculorum aureorum, Ibidem art. 14. & 15.



ALTERA TABULA REPRÆſentans altare cum colle & ponticulis.

L. Locus, in quo ſacra ſtruebantur, de quo cap. 2. art. 7.

M. Summum altare, ſeu locus ſtructionis ſupra gyrum, Ibidem.

++. Altaris gyrus, Ibidem.

N. Prima pars altaris ſupra baſim erecta, Ibidem.

O. Baſis altaris, Ibidem art. 7. & 8.

PPPP. Cornua altaris, Ib. a. 7. & 8.

Q. Angulus baſis exeſus, Ibidem.

RST. Collis per quem ad altare aſcenſus erat, Ibidem art. 13. & 14.

S. Ponticulus per quem ſacerdotes altare circuituri ibant ad gyrum ++, Ibidem art. 14.

T. Ponticulus alter per quem ibant ad baſim O, Ibidem.

PXXX. Spatium in ſummo altari ſacerdotibus relictum, per quod ambulabant circum altaris locum illum, in quo ſacra ſtruebantur, Ib. art. 7.

VV. Filum coccineum altari per mediam ejus altitudinem circundatum, Ibidem art. 9.

Apud GUIDONEM CAILLOU, cum Priv. Regis.

ad
qua
A
app
qu
ſec
ni .
qu
ad
qua
po.
gu.
ſe
ei
biu
pri
occ
lic
lis
Ha
trac
ſca
per
pla
phy
ord
par
&
pot
ſec
ſec
At

TRACTATUS II.

DE INSTRUMENTO ET APPARATU TEMPLI, ATQUE DE MINISTRIS EJUS.

CAPUT PRIMUM.

JUBENDO ſancitum eſt, ut oleum unctionis apparetur his rebus, quæ unctionis indigeant: Scriptum eſt enim, *Facieſque unctionis oleum ſanctum*, &c. — Art. I. Faciendum unctionis oleum. Exo. 30. 25.

Id igitur ſic confecit magiſter ille noſter in deſerto Moyſes. Sumpſit de unaquaque ex his tribus rebus myrrhâ, cinnamomo, caſiâ quingentorum pondus * ſiclorum, videlicet ſanctorum: de calamo autem odorato ducentorum & quinquaginta — II. Oleum unctionis quibus è rebus ſit effectũ à Moyſe.

II. *Siclorum.* Siclus Hebraïcè שקל *Sekel*, deducitur à radice שקל *Sakal*, quod eſt appendere & ponderare. Nimirum priſcorum temporum nummi tam ex ære, quàm ex argento & auro non ſic, ut nunc ſignati numerabantur, ſed planè rudes ponderibus appendebantur. Jam id extra controverſiam eſt ſiclum omnino numiſmatum omnium, quæ litteris conſignata ſunt eſſe antiquiſſimum. Etenim ſcriptum videmus Geneſeos 23. Ephron agrum ſuum illum, in quo erat ſpelunca duplex æſtimâſſe quadringentis ſiclis argenti, quos illi dicitur Abraham, *Appendiſſe tranſeuntes per mercatores.* Erat autem ſiclus, ut videre licet Exod. 30. v. 13. & Ezech. 45. v. 12. obolorum viginti. Majemonides enim noſter tract. de Siclis cap. 1. art. 2. aſſerit ſiclum ejuſdem fuiſſe ponderis ac grana hordeacea vulgaria trecenta viginti. Flavius autem Joſephus teſtatur, locuples ſanè teſtis, ſiclum fuiſſe drachmarum Atticarum 4. ,, Siclus autem, inquit, lib. 3. Antiq. ,, Jud. nummi genus eſt apud Hebræos, ,, quales ſunt tetradrachmi Attici. Unde ſequitur, ut duarum eſſet drachmarum Hebraïcarum: Etenim pondera Hebraïca, itemque Alexandrina erant altero tanto majora Atticis, ut cuivis ex Varrone cognoſcere licet. Qua de cauſa Septuaginta ſiclum ubique reddiderunt non τετράδραχμον, ſed δίδραχμον; quia Legem interpretabantur Alexandriæ, cujus pondera ponderibus Hebraïcis planè congruebant. Quæ cùm minùs perſpecta fuiſſent nonnullis, commenti ſunt duplicem fuiſſe ſiclum; unum ſanctum, drachmarum Atticarum quatuor; & alterum communem, qui tamen nuſquam & nunquam reperitur, duarum tantum drachmarum: non eſt ita. Sed enim quòd ſicli paſſim in Litteris ſacris jubentur examinari pondere ſicli ſancti, vel ut textus Hebraïcus ad verbum habet juxta ſiclum Sanctuarij ea cauſa fuit, quia in Sanctuario ſervarentur cuncta pondera quæ erant reliquorum omnium certa & per-

ſiclorum pondo. Quod autem in Lege dicitur, *Et cinnamomi aromatici dimidium ejus, id eſt, quinquaginta & ducentos.* Hujus ea cauſa & ratio eſt, quoniam illud duabus vicibus librabant, ducentorum & quinquaginta ſiclorum pondus unaquaque vice: contrivit deinde unumquodque ſeparatim; tum confuſa ſimul omnia in aqua pura & dulci diluit tamdiu, dum omnino vis eorum in aquam tranſiſſet omnis. Huic aquæ addidit * hinnem olivi: hin autem capit logos duodecim: logus autem quartarios capit quaternos. Poſtremo totum hoc igni ſubdito concoxit uſque dum omni aqua exhalata relinquebatur ſolum olivum, quod in vas ſepoſuit ac condidit in poſterum.

Exo. 30. 23.

III. Myrrhæ definitio nova, & aliorum aliquot aromatum deſcriptio.

Myrrhâ autem iſtâ oportet intelligi concretum ſanguinem certæ cujuſdam feræ, quæ eſt in India, quo delibutos homines fragrare paſſim, apertum eſt. Cinnamomum eſt ligni genus id, quod ex inſulis apportatur Indiæ, cujus eſt ſuavis odor: eo ligno ſæpe ſe ſuffiunt homines. Caſia verò coſtus eſt. De calamis odoratis, hi ſunt paleæ rubræ conſimiles: deportantur & iſti ex inſulis Indiæ; bene olent: ſunt autem ex illis aromatum generibus, quæ ad theriacam adhibentur à medicis.

IV. Interdictũ fuiſſe ne quis oleum unctionis ſuam ad uſũ efficeret.

Oleum unctionis ad hanc rationem & modum ſi privatus homo efficeret nihil omnino menſuræ nec addens, nec detrahens, cùm id effeciſſet obſtinatè, * pœna ejus erat כרת *Keret.* Sin feciſſet imprudens, ſtatum pro peccato * ſacrificium offerret. Namque ſcriptum eſt, *Homo quicunque tale compoſuerit,* &c. nempe ſi id hoc conſilio paraverit, ut eo ad ungendum ſemetipſum uteretur. Nam ſi feciſſet ideo, ut ejus parandi modum addiſceret, aut ut illud daret aliis in uſum ſactum, nullâ pœnâ teneretur.

Exo. 30. 33.

V. Præter Moyſis o-

Si quis ungendo conſumpſiſſet ex oleo unctionis tantum, quanta eſt oliva, idque feciſſet contumaciter, pœnâ כרת *Keret* tenebatur.

petua norma. Quod & apud ethnicos uſitatum eſſe, ut in delubris ſuis aſſervârent pondera menſuraſque, atque adeo ſacra putarent, ad quorum normam cetera exigerentur, Litteris proditum eſt.

Hinnem. De hinne ceteriſque menſuris vide art. 17. hujus ipſius capitis.

IV. *Pœna*, &c. De ratione hujus pœnæ pluribus actum tract. ſup. cap. 7. art. 18.

Sacrificium. Majemonides noſter ad initium Commentariorum in tractatum Miſnicum, qui כריתות *Keritot* inſcribitur: „ Hoc, inquit, nomine appellatur „ ſacrificium id, quod non immutatur di„ vitiis, vel paupertate ejus à quo fiat: Nimirum erat nonnullorum ſacrificiorũ ea ratio, ut pro facultate offerentis tum augerentur, tum minuerentur. Sed ea de re pluribus agetur alio loco.

VII.

tenebatur. Quod ſi feciſſet imprudens, offerret ſtatum pro peccato ſacrificium, quia ſcriptum legitur, *Et (qui) dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo ſuo.* Atenim eam tantùm uncturam pœna ſequebatur, quæ fiebat ex oleo, quod à Moyſe ipſo paratum fuerat. Nam quod dicitur, *Qui dederit ex eo, &c.* ſignificat id, de quo ſcriptum eſt, *Hoc oleum unctionis ſanctum erit mihi.* Atqui nullum aliud, quàm hoc, quod effecit Moyſes, oleum unctionis effectum eſt unquam.

leum unctionis nullum fuiſſe effectum. *Ibid.*

Ibid. v. 31.

VI.

Hoc oleo ſemetipſum, aut alium unxiſſe hominem, unum & idem erat, quippe cùm dicatur, *Et qui dederit ex eo alieno.* Si quis autem hoc oleo vaſa, pecudes unxerit, aut ethnicos, qui ſunt pecudum ſimiles, aut homines mortuos, is impunè foret, quia ſcriptum eſt, *Caro hominis non ungetur ex eo.*

Exod. 30. 35

Ethnicos eſſe pecudũ inſtar.

Ibid. v. 32.

VII.

Quinã oleo unctionis inaugurarentur?

A Moyſe reliquis deinceps temporibus hoc oleo ſolos ungebant ſummos Pontifices, * Sacerdotem fecialem, & è gente Davidica reges. Ac ſacerdotes illi quidem, etſi talium erant

VII. *Sacerdotem fecialem.* Hic eſt ille, qui Hebræis modò præcisè dicitur כהן משוח *Sacerdos unctus*, modò plenè כהן משוח מלחמה *Sacerdos unctus in bellum*, & ommiſſa voce ſacerdotis משוח מלחמה *Vnctus in bellum.* Officium ejus erat Iſraëlitas bellũ parantes monere eorum quæ præcipiuntur Deut. 20. Sed non alienum erit hîc ſubjicere, quæ de his ſacerdotibus expoſuit Scriptor noſter tract. de Regibus & de bellis eorum, cap. 7. ,, Cum, inquit, ,, bellum ſuſciperetur, ſeu illud ex edi- ,, cto Dei neceſſarium, ſeu etiam volun- ,, tate indictum, tum ſacerdotum ali- ,, quis præficiebatur, qui ſub belli tem- ,, pus exercitui certa quædam effaretur ,, carmina. Is ungebatur oleo unctionis, ,, atque adeo *Vnctus in bellum* nomina- ,, batur. §. Hic igitur *Vnctus in bellum* ,, debebat ſemel & iterũ effari carmina. ,, Primùm enim exercitui, cùm in ex- ,, peditionem educeretur ante, quàm in- ,, ſtrueretur acies ex Deut. 20. de libro ,, prælegebat, *Quis eſt homo qui planta-* ,, *vit vineam, necdum fecit eam commu-* ,, *nem, de qua veſci omnibus liceat*, & ,, cetera, quorum videlicet cauſa ho- ,, mines militia immunes eſſe Lex jubet ,, Deut. 20. Quibus auditis ejuſmodi ,, homines ex agmine abibant: tum ,, deinde reliquis copiis idem memoriter ,, recitabat, *Nolite metuere, nolite ce-* ,, *dere.* §. Inſtructa igitur acie diſpoſi- ,, tiſque ordinibus, cùm prælium jam in- ,, ſtaret, *Vnctus in bellum* celſo quodam ,, loco ſe collocabat ita, ut omnes ordi- ,, nes in conſpectu haberet, quibus He- ,, braïcè dicebat: *Audi Iſraël, vos hodie* ,, *contra inimicos veſtros pugnam com-* ,, *mittitis, non pertimeſcat cor veſtrum,* ,, *nolite metuere, nolite cedere, nec for-* ,, *midetis eos: Quia Dominus Deus ve-* ,, *ſter in medio veſtri eſt, & pro vobis con-* ,, *tra adverſarios dimicabit, ut eruat* ,, *vos de periculo.* Quæ cùm dixiſſet *Vn-* ,, *ctus in bellum*, ſubjectus ei ſacerdos ,, eadem per univerſum exercitum con- ,, tenta voce proclamabat. Rurſuſque ,, *Vnctus in bellum* dicebat: *Quis eſt ho-* ,, *mo qui ædificavit domum novam, &c.* ,, *Quis eſt homo qui plantavit vineam,* ,, &c. *Quis eſt homo qui deſpondit uxo-* ,, *rem*, &c. Quæ cùm dixiſſet Sacerdos ,, fecialis eadem exercitui magna voce ,, repetebat unus eorum, qui imperium ,, in milites habebat, qui idem deinde ,, addebat de ſuo: *Quis eſt homo formi-* ,, *doloſus & corde pavido*, &c. Quæ po- ,, ſtrema alius eorum, qui ordines duce- ,, bant, per totum exercitũ pronuntiabat,

Lev. 6. 22. ſacerdotum filij, tamen ungebantur, quia ſcriptum eſt, *Et ſacerdos unctus in locum ejus è filiis ejus*, &c.

VIII. Non fuiſſe in ſecundo tēplo oleū unctionis.

Non erat in templo ſecundo oleum hoc unctionis. Ergo ſummus Pontifex veſtium additione inaugurabatur ſolùm: nempe augebatur veſtibus ſummi ſacerdotij.

IX. Alio modo sūmos pontifices, alio reges ungēdos fuiſſe. *Ibi. 8. 12.*

Jam de ungendi modo, erat qui capiti ſacerdotis inſtillaret oleum, quod idem hîc paulò ſupra oculos ſacerdotis diducebat in formam *Chi Græci*, qualis eſt iſta figura χ, quia in Lege dicitur, *Quod fundens ſuper caput Aaron, unxit eum, & conſecravit.* Jam de gente Davidica reges ungebantur in capite ad figuram diadematis. Atque in his ipſis nec alias partes corporis ungere, nec multum olei profundere licebat.

X. Nemini licuiſſe, ut oleo unctionis corpus totum perfūderet. *Exod. 30. 33* *Ibid. v. 32.*

Si quis in ſummum ſacerdotem, aut regem, qui jam unctus eſſet, rurſus ex hoc unctionis oleo inſtillaret, impunè foret. Scriptum eſt enim, *Qui dederit ex eo alieno*, &c. Atqui hi quidem ab hoc oleo alieni non erant: ſed de eodem illo ſi quis corpus regis fricaret, vel pontificis, pœna erat. Nam quod dicitur, *Caro hominis non ungetur ex eo*, quemvis hominem complectitur. Et ſummus ſacerdos ſi ſuo capiti inſtillatum oleum ſumpſiſſet, atque eo perfricuiſſet viſcera, pœnæ כרת *Keret* addictus fuiſſet, ſi modo frictioni impertiſſet tantùm, quanta eſt olivæ magnitudo.

XI. An ſemper reges inaugurarentur oleo unctionis? *Deut. 17. 20.*

Non ungebatur rex niſi ad fontem: non ungebatur rex, ſi regis erat filius: regnum enim à patribus hæreditate perpetua traditur liberis, cùm à Lege dicatur, *Vt longo tempore regnet ipſe & filij ejus ſuper Iſraël.* Hic idem, ſi quæ eſſet de regno contentio, ungebatur, ut ſic palam fieret omnibus unum hunc verum ac legitimum eſſe regem, & controverſia dirimeretur. Itaque Salomonem propter Adoniæ contentionem unxerunt: unxerunt & Joam propter Athaliam, & Joacham propter ejus fratrem Joakim. * Jehum verò unxit Eliſeus non oleo unctionis, ſed oleo balſamino. Id ſapientibus quaſi per manum traditum eſt.

XII. Vaſa ſacra quomodo conſecrarētur. *Num. 7. 1.*

Quæcunque in deſerto illo loco vaſa tabernaculi fecit Moyſes, ea non niſi ungendo oleo unctionis conſecrata ſunt: Scriptum enim legimus, *Vnxitque & ſanctificavit.* Id autem illis,

XI. *Iehum*, &c. Ut pote qui non fuerat è gente Davidica, neque porro rex Judæ, ſed rex Iſraël inaugurabatur.

quæ poſt inſecuta ſunt, ſeculis in uſu non fuit. Quæcunque verò vaſa in Sanctuario ſuum ad uſum ſunt adhibita, hoc ipſo ſacrata fuere. Quod enim in Lege eſt, *Omnia vaſa, quibus miniſtratur in Sanctuario*, id hoc ſibi vult vaſa ipſo miniſterio divino ſancta fieri. *Ibid.* 4. 12.

XIII. Vaſa ſacra ex auro & argento ſi frangerentur, quid ex illis fieret?

Acerræ & lances ad recipienda ferta paratæ, & illi, quibus ſanguis hoſtiarum excipiebatur, crateres, itemque miniſterij divini reliqua vaſa prorſus erant omnia ex argento & auro. Eadem verò licebat etiam ex alio metalli genere fieri, ut ſupra poſuimus. Porro ſuo quodque uſu conſecrabatur. Si fractum eſſet eorum aliquod, id liquefiebat, ut ex eo conflaretur aliud. Horum enim ſanctitas ab eis tollebatur nunquam.

XIV.

Ne forata quidem, aut fiſſa vaſa ſacra reficiebantur, ſed liquefacta prorſus renovabantur.

XV.

Si culter exciderit è manubrio, ſi fuerit crenâ vitiatus, non reſtitueretur, non acueretur; ſed his conditis ad templi latus inter Sanctum & veſtibulum ad ſeptentriones, efficerentur alij novi: nullus enim inter divitias paupertati locus erat.

XVI. Quot erant mēſuræ ſacræ rerum ſiccarum?

Duæ erant ſiccorum menſuræ in Sanctuario, * decima, & ſemidecima; illâ utebantur ad ferta, hac ad diſtribuendum ſummi ſacerdotis fertum quotidianum.

XVII.

Liquidorum erant * menſuræ ſeptem, hin, & dimidius hin;

XVI. *Decima.* Fuit illa pars decima ephi, de qua menſura articulo proximè ſequenti explicabitur.

XVII. *Menſuræ ſeptem, hin, &c.* Omnino noſter hîc Scriptor tract. de Permiſtionibus cap. 1. art. 13. has menſuras capaces ſic definit. „ *Satum*, inquit, „ quod paſſim commemoratur, capie„ bat *Cabos* ſex: Cabus autem capiebat „ quatuor לוגין *Logos.* Logus autem „ capiebat quatuor *Quartarios.* Jam Quartarium ibidem artic. 12. ita definit. „ Quartarius autem, inquit, capit id a„ quæ, vel vini, quod fere ſe exæquat „ ponderi denariorum 17. ac ſemiſſis. Hactenus noſter; qui tametſi non declarat ad quod denariorum genus menſurarum rationem exigat, tamen affert aliquid, quoniam eoſdem ubique uſurpat denarios, quorum centum pondere æquabant denarios Romanos ducentos & quadraginta, ſicut demonſtrabitur cap. proximè ſeq. art. 3. in definitione *minæ.* Ex quo patet denarios 17. & ſemiſſem noſtri Scriptoris pondere adæquaſſe denarios Romanos 42. Sed enim menſuræ capaces iſtæ omnes, cùm in Talmude, tum in cūctis fere Rabbinorum ſcriptis vulgaribus definiuntur ovis videlicet gallinaceis. Quod etiam ad ſingula menſurarum vocabula in R. Davidis Kimchi Lexico illo, qui מכלול *Miklol* inſcribitur, cernere licet. Ac R. Alfes quidem pleraque omnia menſurarum capaciū genera uno & eodem loco deſcribit ſane quàm commodè. Is igitur tract. de Paſchate cap. 5. ita differit. „ רביעית של תורה „ *Quartarius* ille Legis continebat ſeſ„ quiovum: לוג *Logus* vulgò *Sextarius* „ continebat ſex ova. קב *Cabus* capie„ bat ova viginti quatuor. הין *Hin* ova „ ſeptuaginta duo. סאה *Satum* capie-

Quot & quales erãt menſuræ ſacræ rerũ liquidarũ? & tertiarius, & quartarius. Logus, & dimidius logus, & quartarius. Utebantur igitur dimidio hinne, tertiario & quartario ad dimetiendum oleum fertorum: ſemilogo ad dimetiendum ſuum cuique candelabri lucernæ oleum: & quartario ad oleum in cruſtula diſpertiendum.

XVIII. At nihil erat hinne metiendum: is igitur cur in templo fuit? Quia fuerat in Sanctuario ætate Moyſi. Etenim hoc ille ad efficiendum oleum unctionis menſus eſt olivum. Jam qui in Sanctuario ſemilogus erat, eo utebantur ad metiendum cùm aquam, qua probaretur adulterij ſuſpecta mulier, tum etiam oleum id, quod ad ſacrificium laudis adhiberetur: uſus autem quartarij erat ad metiendum & oleum, quod adhibebatur ad panem Nazaræorum, & aquam ad leproſorum luſtrationem; quæ tamen his de cauſis nequaquam conſecrata erant: ſed ob ea, quæ efficiebantur illis in Sanctuario opera, ut ſupra diximus.

XIX. Omnino menſuræ iſtæ erant ſacræ omnes, quippe quæ pertinerent ad divini miniſterij vaſa: verùm conſecrandi cauſa ungebantur menſuræ liquidorum intus & foris: ſiccorum intus tantùm. Quocirca quæ de corollariis illorum decidebant, erant ſacra: contra verò profana, quæ decidebant è corollariis horum.

CAPUT SECUNDUM.

ART. I. Exod. 30. 34 Quotannis effectũ eſſe ſuffimentũ. SUFFIMENTUM efficiebatur quotannis: namque id effici jubendo ſancitum eſt; ſcriptum eſt enim, *Sume tibi aromata*, &c. Atque à Lege quidem quatuor omnino declarantur ejus aromata, ſtacte, onyche, galbanum, & thus: reliqua verò ejus aromata explicata Moyſi fuerunt in monte Sinaï.

II. Suffimentũ quot ex aromatis fieret? Moyſi igitur aromata fuerunt in monte Sinaï nominata undecim, quæ ad ſuffimentum adhibebantur juſto pondere, & his addebatur ſine pondere ſal ſodomeus, & de Jordane ſucci-

„ bat ova centũ ſupra quadraginta quatuor. איפה vulgò *Ephi*, ſeu *Epha*, „ capiebat ova quadringenta trigintaduo.

„ עומר vulgò *Gomor*, quæ eſt eadem „ decima pars *Ephi*, continebat ova quadraginta tria, addita quinta ovi parte.

num, & genus quoddam herbæ copioſum fumum exhalantis. Hanc enim nemo noverat præter certos quoſdam homines, qui rationem ejus accipiebant alij ab aliis.

III. Quo pondere aromata adhiberentur ſuffimento? Quid ex eo quotidie adoleretur?

Atque horum undecim aromatum hoc erat pondus adhibendum. Ex uno quoque iſtorum ſtacte, onyche, galbano, & thure pondus 70. minarum. Jam * mina centum erat denariorum pondo. De myrrha, caſia, ſpica-nardi, croco, ſedecim minæ pondo de ſingulis: de coſto duodecim minæ pondo: cinnamomi pondo minæ novem: de aromatico illo cortice trium minarum pondo, ex quibus unà conjunctis iſta fit ponderum ſumma, minæ 368. Hæc omnia, quàm tenuiſſimè poterant, terebantur: addebatur inde ſalis ſodomei, & de Jordane ſuccini * quadrans cabi, & parum illius herbæ fumum exhalantis: tum ex eo mina pondo ſingulis diebus adolebatur in aureo altari: erant igitur trecentæ ſexaginta quinque minæ pro numero dierum, quibus ſol converſionem annuam conficit: reliquæ tres minæ cùm eſſent tenuiſſimæ, vigilia ſolemnitatis Expiationum elidebantur etiam multo tenuiùs. Atque ex eo ſic comminuto ſumebat ſummus Pontifex plenos pugillos ſuos, quos ſolemnitate Expiationum adoleret: reliquum erat ſuffimenti reſiduum illud, de quo in tractatu de Siclis diximus.

IV. Stacte, onyche, galbanum explicantur quid ſint?

Quæ à Lege nominatur ſtacte, hoc eſt lignum illud balſaminum, ex quo præſtans quædam exiſtit reſina: * onyx eſt ea, quam in odoribus homines ut plurimum adhibent: galbanum habet colorem atri mellis ſimilem, odorem gravem: eſt autem

III. *Mina centum erat denariorum pondo:* Bene res haberet, ſi ſubjiceret Scriptor noſter quo tandem denario minam expendit atque æſtimavit: quod quia neglexit, definitionem attulit indefinitam. Ego verò hoc habeo de mina Hebraïca dicere, eam fuiſſe ducentorum & quadraginta denariorum Romanorum, atque adeo totidem drachmarum Atticarum: quia enim drachma Attica pretij ponderiſque fuit ejuſdem atque denarius Romanus. Eſt ejus rei bene ſubducta ratio ab exquiſiti viro judicij, & doctrinæ prope ſingularis, illo, qui conſcripſit eam, quæ extat ad calcem Bibliorum in folio elegantiſſimis typis excuſorum Pariſiis ab ANT. VITRE', ann. 1662. Chronologiam ſacram, perfectiſſimam, atque omnes numeros in ſe habentem, eidemque adjecit mirã quandam appendicem, in qua cùm multis & variis de rebus, tum verò de nummis, ponderibus & menſuris antiquorum, præſertim verò Hebræorum ita diſputat, eademque inter ſe ita comparat, nihil ut in eo genere deſideretur.

Quadrans cabi. De cabi capacitate dictum eſt cap. ſuperiori art. 17.

IV. *Onyx eſt ea.* Hæc Hebraïcè dicitur שחלת, Chaldaïcè טפרא, & in Miſna צפורן. Vide Buxtorfij Lexicon Talmudicum in themate צפר.

certarum, quæ in Græcia naſcuntur, arborum reſina. Atque hæc aromata ſic appellantur Arabicè עוד בלסאן ואצפר טיב ומיעה ולבאן ומסך וקציעה וסנבל אלנטורן וזעפרן וקו ישט ועוד וקשר סליכהוענבר

V. Quænam erat ſuffimēti parandi ratio?

Apparandi ſuffimenti erat iſta ratio. Saponis Karſinenſis adhibebantur cabi novem, quibus onyx perfricta diluebatur in viginti uno cabis vini capparini, vel veteris albi, ejuſque generoſiſſimi. Exin aromatum unumquodque ſeparatim elidendo multo maximè comminuebat aliquis. Is per totum elidendi ſpatium: *Bene, bene frange*, ſibi ipſe dicebat, tum omnia inter ſe commiſcebat ac confundebat.

VI. Efficiendū in atrio ſuffimentum.

Suffimentum de ſacris ſumendum erat, & in ſacris efficiendum intra atrium. Si quis illud aut ſumpſerit de profanis, aut in vaſis profanis condiverit, vitioſum erat.

VII. Qua ratione ſuffimētum ſervabatur?

Reponebatur in mortarium bis in anno: diſpergebatur æſtivo tempore ne muceſceret: hieme contrà coacervabatur ne ejus evaneſceret odor.

VIII. Quid ſuffimentum redderet illegitimum?

Si quis in ſuffimento condiendo quamvis parum mellis adhibuiſſet, vitioſum id eſſet: ſi quis ex imperatis aromatibus omiſiſſet unum, is eſſet addictus morti, quoniam ſuffimentum fecerit alienum. Si quis autem ſecutus rationem præſcriptam ſuffimentum minutatim compoſuiſſet, id quidem eſſet idoneum, etiamſi aliam manè portionem, veſperi confeciſſet aliam.

IX. Non licuiſſe ſuffimentum ex præſcripto facere ad fruendum ejus odorē?

Si privatus homo adhibendo præſcripta pondera ex his aromatum generibus compoſuerit ſuffimentum, idque ad fruendum ejus odorem, is etiamſi non ſit odoratus, tamen propter compoſitionem ipſam pœnæ כרת *Keret* erat addictus ſi contumaciter fecerit, & addiceretur ſtato ſacrificio pro peccato ſi fecerit imprudens. Quòd ſi non perfecerit totum, ſed dimidiam, vel tertiam tantùm partem, ſiquidem commemorata adhibuit pondera, nihilominus pœnæ כרת *Keret* addiceretur, quia ſcriptum eſt, *Talem compoſitionem non facietis in uſus veſtros* . . . . *homo quicunque fecerit ſimile, ut odore illius perfruatur, peribit de populis ſuis.*

Exo. 30. 37. & 38.

X. Licuiſſe fieri ſuffimentum eò, ut

Sin eò fecerit, ut faciendi rationem addiſceret, vel ut illud Eccleſiæ donaret, impunè foret. Jam ſi quis ejus odore uſus eſſet, idque ipſe non feciſſet, ejus quidem pœna non erat כרת

Keret: ſed ea erat pœna, quæ ſequebatur, * ſi quis ſacris abuſus fuerit: neque enim à Lege pœnæ כרת *Keret* addicitur, niſi qui fecerit talem compoſitionem ad fruendum ejus odorem. faciendi ratio diſceretur.

XI. Quid in aureo altari ſacrificaretur? Quod erat intra templum altare aureum, in eo ſingulis diebus ſuffimentum adolebatur, nec quidquam in eo ſacrificabatur aliud. Si quis ſuffimentum huic diſſimile altari in iſto adoleviſſet, vel ſimile quidem; ſed quod vel unus, vel multi ſimul conſociati largiti fuiſſent: ſi feciſſet in eo ſacrificium; ſi libamen fudiſſet, verberibus coerceretur ex iſto Legis edicto, *Non offeretis ſuper eo thymiama compoſitionis alterius, nec oblationem, & victimam*, &c. Exo. 30. 9.

XII. Arcam fœderis hominum humeris deportandam fuiſſe. Arca fœderis cùm transferretur in locum alium ex alio nec jumentis, nec curribus deportanda fuit, ſed hominum erat imponenda humeris. Quod cùm oblitus rex David arcam curru vehi ſineret, extemplò morte multatus eſt Oza. Jus eſt enim arcam ferri humeris hominum, quod ſcriptum eſt, *Quia Sanctuario ſerviunt, & onera propriis portant humeris.* Num. 7. 9.

XIII. Qui portabant arcam humeris, eorum oportebat alter alterius os ſpectaret ita, ut ambo terga foras, ora verterent intus ad arcam. Quorum ſumma cautio erat, ne vectes ex arcæ evaderent annulis. Nam ſi quis ex annulis auferret vectium unũ, is verberibus multaretur ex hoc Legis dicto, *Qui ſemper erunt in circulis, nec unquam extrahentur ab eis.* Exo. 25. 15.

CAPUT TERTIUM.

ART. I. Levitas omnes miniſterio Sanctuarij vacâſſe. OMNINO Levi ſatu editi miniſterio ſancto erant omnes addicti ac conſecrati, qua de re ſic loquuntur litteræ ſacræ, *Eo tempore ſeparavit tribum Levi.* Ac jubendo ſancitum eſt, ut Levitæ, velint, nolint, vacui ſint & parati ad Sanctuarij miniſterium: ait enim Lex, *Solis filiis Levi mihi in tabernaculo ſervientibus.* Et ſi quis è Levi poſteris volens & lubens ſe muneribus & officiis Leviticis addiceret omnibus præter unum, non cooptabatur uſque dum ſe ſe prorſus omnibus addictum vellet. Deut. 10. 8. Num. 18. 23.

II. Quot & Hæc igitur erant eorum officia atque munera, ut Sanctuariũ

X. *Si quis ſacris abuſus.* Qua de re copiosè diſputabitur tract. poſtremo hujus Libri

qualia Levitæ munera obirent? custodirent, ut partim eorum janitores eſſent, qui Sanctuarij portas aperirent ac clauderent, partim cantores, qui quotidie canerent ad rem divinam. Eſt enim in Lege, *Miniſtrabit in nomine Domini Dei ſui, ſicut omnes fratres ejus Levitæ.* Ecquod igitur eſt in nomine Domini miniſterium? Cantus videlicet carminis. Canebant igitur ad omnia univerſæ Eccleſiæ holocauſta debita: itemque ad feriarum pacifica ſacrificia, quo tempore fieret vini libatio. Nam voluntate cùm Eccleſia donaret * holocauſta æſtiva quædam, & cùm libamenta ſeparatim fierent, carmen non canebant.

Deut. 18. 7.

III. Levitas ad rem divinā quotidie voce fidibuſque ceciniſſe.

Levitam, qui lugeret munus efficere fas erat, & ad rem divinam canere. Jam ſingulis quidem diebus in ſuggeſto non conſiſtebant pauciores, quàm duodecim Levitæ, qui carmen ad rem divinam concinerent, ſed his ſine fine poterant adjungi. Hi quidem carmen non canebant niſi voce: etenim præcipuus eſt in miniſterio ſancto vocum cantus; verùm aſtabant ibidem alij qui fidibus canerent. Horum erant alij Levitæ, alij genere clari Iſraëlitæ, qui ſacerdotibus collocarent filias. Nam in ſuggeſtum aſcendebat nemo, niſi claro genere natus. Jam qui fidibus canebant, his non poterat duodecim illorum voce canentium abſolvi numerus.

IV. Quot & qualia adhiberentur ad rem divinam fidium genera?

Quibus igitur fidibus utebantur? Nabliis, tibiis, cytharis, tubis, & cymbalis. Nablia nec pauciora duobus adhibebantur, nec plura ſex: neque pauciores duabus, neque plures duodecim tibiæ: tubæ non pauciores duabus, nec plures quàm centum & viginti: cytharæ non pauciores, quàm novem; ſed augebantur ad infinitum: cymbalum adhibebatur duntaxat unum.

V.

Cunctis diebus ſolemnibus & calendis ad rem divinam ſacerdotes tubis clangebant, & canebant Levitæ carmen, quòd à Lege dicitur, *Si quando habebitis epulum & dies feſtos, & calendas canetis tubis.* Tuba fiebat ex argenti maſſa; verùm ſi quis eam ex argenti ſcrutis effeciſſet, tamen eſſet idonea: ex alio metalli genere, vitioſa. Atque illæ, quibus canebant, tibiæ, fiſtulæ erant è calamo, quippe cujus ſonus dulcis eſt. Jam modos unica duntaxat tibia diſtinguebat; eſt enim ea diſtinguendi ratio quàm præclariſſima. Omnino

Num. 10. 10.

II. *Holocauſta æſtiva.* De his explicabitur cap. 7. art. 13.

VI.

Omnino duodenis in anno diebus ad aram tibiis canebant; ad immolationem Paſchatis primi, ad immolationem Paſchatis ſecundi, ad primam feriam ſolemnitatis Paſchalis, ad primam feriam * ſolemnitatis hebdomadarum, & per octo dies ſolemnes ſcenopegiorum. Atque hæc quidem adhibebatur tibia contra legem de ſabbato: pertinebat enim ad ſacrificium; quicquid autem ad ſacrificium pertinebat, pro ſacrificio ipſo putabatur: ſacrificium autem de ſabbato * legem elevat.

VI. In ſacrificiis faciendis non habitam eſſe rationem legis de ſabbato.

Nemo Levita munus ſuum effecturus admittebatur in atrium, quin priùs eſſet quinquennio miniſterium edoctus: habemus enim in Lege, *Hæc eſt lex Levitarum à viginti quinque annis*, &c. Atqui alio loco à Lege dicitur, *A trigeſimo anno*, &c. Quo igitur pacto Lex ſibi concilietur? Nempe quinquennium iſtud in addiſcenda miniſterij ratione ponebatur. Etenim miniſterium inire non poterat, quin jam vir grandis eſſet quippe cùm ſcriptum ſit, *Virum, virum ſecundùm officium ſuum*, &c.

VII. *Num.* 8. 24 *Ibid.* 4. *v.* 3. Levitas quinquennio divinũ miniſteriũ eſſe doctos ante, quàm admitterẽtur. *Ibid. v.* 49

Quod autem de Levitis in Lege dicitur, *Cúmque quinquageſimum annum ætatis impleverint, ſervire ceſſabunt*, præceptum in id tempus erat, quo Sanctuarium, ſeu tabernaculum deportaretur ex uno loco in alium; non item in ea quæ pòſt inſecuta

VIII. *Num.* 8. 25. Quo ætatis anno, quo

VI. *Solemnitatis hebdomadarum.* Prorſus omnes ſolemnitates, quæ litteris ſacris decernuntur in unum duntaxat diem, hoc captivitatis tempore biduo celebrantur à Judæis: immo verò & earum magna pars etiam ſtante templo biduo agebantur. Quod quamobrem ſit quondam ita factum, fiatque etiam hodie, copioſè diſputatur tract. de Conſecratione Calendarum cap. 5. quem nos tractatum Latinum factum annos abhinc octo in lucem protulimus. Porro ſolemnitas hebdomadarum ſeu Pentecoſte in Paraphraſi Chaldaïca Num. 28. 26. עצרת appellatur, atque ita fere in Talmude Rabbinorumque ſcriptis. Namque in textu ſacro ultima feria Paſchatis, atque ſolemnitatis Tabernaculorum propriè appellatur eo nomine, quippe quod deductum ab עצר *claudere*, eſt quaſi clauſula dictarum modò ſolemnitatũ. Quanquam ſunt qui putent & Pentecoſten idcirco עצרת uſurpari, quia dies ille quinquageſimus ſit veluti clauſula præſcriptarum ſeptem illarum hebdomadarum à poſtero die Paſchatis ad Pentecoſten intercedentium. Ego verò ſic exiſtimo verbum iſtud quod in litteris ſacris, ut ante dictum, propriè eſt ſolemnitatũ Paſchatis & Tabernaculorum clauſula, at generatim quælibet feria, apud Paraphraſten Chaldaïcum, Talmudiſtas, ceteroſque Scriptores Hebræos ab hac cõmuni feriarum ſignificatione receſſiſſe, in eaque permanſiſſe, quæ alias חג השבועות feſtum Hebdomadarum nuncupatur: quod idem factum in voce חג ſuper. tract. notavimus, atque etiam ex hoc ipſo textûs loco cognoſcere licet.

Legem elevat. Hoc illud eſt, quod Matth. 12. 5. Phariſæis reſpondet Chriſtus: *Aut non legiſtis in lege, quia ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum violant, & ſine crimine ſunt.*

corporis vitio Levitæ fierent divino miniſterio inhabiles? ſunt tempora. Nam poſtea Levitam neque anni, neque corporis vitium miniſterio faciebant inhabilem: vox erat una, quæ cùm in Levita confecta ſenio foret, hominem ſuis Sanctuarij muneribus faceret inhabilem. Ac mihi quidem ſic videtur, omnino carmini canendo deinceps hunc haud idoneum eſſe, verùm idoneum fuiſſe, qui poneretur etiam in numero janitorum.

IX. Quo ordine fuerint deſcriptæ Levitarum vices? Samuël vates, itemque rex David omnes omnino Levitas diſtribuit in curias viginti quatuor. Earum unaquæque plenam hebdomadam miniſtrabat: tum verò princeps cujuſque curiæ cunctos curiales ſuos diſtinguebat in familias. Jam ſingulis hebdomadæ diebus miniſtrabant certi quidam, atque hiſce diariis miniſtris ſuum cuique munus aſſignabant familiarum principes. Omnibus autem Levitis erat interdictum, ne altaris obirent munera; hoc enim ſibi vult Legis illud, *Ita*
Num. 18. 3 *duntaxat, ut ad vaſa Sanctuarij & altare non accedant, ne & illi moriantur*, videlicet altaris effecturi munera: nam idem hos attingere fas erat.

X. Levitis ſacerdotibuſque non licuiſſe aliena obire munia. Atque ut Levitis interdictum erat, ne ſacerdotum munia capeſſerent, ſic etiam ſacerdotibus interdictum fuit, ne fungerentur Levitarum muneribus. Nimirum hoc illud eſt, quod à Lege dicitur, *Ne & illi moriantur, & vos pereatis ſimul.* Quin etiam ſancitum erat ne Levitæ ipſi alter alterius efficeret opus;
Ibid. 18. 3. non navaret operam janitori cantor, nec cantori janitor; ait
Num. 4. 49 enim Lex, *Vnumquemque juxta officium & onera ſua.*

XI. Quæ pœna ſacerdotum eſſet Levitarumque, ſi officio fungerētur alieno? Ac ſi munia ſacerdotum eſſent executi Levitæ, vel ſi quis horum Levitam in alio opere atque ſuo adjuviſſet, morte multaretur divinitùs: hoc enim ſignificat Legis illud, *Ne & illi moriantur.* Sacerdos autem, qui Levitæ munere fungeretur, omnino morte non multaretur; verùm * contra legem
Num. 18. 3. vetantem feciſſet.

XI. *Contra legem vetantem feciſſet.* Quiſquis autem legem vetantem violarat, ejus erat pœna ut verberum ictibus undequadraginta multaretur.

CAPUT QUARTUM.

LEVITIS è cunctis ſacerdotes ſunt ad ſacrificia facienda delecti: ſcriptum eſt enim: *Separatuſque eſt Aaron, ut miniſtraret in Sancto Sanctorum*, &c. Etenim jubendo ſancitum eſt, uti ſacerdotes ſecernantur, ac dedicando reddantur idonei, qui faciant ſacrificia: eſt enim in Lege, *Et ſacrabis eum, quia panem Dei tui offert.*

ART. I. Cunctis è Levitis ad ſacra faciẽda delectos eſſe ſacerdotes. 1.*Par*.23. 13 *Lev*. 21. 8.

His igitur oportet omnes Iſraëlitæ plurimum habeant honoris, & cunctis in rebus ſanctis primas deferant. *Hi primi lectionem Legis incipient, primi gratiarum actionem habebunt, porro primi portionem rerum optimam auferent.

II. Sacerdotibus honorẽ eſſe habendum:

Moyſes noſter ille magiſter ſacerdotes in octo diſtribuit curias: earum erant quatuor de ſtirpe Eleazaris, & de ſtirpe Ithamaris item quatuor. Quæ quidem partitio manſit ad Samuëlem prophetam: is enim ſuo tempore ſimul cum rege Davide diſtribuit eos in curias viginti quatuor, quarum ſuus cuique præerat Antiſtes. Ex his igitur Hieroſolymam operatum aſcendebat ſingulis hebdomadis una curia: vices mutabantur ſingulis ſabbatis: abibat una curia, & ſuccedebat ei proximè ſequens uſque dum miniſtrâſſent omnes, atque ad eundem ordinem perpetuò redibant.

III. Quo fuerint ordine deſcriptæ ſacerdotum vices?

Ac jubendo ſancitum eſt, ut ad dies ſolemnes ſint æqua conditione curiæ omnes; ut quicunque peregrè venerit ſacerdos

IV. Ad dies ſolemnes om-

II. HI *primi lectionem legis incipient.* Veterem eſſe Judæorum conſuetudinem, ut in ſingulis Synagogis ſingulis ſabbatis populo publicè de volumine prælegatur aliquid è Lege atque è Prophetis, vel ex eo cognoſcere licet, quod Actib. Apoſt. 13. v. 14. & 15. ſcriptum videmus. *Illi verò pertranſeuntes Pergen, venerunt Antiochiam Piſidiæ: & ingreſſi Synagogam die ſabbatorum ſederunt. Poſt lectionem autem Legis & Prophetarum miſerunt Principes Synagogæ ad eos dicentes: Viri fratres, ſi quis eſt in vobis ſermo exhortationis ad plebem, dicite.* Hanc conſuetudinem ab uſque Moyſi temporibus ductam Judæi volunt, ſicut videre eſt apud Majemonidem tract. de Precibus cap. 12. art. 1. & 2. Ac ſabbato manè quidem deſtinatam Legis ſectionem populo prælegunt viri ad minimum ſeptem; ſolemnitate Expiationum viri ſex: ceteris autem diebus feſtis viri quinque, quorum ſua cuique portio diſtribuitur ita, ut primam prælegat ſacerdos, alteram Levita, tertiam Iſraëlita; atque Iſraëlitarum deinceps hic ſervetur ordo, ut quò eorum quiſque virtute præſtantior habetur, eò prior ſit ad prælegendum: ſed hac de re tota pluribus agitur eo Tract. quem paulò ante laudavimus cap. 12. Docet igitur Scriptor noſter ſacerdotibus ut in prælectione Legis, ſic & in cunctis ſacris, primas eſſe deferendas.

nes ſacerdotes æquè jus habuiſſe miniſtrādi altari. ad ſolemnitatem altari miniſtratum, cum ea, quæ ex ordine operatur, curia miniſtret pariter, pariterque ſacra participet, nec quis ei dixerit: Abi dum curiæ tuæ ſtatum miniſtrandi tempus appetierit, ait enim Lex, *Si exierit Levites ex una ur-*
Deut.18. 6. *bium tuarum*, &c.

V. Diebus ſolemnibus publica modò ſacra participâſſe ſacerdotes extraordinarios. Verùm enim notandum eſt hæc edicta duntaxat eſſe de ſacrificiis dierum ſolemnium, de partitione panum propoſitionis, & duorum illorum * panum Pentecoſte offerendorum. Nam votiva ſacrificia, voluntaria, & jugia nec ſolemnibus quidem diebus quiſquam fecerit præter curiam ex ordine miniſtrantem, quòd in Lege dicatur, *Partem ciborum eandem acci-*
Deut.18. 8. *piet, quam & ceteri, excepto eo quod in urbe ex paterna ei ſucceſſione debetur.* Hæc enim eſt ejus loci ſententia, portionem accipient æqualem; nempe de ſacrificiis publicis, non item de rebus ceteris, quas patres jam diſtribuerunt tum, cùm ſacerdotum curiis ſuam cuique hebdomadam deſcripſerunt.

VI. Non omnibus ſacris ad dies ſolemnes operari ſacerdotes extraordinarios. Quin etiam operatio illa ipſa efficiendorum panum propoſitionis ad ſolam curiam ex ordine miniſtrantem pertinebat: ſed operatio efficiendorum duorum panum ad Pentecoſten offerendorum ex æquo pertinebat ad omnes curias. Atque de diebus ſolemnibus ſolis hîc mentionem fieri hic Legis verſus ſignificat, *Ex una urbium tuarum ex omni Iſraël:* ea enim eſt ejus
Deut.18. 6. ſententia cùm omnis Iſraël in unam & eandem urbem convenerit. Quod autem de ſolis ſacerdotibus mentio fit, inde pa-
Deut.18. 8. tet, quia Lex ait, *Partem ciborum eandem comedet*: namque dona Sanctuarij niſi ſacerdotes comedebat nemo.

VII. Item qui deberet hoſtiam ſacerdos, is quocunque voluerit die in Sanctuarium veniret, & ſacrificium faceret ipſe ſuum:
Deut.18. v. 6. & 7. eſt enim in Lege, *Et voluerit venire deſiderans locum quem elegerit Dominus .... miniſtrabit*, &c. Et quidem etiam hoſtiam
Et quocunque die fieri potuiſſe, ut ſacerdotum aliquis extra ordinem ſacrificaret. pro peccato, & hoſtias pro delicto pro ſe ipſe immolabat, atque ſe ipſe expiabat: tum hoſtiæ corium capiebat ipſe, carnem ipſe comedebat. Quin etiam ſacerdos ſuam cuivis alij ſacerdoti daret immolandam hoſtiam, cujus itidem pellis & adminiſtratio ſoli ſacerdoti maneret ei, cui data fuiſſet.

VIII. Cùm verò ſacerdos ille, qui præbebat hoſtiam, corporis vitio

V. *Panum Pentecoſte.* Vide quæ ſuperiori capite ad art. 6. diximus de hujus ſolemnitatis nomine Rabbinico, quod idem hîc loci uſurpatum.

erat affectus, tum eam miniſtranti dabat curiæ, cujus etiam erat hoſtiæ corium. Idem ſi foret ætate confectus, ſi morbo affectus ſic, ut difficulter quidem; ſed tamen rem divinam facere poſſet, victimam ſcilicet cuilibet dederit ſacerdoti: verùm adminiſtratio & corium victimæ ad curiam miniſtrantem pertinebat: ſin omnino rem divinam facere non poſſet, curiæ miniſtrantis erat tota victima.

Idem ſi ſacrificiis Eccleſiæ eſſet immundus, & integri ſacerdotes ceteri eſſent itidem immundi, victimam dederit his è curia miniſtrante ſacerdotibus, qui corporis vitio laborantes mundi erant. Attamen adminiſtratio victimæ, coriumque erat immundorum è curia miniſtrante ſacerdotum. IX.

Si præberet ad ſacrificium hoſtiam ſummus ſacerdos, iſque lugens eſſet, eam cuivis ſacerdotum dederit: hoſtiæ verò corium & adminiſtratio ad ſacerdotes curiæ miniſtrantis pertinebat. Summus enim ſacerdos etiam lugens rei divinæ faciendæ erat idoneus, ut inferius demonſtrabitur: qua de cauſa & immolandæ hoſtiæ ſuæ vicarium dare poterat. X.

XI. Ut erat diſtributa quælibet ſacerdotum curia?

Ex curiarum principibus ſuam quiſque curiam in familias diſtribuerat ita, ut ſingulis hebdomadæ diebus ſingulæ familiæ totæ deinceps rem divinam facerent. Et familiarum ſuum quæque Antiſtitem habebat.

XII. Quot modis ſummi pontifices inaugurarentur?

Cunctis autem ſacerdotibus præfectus erat ſummus ſacerdos. Is inaugurabatur unctione olei ſacri, & veſtimento ſacerdotij magni, ut ſcriptum videmus, *Sacerdos maximus inter fratres ſuos, ſuper cujus caput fuſum eſt unctionis oleum*, &c. Quòd ſi nullum adeſſet oleum unctionis, inaugurabatur ſolo ſacerdotij magni veſtimento induendo. Nam quod à Lege dicitur, *Super cujus caput fuſum eſt unctionis oleum, & cujus manus in ſacerdotio conſecratæ ſunt, veſtituſque eſt ſanctis veſtibus*, id hoc ſibi vult quomodo ſacerdos augetur & inauguratur unctionis oleo, ſic augeri & inaugurari ſacerdotem veſtibus illis induendis. *Lev.* 21. 10. *Ibid.*

XIII. Inaugurandi pontificis rationẽ 7. diebus continuatã eſſe.

Veſtimentis igitur cum inaugurabatur primùm induebat illa veſtium octo genera: quas deinde depoſitas rurſus induebat die craſtino, idque ſeptem deinceps diebus itidem factitabat: ait enim Lex, *Septem diebus utetur illâ, qui pontifex pro eo fuerit conſtitutus de filiis ejus*. Et tanquam per ſeptem dies continuos inaugurabatur veſtimentis, ita ſeptem deinceps diebus inau- *Exo.* 29. 30.

gurabatur oleo unctionis. Qui ſi rem divinam faceret ante, quàm per ſeptem dies continuos ita veſtitus aut unctus eſſet, tamen hæc illius adminiſtratio fuiſſet idonea : ut enim erat aut hiſce veſtimentis ſemel auctus, aut unctus oleo, ſummus erat ſacerdos ad omnia factus.

XIV. Quid diſcriminis erat in variis modis inaugurandi pontificis. *Lev.* 4. 2.

Inter ſummum ſacerdotem oleo unctionis inauguratum, & ſolis auctum veſtibus hoc unum intererat, quod ille ſi quid imprudens commiſiſſet quod ſtato ſacrificio pro peccato expiaretur, juvencum immolaret; habemus enim in Lege, *Si ſacerdos qui unctus eſt peccaverit*, & . Ceterùm erant ad omnia pares.

XV. Summum pontificem creari ab Senatu maximo. *Lev.* 6. 20.

Summum ſacerdotem creabat unus ille Senatus, qui unius & ſeptuaginta erat hominum. Summus ſacerdos non inaugurabatur olei unctione niſi interdiu, quia in Lege eſt, *In die unctionis ſuæ.* Qui ſi veſtibus ſolùm augeretur, itidem non inaugurabatur niſi de die:& ſummi ſacerdotes duo ſimul non fiebãt.

XVI. Ad pontificis dexteram ſemper aſtitiſſe vicarium.

Conſtituebatur autem ſacerdos, qui dignitate proximus eſſet à ſummo ſacerdote, ſic tanquam in adminiſtratione regni eſt ſecundus à rege. Is vicarius appellabatur, idem etiam dicebatur Antiſtes. Is igitur ad dextram ſummi ſacerdotis ſemper adſtabat, quod huic tribuebatur honoris cauſa : reliqui deinde ſacerdotes erant ad manum vicarij.

XVII. Vicarium binis ſtipari ſubvicariis, & fuiſſe præfectos 7. qui claves haberent atrij.

Præterea autem creabantur ſubvicarij, qui vicario eſſent idem, quod ipſe pontifici: hi erant ad minimum duo. Porro præfecti creabantur non pauciores, quàm ſeptem, quibus committebantur claves atrij, cujus aperiendi poteſtatem omnino nullus eorum ſeparatim habebat: ſed opus erat, ut convenirent, & ſimul atrium reſerarent omnes.

XVIII. Septẽ præfectis paruiſſe quæſtores tres.

Et qui parerent hiſce præfectis creabantur quæſtores non pauciores tribus. Horum munus erat, ut quæcunque numini devota fuiſſent ac conſtituta exigerent aut ipſa, aut, ſi pretio redimerentur, eorum pretium, quod deinde rebus idoneis impenderetur.

XIX. Inter ſacerdotes fuiſſe dignitatis gradus 8. quorum eſſet altior alius alio.

Unctionis oleo inauguratus pontifex dignitate anteibat ei, qui veſtimentis ſolis induendis eſſet inauguratus. Rurſus hic rerum divinarum adminiſtrationi præfectus in perpetuum anteibat illi, qui oleo ſacro unctus ſemel duntaxat Deo operatus ſit eò, quòd ſummo ſacerdoti fluxio ſeminis accidiſſet. Hic qui ſemel erat Deo operatus eò, quòd ſummum ſacerdotem

fluxio ſeminis temeraſſet præſtabat ei, qui ſummi ſacerdotis, quoniam is vitio corporis erat affectus, munus effecit. Et qui propter vitium corporis, quod eſſet in ſummo ſacerdote, munus ejus eſt executus, * is inuncto in belli munia ſacerdoti præſtabat. Præſtabat unctus in belli munia ſacerdos vicario ſummi ſacerdotis: vicarius autem præſtantior erat ſubvicario: ſubvicarius præfecto: præfectus quæſtore: quæſtor curiæ principe: curiæ princeps antecedebat familiæ antiſtiti: denique antecedebat familiæ antiſtes cuivis reliquorum privatorum ſacerdotum. Itaque inter ſacerdotes ſemper erant octo dignitatis gradus.

XX. Mortuorũ bona ſimul & honores hæreditate veniſſe ad proximos.

Cùm rex, cùm ſummus ſacerdos, cùm reliquorum præfectorum aliquis mortuus eſſet, ſubſtituebatur in ejus locum vel filius, vel is ad quem lege redibat hæreditas: ad quem igitur potiori jure veniebant bona mortui, idem hic & ad honores ejus erat potior, ſi tamen haud minori, quàm erat ille, inſtructus eſſet ſapientia, aut ſi ſapientia foret inferior, Deum certe non minus, quàm metuerat ille, metueret. Quod enim Lex de rege dicit, *Regnet ipſe & filij ejus ſuper Iſraël*, id quidem hoc indicat regnum pro hæreditate legitima tradi: atque apud Iſraëlitas omnis dignitatis eſt eadem ratio, ut qui dignitatem adeptus ſit, hic illam ſibi & poſteris ſuis ſit adeptus. *Deut.* 7. 20

XXI. In gradibus dignitatis aſcenſum fuiſſe: non fuiſſe deſcenſum.

Atenim ſacerdotis in belli munia uncti filius non ſuccedebat in locum patris unquam: ſed erat ejuſdem conditionis atque reliqui ſacerdotes. Itaque poterat ad belli munia ungi, vel non ungi. Jam ſacerdos unctus ad belli munia cùm miniſtraret in Sanctuario quatuor omnino veſtium generibus ſic, ut ceteri ſacerdotes, indutus erat. Erat aſcenſus ab uno honorum gradu ad altiorem: ſed deſcenſus ad gradum inferiorem non erat. Hæc eſt enim Sanctorum ratio, ut augeantur quidem, nunquam minuantur. Etenim apud Iſraëlitas imperium abrogatur nemini, niſi quis ſcelus aliquod admiſerit.

XXII. Summum ſacerdotem ſi peccâſſet, verberibus multatum eſſe.

Enimverò ſummus ſacerdos ſi quid commiſiſſet ejuſmodi, ut verberibus addiceretur, is itidem, ut homines ceteri verberibus addicti, verberaretur apud conſeſſum trium judicum: tum dignitatem priſtinam recuperabat.

XIX. *Is inuncto in belli munia ſacerdoti.* De hoc ſacerdote explicatum eſt cap 1. hujus Tract. ad art. 7.

CAPUT QUINTUM.

ART. I. Quibus rebus ornatū oportuit ſacerdotem, ut pontificatu dignus eſſet?

SUMMUS ſacerdos oportebat fratres ſuos ſuperaret omnes decore, viribus, divitiis, ſapientia, ſpecie. Cui ſi nulla res eſſet, cuncti ſacerdotes ei largiebantur pro ſua quiſque facultate, ut vel opulentiſſimum eorum opibus ſuperaret.

II. Neque tamen horum quidquam impediebat, quominus quiſquam fieret ſummus ſacerdos. Omnino his eum ornari rebus *præclarum erat; ſed cujuſcunque loci ſacerdos hac dignitate amplificaretur, ratum & fixum erat.

III. Quanta pontifici reverentia deberetur? Lev. 21. 10.

Jam ſummus ſacerdos neceſſe erat ſibi ipſe honorem haberet, neu ſe ſe levem præberet velut unus de multis, neu quiſquam conſpiceret eum *in balneo nudum, aut in latrina, neu porro tum, cùm tonderetur. Nam quod dicitur, *Sacerdos maximus inter fratres ſuos*, id hoc ſibi vult cunctis adverſus eum ſingularem quandam adhibendam eſſe reverentiam. Qui ſi vellet ut alij ſecum lavarent, licebat.

IV. Pontifici ad lugentes adire cum dignitate licuiſſe, non item inire convivium.

Idem nec comeſſationem, nec convivium publicum quamvis ſacrum inibat: *ad lugentes autem, ſi vellet, adiret. Quò cùm iret non ſe confundebat cum reliquis ſacerdotibus: ſed hi eum honoris cauſa ſtipabant: vicarius ejus medius inter eum & comitantem populum intercedebat. Apud lugentem vicarius & inunctus ſacerdos, qui aliquando pro ſummo ſacerdote ſacris operatus erat, ejus ad dextram, & ad ſiniſtram antiſtes familiæ ſacerdotalis rem divinam tunc ipſum adminiſtrantis, lugentes, & reliqua plebs erat. Tum lugentibus ita dicebat, *Solatium habeatis*, & hi tribuebant ei honorem quantum in ipſis erat. Si

II. *Præclarum erat.* Hebr. למצוה de quo verbo vide quæ diximus Tract. ſuperiori cap. 7. art. 2.

III. *In balneo nudum.* Hoc verecundiæ ornamento Judæis gentes bene moratæ nihil conceſſerunt: Tullius enim Offic. lib. 1. hæc nobis ſcripta reliquit. „ Scenicorum quidem mos tantam habet „ vetere diſciplina verecundiam, ut in „ ſcenā ſine ſubligaculo prodeat nemo. „ Verentur enim ne ſi quo caſu evenerit, „ ut corporis partes quædam aperiantur, „ aſpiciantur non decorè. Noſtro quidem more cum parentibus puberes filij, cum ſoceris generi non lavantur.

IV. *Ad lugentes autem.* Secundùm illud quod præcipitur Eccleſiaſtæ cap. 7. v. 3. *Melius eſt ire ad domum luctûs, quàm ad domum convivij.*

Si quis ipſi mortuus eſſet nec veniebat in funus, nec è domo ſua, vel è Sanctuario prodibat; verùm omnes ad eum conſolandum adibant: tum ipſe conſiſtebat ordine & loco ſuo; vicarius ad dextram ejus erat, & antiſtes familiæ ſacra adminiſtrantis atque univerſa plebs ad ſiniſtram. Aſtantes igitur ei dicebant, *Nos tua ſimus expiatio*, quibus ille, *Propitium vobis cœlum eſſe jubeo.*

V. Quænam erat formula conſolandi pontificis, cùm ſuorum aliquem amiſiſſet:

* Cùm præberetur ei cibus accubabat humi plebs omnis, ipſe ſolus in ſubſellio accumbebat. * Veſtes ſuas non ita, ut ceteri ſacerdotes, ſuper mortuo ſuo lacerabat, quòd à Lege dicitur, *Veſtimenta ſua non ſcindet.* Quæ ſi laceràſſet, verberibus multaretur. Atenim ut veſtimentorum inferiora exadverſùm pedes dilaceraret, permiſſum erat. Nunquam multam nutriebat comam, quoniam à Lege dicitur, *Caput ſuum non diſco operiet:* ſed eam tondebat ſingulis ſabbati vigiliis. Jam ad tondendum utebatur non novaculâ, ſed forfice. Jam unius pili extremum ſic erat in radice alterius repoſitum, ut ſimul unà creviſſe viderentur. Huc enim ſpectat vatis illud, *Caput ſuum non radent, neque comam nutrient, ſed tondentes tondebunt capita ſua.*

VI. Pontificem non item ut ceteros ſuper mortuo ſuo veſtes laceràſſe. *Lev.* 21. 10. *Ibid.* *Ezech.* 44. 20.

Porro domus erat ei parata in Sanctuario: hoc enim illud eſt, quod conclave ſummi ſacerdotis appellabatur. Atque honeſtum & decorum erat eum in Sanctuario ſedere die tota, ex

VII. Pontificem tota fere die in Sanctuario ſediſſe.

VI. *Cùm præberetur ei cibus*, &c. Ut hoc intelligatur ſciendum eſt more & inſtituto Judæorum lugentes ſtatim à ſepultura ſuorum obvoluto capite reverti domum, in ea ſe ſordidatos continere ſeptem dies totos, ibi diſcalceatos aut humi ſedere, aut ſtare in pedes: vitari poſt humationem propinquorum primum cibum de ſuo capere: illum verò præberi ab iis, qui conſolandi gratia lugentes adeunt: conſolatores ipſos etiam cùm ad lugentes venerint exutis calceis humi ſe collocare. At pontifici propter honoris amplitudinem conceſſum fuiſſe, ut cùm ejus conſolatores de more conſiderent humi, ipſe ſederet in ſubſellio. His de rebus diſputatur Tractatu illo Talmudico, qui מועד קטן inſcribitur capite ואילו מגלחין. Et lib. 14. noſtri Scriptoris tractatu de Lugentibus: itemque libro ארבע טורים parte altera tract. de Lugentibus.

Veſtes ſuas non ita, &c. Atque haud ſcio an præceptum hoc de non ſcindendis veſtibus ſuper mortuo pertineat etiam aliò. Sanctus quidem Leo primus ejus nominis Pontifex Romanus non dubitat, quin veſtimentorum ſciſſio prorſus in omnem occaſionem ſummo ſacerdoti interdicatur. Itaque ſermone 6. de Paſſione Domini in hæc verba prorumpit. „ Caïphas ad exaggerandam auditi ſermonis invidiam, ſcidit veſtimenta ſua, „ & neſciens quid hæc ſignificaret inſania, ſacerdotali ſe honore privavit, oblitus præcepti illius, quod legitur de „ principe ſacerdotum, *De capite ſuo cidarim non deponet*, & *veſtimenta ſua* „ *non diſrumpet.*

quo nuſquam abibat, niſi in domum ſuam, idque noctu tantùm, aut ad ſummum horam unam aut alteram interdiu. Habebat igitur domum Hieroſolymæ, unde nuſquam diſcedebat.

VIII. Solùm Synedriũ judicâſſe de pontificis capite. *Exo.* 18. 22.

Summus ſacerdos * & judicabat ipſe, & judicabatur: item dicebatur de illo teſtimonium: atque ejus de capite judicabat unus ille Senatus maximus, quia ſcriptum videmus, *Quidquid autem majus fuerit referent ad te.*

IX. Pontificem non attuliſſe Senatui teſtimoniũ, niſi ad regẽ pertineret.

Si teſtimonium haberet, id ne maximo quidem Senatui debebat afferre, quippe quòd teſtimonium afferre decorum ei non erat. Quod ſi teſtimonium ad regem Iſraëlitam pertineret, utique ipſe ad Senatum maximum veniebat teſtimonium dicturus.

X. Pontificem non duxiſſe uxorem viduam, non habuiſſe uxores duas.

Jam id libro de Sanctitate demonſtratum à nobis eſt ſummo ſacerdoti * ne viduam mulierem matrimonio ſibi conjungeret interdictum eſſe, & eſſe præſcriptum, ut in matrimonium duceret virginem; non licuiſſe uxores ut duceret duas: ſin duxiſſet duas, non potuiſſe * die jejunij ſacris operari, dum earum alteri nuntium miſiſſet. Calceum à glore ſua exui ipſum, & viceſſim ab ejus uxore fratres exui: & ſi quam repudiaret uxorem, eam cuivis è populo nubere.

XI. Pontifex qua pompa in templũ iret numen adoraturus?

Summus ſacerdos cùm iniret templum numen adoraturus, tres eum miniſtri apprehendebant. Eorum unus dexteram, alter ſiniſtram ejus, tertius tenebat eas, quæ in amiculo humerali gemmæ inerant, atque templum introibat, adorabat. Ut vicarius ex audito pedum motu ſummum ſacerdotem è templo redeuntem intelligebat, velum ei tollebat. Qui è templo cùm exiſſet, fratres ejus ſacerdotes introibant, adorabant, exibant.

XII. Pontifex quando ſacrificaret, quid è ſacris ſibi caperet?

Suffitum quo die cunque libuiſſet adolebat, & de cunctis Sanctuarij ſacris portionem princeps auferre potis erat. Hoc igitur, aiebat, pro peccato ſacrificium meum erit: hæc hoſtia pro delicto erit méa; * nec ut ſacris operaretur ſortiendum ei

VIII. *Iudicabat ipſe. & judicabatur.* At Reges, ut diſertè traditur cap. 2. Tractatûs Talmudici, qui סנהדרין inſcribitur fol. 18. ſancitum erat, ne aut judicarent ipſi, nec judicarentur, nec dicerent ipſi teſtimonium, neque porro de ipſis diceretur.

X. *Ne viduam mulierem*, &c. Sic & in Eccleſia à ſacris ordinibus arcetur qui in matrimonium duxit aliam, quàm virginem, ut videre licet can. 69. Concilij Carthaginenſis quarti, & Concilij Agathenſis can. 1.

Die jejunij Sic paſſim vocatur ſolemnitas Expiationum.

XII. *Nec ut ſacris operaretur ſortien-*

erat: ſed cùm placitum erat quam vellet rem divinam faciebat. Ad reliqua verò totius Iſraëliticæ regionis ſacra par erat ejus & reliquorum ſacerdotum conditio.

Cùm igitur ſacris operaretur ſummus ſacerdos ad altare per collem aſcendebat, & incedebat ad dextram ejus vicarius. Ut medium collem attigiſſet ſummus ſacerdos, ejus dextram apprehendebat vicarius, atque illum porro producebat ad uſque faſtigium: tum ei porrigebat ſacerdos is, qui jugis ſacrificij caput ad altare deferebat, quæ haberet in manu victimæ membra. Quæ poſtquam ipſis manus impoſuiſſet, in ignem porriciebat.

XIII. Pontifici ſacrificanti qua ratione ceteri ſacerdotes miniſtrarent?

Reliqua deinde ejus ſacrificij membra eidem ita porrigebant. Sacerdotum unuſquiſque quæcunque manu geſtaret victimæ membra dabat ſacerdoti, qui primas obtinebat, & hic ea tradebat ſummo pontifici: is illa porriciebat in ignem poſtquàm manus illis impoſuerat. Qui ſi voluiſſet, manus tantùm imponeret, & aliis in ignem porricienda daret. Jam victimæ membris imponere manus ſummo ſacerdoti uni honoris cauſa tributum erat. Nam in ſolis animatis omnino locum habet manuum impoſitio.

XIV. Pontifici honoris cauſa tributum, ut hoſtiarum membris imponeret manus.

Sacerdos ubi creviſſet ad ſtaturam viri idoneus erat, qui rem divinam faceret: ſed eum non ſinebant fratres ejus ſacerdotes uſque dum viginti natus eſſet annos. Ac prima vice ſacris operaturus non inibat atrium, niſi dum carmen ad aram Levitæ concinerent.

XV. Quo ætatis articulo ſacerdotes ſacrificare inciperent?

Neque ſacerdotum quiſquam, neque ſummus pontifex ad primum ſacrificium faciendum accedebat, niſi priùs de ſuo obtuliſſet decimam ephi partem ſimilaginis, eamque ſua manu ſacrificâſſet: ait enim Lex, *Hæc eſt oblatio Aaron, & filiorum ejus, quam offerre debeant Domino de die unctionis ſuæ.* Attamen ſi ſacerdos ante, quàm præſcriptam illam offerret decimam ephi partem ſimilaginis, ſacrificium feciſſet: item ſi ſummus ſacerdos ſacris operaretur uti pontifex, idque ante, quàm obtuliſſet decimam ephi partem ſimilaginis, nihilominus tamen idoneum fuiſſet ejus ſacrificium.

XVI. Quo pacto ſacerdos ſacris eſſet initiandus? Quo pacto pontifex? *Lev.* 6. 20.

Si pontifex maximus crearetur ſacerdos, qui nunquam eſſet

XVII. Si pontifex

dum ei erat. Ceteris enim ſacerdotibus, ut alio loco dicetur, niſi ſortitò ſacris operari non licebat.

crearetur, qui ante non ſacrificâſſet, quomodo ſacris eſſet initiandus?

ſacris operatus, is ab initio obtuliſſet unam ephi decimam, & ſua manu ſacrificâſſet, ſic tanquam ſolebat quivis ſacerdotum ſacris initiandus: poſt obtuliſſet & alteram ephi decimam veluti pontifex initiandus: deinde etiam tertiam ephi decimam ſacrificâſſet. Hæc enim in cruſtula impendebatur ea, quæ ſingulis diebus à pontifice maximo offerebantur, ut inferiùs demonſtrabitur. Atqui horum ſacrificandorum munerum una & eadem erat ratio.

CAPUT SEXTUM.

ART. I. Quoſdam à populo legatos publicis aſtitiſſe ſacris. Eos in 24. ſtationes deſcriptos eſſe.

NULLIUS omnino ſacrificium fieri potuit, quin huic ipſe intereſſet. Cùm igitur Eccleſiæ ſacrificia cunctorum forent Iſraëlitarum, nec fieri poſſet, ut omnino omnes Iſraëlitæ in atrio aſſiſterent divinis, à priſcis inſtitutum vatibus erat, ut ex Iſraëlitica gente tota viri deligerentur idonei plurimum à peccato abhorrentes, qui gentis univerſæ legati divinis aſſiſterent. Hi nimirum illi ſunt, qui *Viri ſtationis* appellantur. Atque ut ſacerdotes & Levitas in curias, item iſtos in ſtationes deſcripſerant quatuor & viginti. Earum ex unaquaque unus erat præfectus omnibus. Is vocabatur ſtationis Antiſtes.

II. Harum 24. ſtationum unam ſingulis ſabbatis in Sãctuarium introiſſe.

Singulis igitur ſabbatis conveniebãt omnes illi viri ſtationis, qui per hebdomadam erant officio functuri: & ex his qui erant Hieroſolymæ, aut propiùs aberant, introibant in Sanctuarium unà cum ſacerdotum curia & Levitarum, qui per eandem hebdomadam ſacra erant adminiſtraturi: & qui procul eſſent diſſiti, ubi ſuæ ſtationis appetiſſet tempus, in ejus, quem incolebant, loci ſynagogam coibant.

III. Qui ſtationem agebant, eos quater in hebdomada jejunâſſe.

Quid igitur faciebant homines illi vel Hieroſolymæ, vel in ſynagogis longè diſſitis? Primùm jejunabant ſuæ hebdomadæ die ſecundo, itemque tertio, quarto, ac quinto. Nam vigilia ſabbati propter honorem ſabbato habendum non jejunabant, neque porro die primo hebdomadæ, ne de ſummis ſabbati deliciis protinus in jejunium tranſirent.

IV. Quotidie quater ad

Porro quovis ejus hebdomadæ, qua rebus divinis aſſiſtebant, die quatuor ad Deum precationes fundebant, matutinam,

veſpertinam, ac clauſulam: atque inter matutinam & veſpertinam addebant aliam quandam, quæ ſanè quidem illis erat peculiaris. Tum ſacerdotes ter in die manus tollentes populo benedicebant, ad precem matutinam, item ad præcipuam illam precationem, atque ad clauſulam. Præterea bis in die tres homines de libro prælegebant aliquid è Lege, ſcilicet ad precem matutinam & ad eam, quam diximus, addi precationem. Nam ad precem veſpertinam aliquid è Lege recitabatur non de libro, ſed memoriter, ut fere recitatur illa ſectio, *Audi Iſraël*, &c. Jam vigilia ſabbati non conveniebant ad veſpertinam precem, quippe cùm eſſent admodum occupati in apparatu rerum, quæ ad ſabbatum ritè agendum requiruntur.

Deum preces fudiſſe: & de Lege quid populo prælegiſſe?

Deut. 6. 4.

V. Horum igitur hominum tum ipſa convocatio ad unamquamque earum, quas commemoravi, precationum; tum etiam ad precandum, orandum, & obteſtandum Deum, legendamque Legem commoratio, *Statio* vocabatur.

VI. Legebant igitur è Geneſi primo hebdomadæ die uſque ad *Fiat firmamentum*: altero uſque ad *Congregentur aquæ*: tertio ad *Fiant luminaria*: quarto ad *Producant aquæ*: quinto ad *Producat terra*: ſexto ad *Perfecti ſunt cœli*.

VII. Atque Legis ſectionem illam majorem homines duo legebant: parvam perlegebat unus & idem. Et quæ mane legebantur ſectiones duæ, eædem rurſus ad ſecundam precationem legebantur de libro, & ad veſperam memoriter.

VIII. Per octo dies ſolemnes dedicationis templi viri ſtationis ſtationem non agebant ad precem matutinam. Et quocunque die ſacrificium fiebat extraordinarium, eo ſtationem neque ad ſecundam precationem agebant, neque ad veſpertinam, ſed duntaxat ad matutinam & ad clauſulam. Jam quo die fiebat ſacrificium illud lignorum, nulla ſtatio ad clauſulam erat: ſed ad matutinam, ſecundam, & veſpertinam precationem.

IX. Ac * de ſacrificio lignorum, erant multæ Iſraëlitarum fami-

Præſtitutis.

IX. *De ſacrificio lignorum.* Hoc ſacrificiũ lignorũ Hebraïcè קרבן העצים ſtatis diebus faciendum commemoratur Nehemiæ 10. v. 34. *Sortes ergo miſimus ſuper oblatione lignorum* על קרבן העצים *Sacerdotes, Levitæ, & populus, ut inferrentur in domum Dei noſtri, in domum patrum noſtrorum temporibus præſtitutis.* Et rurſus ibid. cap. 13. v. 31. *Et in oblatione lignorum* ולקרבן העצים *in temporibus conſtitutis.* Flavius porro Joſephus lib. 2. de Bello Judaïco cap. 17. obiter meminit de ſolemnitate ſacrificij lignorum. „ Deinceps „ verò, inquit, adveniente ea feſtivitate,

diebus ſacrificia lignorum à certis familiis eſſe facta.

liæ, quarum ſuum cuique finitum erat tempus, quo pergerent in ſylvas lignum ad uſum altaris cæſum apportatura. Ac ſingulæ iſtæ familiæ, cùm veniſſet dies ſibi præſtituta, offerebant holocauſta voluntaria: nimirum hoc illud eſt, quod ſacrificium lignorum dicitur. Namque habebant diem illam feſtam & ſolemnem, & his eadem die lamentari vetitum erat; jejunare, aut ullum opus efficere; quanquam totum hoc moris erat & inſtituti.

X. Etenim & privatus homo, qui ligna integra vel diſſecta certum in diem altari voviſſet, eodem ei lamentari, jejunare, opus facere interdictum erat, more videlicet ac conſuetudine.

XI. Qui ingrediebantur in ſtationē tonſos & lautos eſſe oportuiſſe.

Viris ſtationis interdictum erat neve barbam & capillum tonderent, neve lavarent per totam hanc, qua miniſtrabant, hebdomadam. Rurſus enim ut die quinto ejuſdem hebdomadæ id facerent, propter honorem ſabbato habendum, conceſſum erat. Quod autem interdictum eſſet, ne hoc idem reliqua hebdomada ſua facerent, id cauſæ fuit, ut in ſtationem ingrederentur non inculti & horridi, ſed jam tonſi & lauti.

CAPUT SEPTIMUM.

ART. I. In templo negotia fuiſſe 15. quorū ſuus cuique præfectus erat.

ERANT in Sanctuario præfecti quindecim. Etenim quindecim rerum iſtarum ſuum cuique præfectum ſemper eſſe neceſſe erat: deſcriptioni temporum: claudendis portis: cuſtodiis agendis: cantoribus: cymbalo, ceteriſque fidibus: ſortibus: pullorum nidis: ſigillis: libationibus: ægrotis: aquis: propoſitionis panibus efficiendis: ſuffimento componendo: texendis velis: veſtimentis ſacerdotalibus apparandis.

II. Quod erat officiū ejus qui temporibus deſcribendis præfectus erat?

Atque horum cuique præfectorum multi erant homines ſubjecti, qui hoc, cui ille præfectus erat, opus efficerent. Is igitur, qui temporibus deſcribendis præerat, unà cum ſuis obſervabat tempora, utque ſacrificiorum venerat hora, vel ipſe, vel ejus permiſſu aliquis è ſubditis magna voce pronuntiabat, AD SACRIFICIA SACERDOTES, AD SUGGESTUM LEVITÆ, ET AD

„ quæ Xylophorias dicitur, in qua mos „ eſt grandem lignorum materiam convehere ad templum, quatenus nunquam ignis deficiat eſcâ (ſemper enim „ inextinguibilis perſeverat) &c.

STATIONEM ISRAELITÆ : cujus ut eſſet audita vox ſuum quiſque munus aggrediebatur.

III. Quod officium ejus, qui portis claudendis præfectus erat?

Qui portis claudendis præerat, is & claudi portas jubebat, aperique: nec harum ad aperturam clangebant buccinatores ullo die, niſi ejus permiſſu. Etenim quotidie cùm aperirentur templi portæ, buccina terni edebantur ſonitus, æquabilis, infractus, æquabilis.

IV. Quod officium illius, qui cuſtodiis præerat?

Qui præpoſitus erat cuſtodiis, hic vir ille montis ædis erat: is nocte tota Levitas excubias agentes luſtrabat; quorum ſi reperiret aliquem in ſtatione ſua dormientem baculo tundebat, & veſtes ejus adurebat.

V. Quod officium illius, qui præſidebat cantoribus?

Qui præſidebat cantoribus, quotidie Levitas deligebat, qui carmen in ſuggeſtu voce canerent. Item ejus juſſu ſacrificiis faciendis clangebatur. Etenim nullo prorſus die clangores in Sanctuario pauciores audiebantur, quàm viginti unus. Nam edebantur ad apertionem portarum tres: novem ad ſacrificium juge matutinum, & ad veſpertinum totidem. Et quo die hoſtia immolabatur extraordinaria, ad hujus immolationem etiam clangores edebantur novem: ſin autem calendæ vel dies feſtus incideret in ſabbatum: item ſi in ſabbatum incideret principium anni, cùm hoſtiæ extraordinariæ eſſent tres immolandæ, non ſeorſim ad harum unamquamque clangebatur, ſed ad omnes ſimul novem omnino clangores edebantur.

VI. Præterea autem vigilia ſabbati clangores addebantur ſex, quorum edebantur tres ut avocaretur ab opere plebs, & totidem quibus ſecerneretur tempus ſanctum à profano. Addebantur etiam & tres die feſto porta cùm aperiretur inferior, hæc atrij mulierum porta fuit. Tantundem cùm aperiretur porta ſuperior, quæ porta Nicanoris erat, quæ, quoniam erat ſupra atrium mulierum, porta ſuperior dicebatur. Itemque edebantur tres ad hauſtum ejus * aquæ, quæ ad ſolemnitatem Tabernaculorum libabatur, non item ad eam quæ in ſabbatú

VI. *Aquæ, quæ ad ſolemnitatem Tabernaculorum libabatur.* Solemnitate Tabernaculorum, quæ eadem feſtum ſcenopegiæ dicitur, traditur in Talmude tract. סוכה cap 5. aquam eſſe libatam in altari. Ac R. Levi quidem Gerſomi filius Commentariis in 2. Sam. 23. 16. diſertè docet quoniam eo potiſſimùm anni tempore pluviâ maximè opus erat, idcirco ſacrificium eſſe factum, quod eſſet unius & ejuſdem, atque res impetranda, generis. Hauriebatur illa libationis aqua, ſicut ibidem narratur è fonte Siloë Hebraïcè שילוח propius ab Hieroſolymis ſcaturiente: jam aqua illa, quemadmodum eodem loco exponitur, hau-

hauriebatur. Edebantur & tres ad aram cùm libaretur aqua. Atque cuncti qui ad ſacrificia clangebant, erant ſubditi ei, qui præſidebat cantoribus: nec verò clangebant, niſi ejus permiſſu. Sed iſti, quos modò commemoravi, clangores omnes edebantur buccinâ.

VII. Quid efficiebat præfectus fidibus?

Qui præſidebat cymbalo, is omnia fidium genera aſſignabat his cantoribus, qui Levitas, ut ſuprà demonſtratum eſt, cantu fidium ſublevabant.

VIII. Quid præſtabat is, qui præſidebat ſortibus?

Qui ſortibus præſidebat, ab eo quotidie fiebat ſortitio de ſacerdotibus, ut horum quiſque id, quod ſorte ſibi obtigiſſet, munus efficeret: fiebat igitur quater in die ſortitio, de cujus ratione in tractatu de Jugibus Sacrificiis explicabo.

IX. Quod erat munus præfecti pullis?

Qui præfectus erat pullis, cùm eo paciſcebantur, ut tot pro ſiclo pullos in ſacrificia venderet: ſi quis igitur aut duos turtures, aut columbæ pullos pro ſacrificio debuiſſet, hic illorum pretium afferret in Sanctuarium: tum his, qui iſta faciebant ſacrificia, hominibus pullos ſuppeditabat præfectus ille, cui poſthac quæſtores relatis rationibus pecuniam ſolvebant. Jam de pretio pullorum triceſimo quoque die pactio fiebat. Quòd ſi pactionem conſecuta fuiſſet vilitas, eos pro viliori daret pretio: contra ſi fuiſſet conſecuta caritas eos pro pacto pretio venderet: ſemper enim ærarij ſacri conditio ſuperior eſt. Idem etiam ſi pulli reperirentur vitioſi, vel ſi vitio afficerentur ante, quàm eſſent immolati, pro his teneretur dare alios.

X. Quid agebat præfectus teſſeris?

Qui præfectus erat ſigillis, is accipiebat libationum pretia ab his qui libationes facere deberent, quibus ipſe ſuas dabat teſſeras: libamina verò tradebat ille, qui præfectus ipſis erat.

XI. Erant igitur in Sanctuario ſigilla quatuor, quorum in uno inſcriptum erat, VITULUS: in altero, MAS: in tertio, HÆDUS, & in quarto, PECCATOR.

XII. Omnes igitur qui ſacrificia in Sanctuarium afferebant, libationum pretia dabant ei, qui ſigillis erat præfectus, qui teſſerulas

riebatur & transferebatur in templum ad libationem magna ſanè cum pompa: tum verò apud atrium mulierum conſtituto quodam loco gaudium agitabatur tam eximium, ut ſcriptores Talmudici negent quemquam unquam ſolidum vidiſſe gaudium, qui hoc non viderit. Nimirùm huc ſpectare videtur illud quod Eſaias cap. 12. v. 3. cecinit, *Haurietis aquas in gaudio.* Chriſtus quidem apud Joannem cap. 7. v. 37. ad dictum ſcenopegiæ feſtum oblata hujus celebritatis occaſione, *Clamat dicens: Si quis ſitit, veniat ad me & bibat.*

XIV:

rulas ſingulis pro ratione ſacrificiorum dabat. Ac homini quidem leproſo, & eidem diviti teſſerulam dabat, qua verbum iſtud erat inſcriptum PECCATOR. Porro ſuas quiſque teſſerulas portabat præfecto libaminum, qui pro numero & inſcriptione teſſerularum cuique libamina præbebat: veſperi conveniebant hi duo præfecti: reddebat hic teſſerulas, ſolvebat ille pecunias. Si quid pecuniæ ſupereſſet, manebat ærario ſacro: ſin pecunia deficeret, hic qui ſigillis præerat reliquum de ſuo ſolvebat: ſi quis ſuam amiſiſſet teſſerulam, expectabat ad veſperum. Nam ſi tantum argenti ſuperâſſet, quantum erat acceptæ teſſerulæ pretium, redderetur illi: ſin minus, nihil reddebatur. Erat etiam in unaquaque teſſerula adſcriptum diei nomen propter fraudulentos homines, ut ne teſſerulæ retinerentur ab his uſque dum libamina cariori venderentur pretio.

XIII. Quid faciendum ei qui libaminibus præfectus erat?

Triceſimo quoque die pactio de vini & ſimilæ pretio fiebat cum eo qui libaminibus præeſſet. Ac ſi pactionem eſſet conſecuta libaminum caritas, nihilominus ea pro conſtituto pretio ſuppeditaret. Sin autem conſecuta vilitas eſſet, pretio daret ea viliori. Quod igitur ærario lucri fiebat è variis iſtis pretiis, id *Reliquiæ libaminum* appellabatur: impendebatur autem in ea holocauſta, quibus altare donabatur ab univerſa Eccleſia æſtivo tempore. Atque inter hæc altaris æſtiva munera, quibus donabatur altare, non erat unquam holocauſtum ex ave, quia enim in ſacrificiis publicis avi locus non erat.

XIV. Quid curabat præfectus ſacerdotibus ægrotantibus?

Sacerdotes, quoniam * in pavimento ſemper inſiſtebant, carnis edebant multum, & cum ſacris operarentur unâ omnino tunicâ tegebantur, ſæpe dolore viſcerum laborabant. Qua de cauſa præfectus erat, qui ſacerdotes viſeret, ægrotantes curaret, atque ad horum conſervationem ſe totum applicaret, & omnes, qui ei parebant, homines.

XV. Quid curabant præfecti puteis, & artificibus panum propoſitio-

Præterea autem præfectus erat, qui cùm novos puteos, ciſternaſque fodiendas, tum veteres, ſi corrumperentur publici putei, reficiendos curaret, quò cunctis Hieroſolymæ incolis, & univerſis etiam ad ſolemnitates eò venientibus copioſa ſuppeteret aqua. Quidam cunctis panum propoſitionis artificibus

XIV. *In pavimento*, &c. Pedibus videlicet nudis: nihil enim inter pedes ſacerdotis ſacra facietis, & templi pavimentũ intercedebat. Vide Tract. 3. c. 5. a. 17.

nis, atque ſuffimenti?

præfectus erat, qui quidem artificium panis ejus totum ordinabat ipſe. Porro quidam cunctis ſuffimenti artificibus præfectus erat, qui item ejus artificium ordinabat & inſtituebat ipſe.

XVI. Quid curabat præfectus velis texendis?

Quem autem diximus velis texendis præpoſitum, is cunctis textoribus & acupictoribus velorum præfectus erat. Huic id erat curæ, ut ab iſtis templi portarumque vela pararentur ad tempus. Jam vela quotannis efficiebant duo, quæ Sanctum à Sancto Sanctorum diſtinguerent. Atque in his velis erant ſexies conduplicata fila cujuſque generis. Nam ſingula ſtamina continebant filorum genera quatuor, xylinum, hyacinthinum, purpuram, & coccum bis tinctum. Itaque ſingula ſtamina filis è viginti quatuor conſtabant. Horum igitur craſſitudo velorum palmaris erat. Jam ſtaminibus è ſeptuaginta texebantur. Erat autem cujuſque longitudo quadraginta cubitorum, & viginti cubitorum latitudo.

XVII. Quot erant vela in ſecundo templo?

Atque in templo ſecundo vela adhibebantur tredecim: ſeptena in ſeptem atrij portis: unum in janua veſtibuli: unum ad templi januam: duo ad adytum templi à Sancto dividendum, & itidem duo è regione ipſis in cœnaculo.

XVIII. Si quod velum eſſet * immunditie ex alia orta temeratum, id intra templum ipſum ablutum illico ſuo loco reſtituebatur: neque enim ad tollendam hanc ejus immunditiem opus erat, ut ſolis expectaretur occubitus: ſin autem immunditie principe fuiſſet inquinatum, extra Sanctuarium ablutum in ſpatio illo intermurali extendebatur: nam ad hanc immunditiem tollendam ſolis occaſus requirebatur. Quod ſi novum eſſet, extendebatur in ſcamno, quò populus præclarum ejus opus cerneret.

XIX. Tẽpli vaſa dupla triplaq; fuiſſe.

Quæcunque erant in Sanctuario vaſa, omnia dupla vel etiam tripla erant, ut ſi prima polluerentur, eorum loco adhiberentur ſecunda.

XX. Quid curabat præfectus apparatui ſacerdotalium veſtium.

Qui ſacerdotalium veſtium apparatui præpoſitus erat, is ſacerdotum privatorum juxta, atque ſummi ſacerdotis veſtes curabat apparandas & texendas: ac quicquid ad rem iſtam ſpectabat, id omne fiebat hujus præfecti cura & juſſu. Atque etiam proprium erat huic in Sanctuario conclave.

XVIII. *Immunditie ex alia orta.* Immũditiæ cũctæ bipartitò dividũtur: quædã earũ *principes* ſeu *primariæ* vocantur: quædam contra dicuntur *ex alia ortæ.*

CAPUT OCTAVUM.

SACERDOTALIUM veſtium erant tria genera: unum ſacerdotis privati veſtimenta: alterum genus erat veſtimenta aurea: tertium veſtimenta candida. Jam veſtimenta privati ſacerdotis conſtabant rebus è quatuor, tunica, femoralibus, tiara, balteo. Quæ omnia erant ex albo lino, eaque ex filo ſexies conduplicato contexta erant: ſolus balteus erat lanâ acupictus.

ART. I. Sacerdotis privati veſtes quatuor fuiſſe ex albo lino.

Aurea verò veſtimenta magni ſacerdotis erant: hæc conſtabant è rebus octo. Continebant enim quatuor illa cujuſvis ſacerdotis veſtimenta: præterea autem pallium, amiculum humerale, rationale, bracteam. Ac balteus ſummi ſacerdotis item acupictus erat, atque opus ejus artificioſum imitabatur balteum privati ſacerdotis. Et quam Lex tribuit Aaroni cidarim prorſus eſt eadem, quæ præſcribitur liberis ejus, tiara: ſed hac eadem ſummus ille ſacerdos ſic, ut vulnus ſolet, obligabatur, & ejus liberi tegebantur veluti galeâ: qua de cauſa his tiara nominatur.

II. Summi pontificis veſtes fuiſſe octo aureas.

Candida veſtimenta fuerant illa quatuor, quibus ad ſolemnitatem Expiationum ſummus ſacerdos ſacris operaturus induebatur, tunica videlicet, femoralia, balteus, atque cidaris. Hæc quatuor erant alba: eorum fila ſexies conduplicata, totaque ſolo è lino contexta. Præterea duæ ſummo ſacerdoti erant tunicæ in diem Expiationum, quarum tunicarum unam manè, alteram veſperi induebat. Hæ coemebantur ambæ minis triginta de pecunia ſacra: ſed enim ut huic pretio de ſuo quid adderet ipſi in manu erat: nempe conſecrabat additamentum illud, tum parabat tunicas.

III. Summi pontificis candida veſtimenta fuiſſe quatuor.

Veſtes ſacerdotales novas eſſe neceſſe erat, elegantes, laxas, velut optimatium veſtimenta ſunt: habemus enim in Lege, *Facieſque veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem.* Quæ ſi ſordidæ fuiſſent adhibitæ, vel laceratæ, ſi longiores juſto vel breviores, ſi denique inter ſacrificandum balteo nimis eſſent à terra ſublatæ, ſacrum id quidem irritum fuiſſet. Si quis autem operatus veſtes adhiberet vetuſtas, aut oblongas

IV. Exo. 28. 2. Veſtes ſacerdotales novas, elegantes, laxas eſſe neceſſe fuiſſe.

balteo ad juſtam menſuram retraxiſſet, ritè feciſſet.

V. Pontificis veſtimenta trita nullū ad usū adhibenda, ſed recondenda fuiſſe. *Lev.16.23*

Nullum è veſtimentis ſacerdotalibus ſordidum cùm eſſet aut dealbaretur, aut lavaretur: ſed hoc in ellychniorum uſum relicto novum ſubſtitueretur. Summi verò ſacerdotis veſtimenta cùm eſſent trita, recondebantur. *Hic die illo jejunij cum veſtibus illis candidis operatus, iis deinceps non operabatur unquam: ſed quo loco eas exuiſſet, in eo recondebantur, veluti ſcriptum eſt, *Relictiſque ibi:* neque porro poterant ullum ad uſum adhiberi.

VI. Sacerdotū privatorū è veſtimētis tritis ellychnia eſſe facta.

Ex attritis ſacerdotum privatorum femoralibus & balteis ellychnia fiebant ea, quæ * ad lætitiam illam & hilaritatem domûs hauriendi accendebantur in Sanctuario. Atque ex tritis horum tunicis uſque fiebant ellychnia candelabri.

VII. Veſtes ſacerdotales ære Eccleſiæ emptas oportuiſſe.

Veſtes ſacerdotales non emebantur niſi pecunia Eccleſiæ. Ac ſi quam earum privatus homo voviſſet, idem hic eam primùm Eccleſiæ traderet, tum poſtea adhiberi licebat. Itemque ſi vas aliquod ad ſacrum miniſterium, lignave in altaris uſum homo privatus Eccleſiæ tradiderit, poſtmodum ad ſacrorum uſum fuerat idoneum. Quin etiam ſacrificia publica ſi privatus homo voverit de ſuo ſe facturum eſſe, ſatis erant idonea; ſi tamen ea priùs, quàm fierent Eccleſiæ, tradidiſſet.

VIII. Fuiſſe in templo ſingulis ſacerdotum curiis quatuor arcas in quas quaterna veſtimenta ſacerdotalia ſeponerent.

Ex veſtibus privatorum ſacerdotum fiebant ſyntheſes bene multæ. Atque erant in Sanctuario, ubi veſtes illæ reponerentur, ſex & nonaginta arcæ, quatuor videlicet pro unaquaque curia. Ita ſuis cujuſque curiæ arcis proprium erat nomen inſcriptum: jam arcæ illæ erant omnes occluſæ. Et cuique curiæ cùm intraſſet templum ſacris ſua hebdomada operatum, propriæ reſerabantur per totam hebdomadam arcæ, ex quibus veſtimenta neceſſaria depromeret: quæ cùm abiſſet, repoſitis veſtimentis arcæ rurſus occludebantur.

IX. Cur unicuique curiæ

Quod autem arcæ quatuor unicuique curiæ tribuerentur, hæc cauſa fuit atque ratio, ne ſacerdotalium varia inter ſe or-

V. *Hic die illo jejunij.* Sic vocari paſſim ſolemnitatem Expiationum, qua ſolus ſummus ſacerdos rem divinam faciebat, jam ſupra notavimus.

VI. *Ad lætitiam illam & hilaritatem domûs hauriendi.* De ſingulari illo gaudio, quod poſt hauſtam libationis aquam, atque in templum tranſlatam agitabatur in mulierum atrio conſtituto quodam loco diſſeruimus cap. ſuper. art. 6. Supereſt igitur, ut nunc de conſtituto illo quodam loco explicemus. Is dictus eſt *domus hauriendi* בית השואבה. Nempe exiſtimârunt, quoniam locus ille tantā haberet celebritatem ab aqua in libationem hauſta, & inde nomē illi imponendū eſſe.

namentorum genera confunderentur, ſed femoralia conderentur omnia in una ſeorſim arca, qua inſcriptum erat FEMORALIA, baltei ſeorſim in alia arca, in qua ſic inſcriptum erat BALTEI: item tiaræ arca reponerentur in alia; in alia tunicæ.

tribuerentur arcæ quatuor.

X. Summus autem ſacerdos noctu, & cùm ex Sanctuario excedebat veſtes aureas in ſuo conclavi deponebat.

XI. Licebatne ſacerdotibus etiam extra ſacrificandi tẽpus veſtibus ſacris uti?

Omnino veſtes ſacerdotales erant conceſſæ ſacerdotibus etiam in ſuum uſum. Itaque quo die ſacris operabatur eorum aliquis, his licebat eum eſſe veſtibus veſtitum extra ſacrificandi tempus. Excipe tamen balteum, quo ſacerdotem eſſe veſtitum extra tempus ſacrificandi fas non erat: ratio fuit quòd balteus * conſtaret è lino lanâ commiſto.

XII. Privato igitur ſacerdoti ne extra horam ſacrificandi balteum indueret, interdictum erat. Atqui ad rem divinam faciendam privati quidem ſacerdotes nihil induebant aliud, quàm è lana veſtes, & è lino.

XIII. Quo è lini genere erãt veſtes ſacræ?

Ubicunque illa commemorantur à Lege genera, quæ שש atque בד appellantur, linum ſignificatur, idque byſſinum: atque illud, quod à Lege תכלת dicitur, lana eſt medicata fuco inſtar cœli: purpura eſt lana colore rubro tincta: & coccineum bis coctum lana eſt cocco infecta.

XIV. Veſtium ſacrarum ſtamen non fuiſſe è filo ſimplici.

Ubi deſcribendis veſtibus Lex adhibet vel ſolum vocabulum שש, vel conjunctum שש משזר filum earum neceſſe erat ſexies eſſe conduplicatum: ubi verò vocabulum בד uſurpatur, ſi ſimplex eſſet earum filum, tamen idoneæ fuerint: melius erat autem conduplicari ſexies. Nam ubi vox iſta משזר ſola reperitur, oportebat filum conduplicari octies.

XV. Quæ ſit ſubjecta vis his Legis verbis *opus plumarij, opus artificis?*

Quidquid à Lege *opus plumarij* dicitur, huic erant intextæ variæ figuræ ſic, ut ex una tantum parte cernerentur, in conſpectu videlicet textoris. Quod autem *opus artificis* nuncupatur, in eo ſic erant intextæ figuræ, ut ex utraque parte apparerent ante, ponéque.

XVI. Quæ tunicarum erat forma?

Veſtium igitur illarum erat artificium ejuſmodi: tunicæ quidem ſive privati, ſive ſummi ſacerdotis erant teſſellatæ: nempe erant totæ contextæ ac diſtinctæ quaſi teſſellis, * qualis eſt

XI. *Conſtaret è lino lanâ commiſto.* Cujuſmodi veſtibus veſtiri Judæos planè vetitum eſt Exod. 19. 19. *Et veſtis diverſarum ſpecierum non aſcendet ſuper te.*

XVI. *Qualis eſt forma reticuli.* In animalibus ruminantibus ſtomachi ſunt qua-

Quod artificium? forma reticuli, quales ſolent in craſſioribus intexi veſtimentis. Atque tunicarum manicæ texebantur ſeorſim: tum deinde cum ipſis conſuebantur.

XVII. De longitudine tunicarum, erant illæ talares, quarum manicæ pertinebant ad volam manus, & pro latitudine manus patebant.

XVIII. Quænam erat figura femoraliũ? Femoralia ſeu privati ſeu ſummi ſacerdotis pendebant à lumbis ad femora: nempe ſupra umbilicum proximè à corde incipientia continuabantur ad extremum femur, id eſt, ad genu. Et his ligamenta inerant: atqui ad nates parteſque pudendas apta non erant, ſed quidam veluti ſacculus erat homini circundatus.

XIX. Qualis erat cidaris? Qualis balteus? Cidaris illa tam ſummi, quàm privati ſacerdotis ſex & decem erat longa cubitos. Balteus in latitudinem quaſi tres digitos patebat, & longitudine duorum & triginta cubitorum erat. Hujus igitur plurimis orbibus circumplicatus erat ſacerdos. Jam veſtes ſacerdotum non erant acufactæ; ſed textæ, quoniam in Lege eſt, *Opere textili.* Exod. 39. 26

CAPUT NONUM.

ART. I. Qualis erat bractea, & quibus inſcripta vocibus? BRACTEÆ opus erat ejuſmodi: fiebat ex auro lamina, quæ duos lata tranſverſos digitos per frontem ſacerdotis ducebatur ab aure unа ad alteram. Atque in ea duabus lineis ſcriptum erat, SANCTUS DOMINO: *Sanctus* in inferiori linea ſcribebatur, & in ſuperiori *Domino.* Quod ſi fuiſſet totum in una linea ſcriptum, nihilominus probum eſſet. Et ve-

tuor. Eorum primus eſt *magnus ventriculus*: alter *reticulum*: tertius *omaſum*: quartus *abomaſum*; ſic enim à medicis vocantur. Horum ille, qui reticulum vocatur, totus eſt quaſi teſſellis diſtinctus, ſeu mavis, ſic tanquam rete grandi maculâ contextum, vernaculè *un rets à grandes mailles*: ex quo factum, ut à medicis reticulum appellaretur. Id Hebræis בית הכוסות dicitur, quod ad verbum eſt *domus poculorum.* Nempe membranæ, ex quibus tam artificioſè efficiuntur illæ, quas ante diximus, ſeu teſſellæ, ſeu maculæ, exurgunt in altum adeo, ut cavitates ſatis depreſſas habeant, ac veluti pocula quædam angularia exprimant. Nomen hoc cùm paſſim in Talmude uſurpatur, tum verò occurrit tract. סוכה fol. 34. pag. a. quo loco in Commentariis hoc ſcriptum legimus, vernaculè vocatur פנצה *panſa*, minùs propriè quidem: nam quod dicitur Gallicè *la panſe*, id ſignificat non reticulum, quod reſpondet Hebraïco vocabulo בית הכוסות; ſed magnum ventriculum. Atque de hoc nomine ſatis ſuperque dictum eſt.

rò nonnunquam inſcribebatur totum in una & eadem linea. Litteræ prominebant ab antica parte laminæ.

Incidebantur à parte poſtica litteræ, tum verò bractea ceræ applicabatur uſque adeo, dum foras extuberarent inciſiones. Erat ad extrema duo bractea perforata: ac dependebat ab ea funiculus hyacinthinus per utrumque foramen deductus, quo vinciebatur ad cervicem. II.

Pallium erat totum hyacinthinum: erant ejus ſtamina conduplicata duodecies: primò texebatur limbus ejus: nullas habebat manicas; ſed ab extremo collo ad partes infimas ſic, ut cuncta pallia ſolent, velut in duas alas diſpertiebatur, collum ſolum arcebat totum. Si quis pallij limbum laceràſſet, verberibus multaretur, quoniam in Lege eſt, *Ne . . . . rumpatur.* Atque eadem erat omnium ſacerdotalium veſtium ratio, quas ſi quis corrumpendi cauſa laceraret, verberaretur. III. Ut erat cõtextum ſummi ſacerdotis pallium? Exo. 28. 32.

Jam ad pallij limbum fila hyacinthi, purpuræ, & cocci dibaphi adhibebantur, quorum ex uno quoque genere fila erant octies conduplicata. Namque in deſcribendo ejus limbo * hoc verbum משזר à Lege uſurpatur. Ex his igitur quatuor & viginti filis fiebant quædam quaſi mala punica, quorum necdum eſſet apertum os, quæ erant appenſa pallio. Adhibebantur etiam duæ & ſeptuaginta campanellæ malleolis præditæ, eæque erant ex auro omnes. Harum triginta ſex limbo appendebantur ex una ala pallij, & ex altera totidem. Atque campanella cum malleo ex ipſa appenſo illud eſt, quod tintinabulum à Lege dicitur. Pallium igitur ex utroque latere ſic erat ad limbum diſtinctum & ornatum, ut primùm eſſet tintinabulum, tum ſequeretur malum punicum, & ſic deinceps. IV. Ut erat exornatum idem hoc pallium ſummi ſacerdotis?

Quod autem aurum humerali amiculo & rationali Lex ait intextum, id ſic aptum erat: unum auri filum admodum puri conjungebatur ſex filis hyacinthinis, quæ deinde ſimul unà complicabantur: rurſus unum auri puri filum ſenis adjungebatur purpureis: item unum ejuſmodi filum adjungebatur ſex filis coccineis dibaphis: itemque ſenis byſſinis. Erant igitur auri fila quatuor, & omnino omnia fila duodetriginta. Quod enim à Lege dicitur, *Extenderuntque bracteas*, &c. . . . . *ut* V. Exod. 29. 3.

IV. *Hoc verbum* משזר *à Lege uſurpatur.* Quod ubi ſit fila fuiſſe conduplicanda octies capitis ſuperioris articulo 14. dictum eſt.

texerent in medio hyacinthi, & in medio purpuræ, & in medio vermiculi cocci, & in medio byſſi, planè declarat hiſce mediis implicatum fuiſſe filum ex auro.

VI. Pontificis rationale artificioſè contextum 4. gemmarum ordinibus inſtructum fuiſſe.

Rationalis erat iſta ratio: pannus artificioſè texebatur ex ſtaminibus aureis, hyacinthinis, purpureis, coccineis dibaphis, atque byſſinis ſic, ut ſingula ſtamina conſtarent, quemadmodum ſuprà poſui, è filis duodetriginta. Cùm autem eſſet panni longitudo cubitalis, & ſemicubitalis latitudo, duplicabatur ita, ut quaquaverſus omnino ſemicubitum pateret: tum quatuor in eo diſponebantur gemmarum ordines earum, quæ à Lege dicuntur. Earum erat unaquæque quadrata, atque in auri pala infixa ſic, ut palâ obtegeretur pars inferior gemmæ, & latera quatuor.

VII. Gemmis in illis inciſa fuiſſe tribuum nomina & Patriarcharum.

Incidebantur in gemmas nomina tribuum ex ordine naſcendi: *Ruben* igitur in pyropo, *Binjamin* in jaſpide inciſus erat. Supra Ruben autem inſcriptum erat *Abraham, Iſaac, Iacob,* & infra Binjamin exaratum erat, TRIBUS DEI, ſcilicet ut in rationali litteræ reperirentur omnes.

VIII. Quem ad uſum erant in rationali quatuor annuli ex auro?

In rationali quatuor ex auro annuli inerant, hique in quatuor ejus angulis, quorum in duos ſuperiores, ex quibus rationale pendebat, indebantur duo vincula ex auro contorta: hæ nimirum illæ ſunt, quæ à Lege catenæ nominantur. Nam inferiores erant annuli è regione mammis: per hos erant trajecti funes duo hyacinthini.

IX. Amiculi longitudo, latitudo, & textura qualis erat?

Amiculum humerale tam erat latum, quàm hominis dorſum: patebat ab una ſcapula ad alteram: ad longitudinem verò quòd attinet, incipiebat in dorſo è regione axillis, atque pertinebat ad pedes. Erant ei faſciæ attextæ duæ, utrinque ſcilicet una, quibus vinciebatur: id enim eſt, quod amiculi cingulum appellatur. Hoc igitur totum erat contextum ex aureis, hyacinthinis, purpureis, coccineis dibaphis, & byſſinis ſtaminibus, quorum ſingula è filis duodetriginta conſtabant itidem, ut in ipſo rationali: porro ſuper hoc humeralia duo conſuebantur ſic, ut in ſacerdotis humeris reponerentur. In utroque humerali quadratus inerat ſardonyx aureæ palæ impoſitus: hiſce gemmis duabus incidebantur etiam tribuum nomina ex ordine naſcendi, ſex in una, & in altera tantundem: pro Joſephi nomine Jehoſeph exarabatur, ut in unaquaque

quaque gemma litteræ eſſent exaratæ viginti quinque. Sic igitur exarabantur nomina.

Non reſpondet in verſione numerus litterarũ textui Hebraïco, ubi omnino in unaquaque gemma reperiuntur litteræ viginti quinque.

SIMEON.	RUBEN.
JUDA.	LEVI.
ZEBULON.	ISSACHAR.
DAN.	NEPHTALI.
ASSER.	GAD.
BINJAMIN.	JEHOSEPH.

Atque ſacerdotis erat in humero dextero ea gemma, qua *Ruben* erat inſcriptum, & qua *Simeon* in lævo. Fiebant etiam in utroque humerali annuli duo: unus in humeralis ſuperiori parte, & alter parte in inferiori ſupra cingulum amiculi. Binis ſuperioribus annulis annectebantur duo illa ex auro vincula, quæ catenæ vocantur.

Tum extrema vinculorum, quæ in rationali inerant innectebantur etiam his annulis ſuperioribus ſutorum ſuper amiculo humeralium. Et qui in ora rationalis inerant hyacinthini duo funiculi, hi illis innectebantur humeralium annulis, qui ſupra cingulum erant amiculi. Atque catenæ illæ ad annulos humeralium annexæ demittebantur uſque ad rationalis ſuperioris annulos, ut unà conjungerentur, nec rationale dimoveretur ab amiculo. Nam ſi quis ab amiculo rationale dimovens vinculum eorum ſolveret animo vitiandi, verberibus multaretur. X.

Cùm igitur amiculum induiſſet pontifex & rationale, hoc omnino ſuper ipſo corde poſitum erat, illud à tergo: cingulum amiculi erat ſuper corde ſub rationali colligatum: humeralia erant in humeris, è quibus dependebant illa ex auro vincula duo; vinculum, inquam, ex utroque latere dependebat ab amiculi humeralibus ad rationalis annulos: porro hyacinthini duo funiculi ſubter axillis erant ab rationalis inferioribus annulis alligati ad humeralium annulos inferiores, qui ſupra cingulum erant amiculi. XI.

Rationale pontificis fuiſſe ſuper ipſo corde, amiculum à tergo, & humeralia in humeris.

CAPUT DECIMUM.

QUIS igitur in hiſce veſtibus induendis ordo ſervabatur? Primò femoralia induebantur, quæ præligabantur ſuper

ART. I. Quem ordinem ſer-

vabat privatus ſacerdos in veſtibus ſacris induendis?

umbilicum juxta, atque lumbos: deinde tunica: tum ſacerdos ad hanc corporis partem, quæ eſt contra axillas balteo ſanè prælongo circumplicatus erat ſemel & iterum adeo, dum balteus ille deficeret, qui ad extremum connectebatur in nodum.

II. Ezech. 44. 18.

Nam balteo explicando tradiderunt illud Ezechiëlis, *Et non accingentur in ſudore*, id ſibi velle, ne balteus applicetur ad hanc corporis partem, ex qua fere ſudor exiſtat. Quod idem cùm à vatibus accepiſſet Jonathan Euziëlis filius in Chaldaïca Paraphraſi ſua ſic interpretatus eſt. * *Super cordibus ſuis ligabunt.* Inde caput ſacerdotis velabatur cidari, quæ galeam imitaretur.

III. Quo ordine veſtes pontificiæ induebantur ſummo ſacerdoti?

Summus ſacerdos poſtquam erat balteo circumplicatus pallio veſtiebatur, inſuper humerale ei amiculum induebatur, & rationale: tum artificioſo quodam cingulo ſubter rationali ad pallium alligabatur amiculum humerale, quod idem quia ad pallium alligabatur, ideo & amiculum pallij dicebatur: inde cidari redimiebatur: ad hanc annectebatur bractea: inter bracteam & cidarim pilus è capite videbatur, atque eódem loci inter bracteam & cidarim * phylacteria pontifex applicabat.

II. *Super cordibus.* Id eſt, in coſtis & circa mammas. Etenim hanc interpretationem confirmat quòd ſummum ſacerdotem ſecundùm ordinem Melchiſedec, Dominum noſtrum JESUM CHRISTUM Apoc. 1. v. 13. Joannes raptus in extaſim vidit *veſtitum podere, & præcinctum ad mammillas zonâ aureâ.*

III. *Phylacteria.* Ea ſunt membranaceæ ſchedulæ duæ, quæ inſcriptæ certis Legis divinæ capitibus thecis ex atrato corio includuntur. Inſertis autem oblongis ex aluta ligulis Judæi diebus profeſtis id temporis, quo matutinas Deo preces fundunt, ad frontem alligant earum unam, & alteram ad lacertum lævi brachij è regione cordis. Putant enim Lege ſancitum, ut his velut faſciis caput obligent manuſque, ea mente; ut intelligant quomodo pueri ad voluntatem parentum ſeſe totos accommodent, ita ſibi fingendum eſſe corpus & animū ad nutum Dei, cunctaſque ſuas actiones, ac cogitationes ad Legis præceptionem eſſe dirigendas. Etenim ſcriptum videmus Exod. 13. 16. *Et erit quaſi ſignum in manu tua, & quaſi frontalia inter oculos tuos.* Et magis etiam apertè Deut. 6. v. 8. *Et ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, & erunt quaſi frontalia inter oculos tuos.* Frontalia iſta textus Hebr. טוטפות nuncupat, quam vocem hujus rei ſolius ita propriam, ut aliàs nuſquam & nunquam occurrat. Paraphraſtes Chaldaïcus expreſſit תפילין quod paſſim interpretantur *oratoria*, in quo verbo latina conſuetudo de via deflexit, eóque deducta eſt ut monumenta ad preces pertinentia ſignificet. Atqui hoc vocabulo Chaldaïco cuncti tùm Talmudiſtæ, tum reliqui ſcriptores Hebræi utêtes ad frontale ſimul & manuale ſignificanda libros totos referſerunt. Eadem hæc monumenta Matthæus Evangeliſta cap. 23. v. 5. phylacteria nominat ut pote quæ Legis obſervandæ memoriam uſque cuſtodiunt. Quocirca & ego hoc ea nomine appellavi: libenter enim Evangelij verbo utor. Atque ut Judæo-

Etenim jubendo ſancitum eſt, ut iſtæ veſtes fierent, & ſacerdos ſacris operatus ut his indueretur: legitur enim, *Facieſque veſtem ſanctam ...... Filios quoque applicabis & indues tunicis lineis.* Si ſummus ſacerdos cum paucioribus, quàm octo veſtimentis iſtis, aut privatus ſacerdos cum paucioribus quatuor operaretur ſacris, appellaretur indigens veſtium, cujus quidem ſacrificium omnino profanum erat: neque hoc tantum, ſed hic item, ut homo alienus, qui rem divinam faceret, meruiſſet, ut divina vis eum morte multaret; quippe ſcriptum legitur, *Cingeſque balteo ...... eruntque ſacerdotes*, cujus ſententia eſt ea, ut ſint ſacerdotio præditi cùm his ſint veſtiti veſtibus: cùm non ſint, & ſacerdotio quoque exuantur, & alienorum habeantur inſtar hominum. Porro ſcriptum eſt, *Quiſquis externorum acceſſerit, occidetur.* IV. Exo. 28. v. 2. & 29. v. 8. Sacerdotes niſi cunctis eſſēt veſtiti veſtibus ſacris, ſacerdotio fungi non potuiſſe. Exod. 29. 9 Num. 1. 51.

V. Par fuiſſet flagitium ſi ſacerdotes plures eſſēt induti veſtes ſacras, quàm præſcriptū erat

Atque ut veſtium indigens & mortem merebatur, & ſacrificium faciebat profanum, ſic & is qui veſtibus abundabat: ut ſi quis tunicas induiſſet duas, duoſque balteos, ſi ſacerdos privatus ſummi pontificis veſtes indueret, is cùm ſacrificium feciſſet profanum, tum etiam meruiſſet, ut à numine cœleſti morte coerceretur.

VI. Lev. 16. 4. Ibid. Nihil inter veſtes ſacras & corpus ſacerdotis, dum ſacrificium fiebat, intermedium eſſe oportuiſſe.

De veſtimentis ſacerdotalibus ſcriptum videmus, *Femoralia linea erunt ſuper carnem ejus*, rurſuſque, *Et induet ſe illis*: id enim declarat oportere, ut inter corpus ſacerdotis & veſtes nihil quidquam intermedium eſſet interjectum. Nam ſi pilus unus, ſi quid terræ, unus ſi pediculus emortuus inter ſacerdotis carnem & veſtes intereſſet, ea res quidem ſacrificium faciebat profanum. Quamobrem ſacerdoti cum manualibus phylacteriis rem divinam facere non licebat, quippe quæ inter corpus & veſtes interpoſita ſint, non item phylacteria quæ ad caput alligantur. Quæ ſi ſacerdos vellet inter ſacrificandum induere, facere licebat

VII. Porro ſacerdoti cavendum, ne dum indueret veſtimenta, inter hæc & corpus ejus quidquam pulveris intercederet, neu pediculus etiam vivus, neu ſacrificando ventus inter corpus & veſtimenta penetraret adeo, ut veſtis ab homine procul amo-

rum quiſque maximè eſt pietatis ſtudioſus: aut haberi cupit, ita hæc religionis inſignia maximè laxa ad preces adhibet: Quod cùm videret CHRISTUS à Phariſæis fieri veræ virtutis expertibus, jure eorum oſtentationem his verbis increpat: *Dilatant enim phylacteria ſua.*

veretur: porro ne manus ſibi in ſinum insereret ſubter induſium, neu pilus extra veſtem excederet, neu pilus è veſte penderet: quanquam horum aliquid ſi uſu veniſſet, nihil obſtaret, quominus ſacrificium ritè factum eſſet.

VIII. Sacerdos cùm eſſet panniculo obligatus ibi, ubi veſtibus ſacris non erat locus, exempli gratia in digitorum aliquo, aut in * talo, ſi panniculus in latitudinem juxta atque longitudinem pateret digitos tres, is quidem ſacrificium reddebat profanũ: ſecus autem ſi minor iſto foret. Cingulus autem quamvis parvus, quoniam per ſe indumentum eſt, ſacrificium profanum reddebat, tamen etſi tres digitos in quadrum non pateret.

IX. Rurſus licebat, ut ſacerdos etiam ſabbato digitum vulneratum ſeu junco ſeu panniculo minùs, quàm tres digitos quoquoverſus patenti obligaret, & ſic ſacris operaretur: idem exprimendi ſanguinis cauſa facere non licebat. Porro juncus ille atque panniculus oportebat, ut ad tempus ſacrificij inter corpus ſacerdotis & veſtes ſacras non eſſet intermedium.

X. Oraculum non eſſe conſultum in templo ſecundo. Qua de cauſa? Atque ut veſtium pontificiarum octonarius ille numerus compleretur, in ſecundo quoque templo facta ſunt *Vrim* & *Tummim*, etſi non conſulebantur: non conſulebantur enim quòd in eo templo divinus Spiritus non præſens aderat: atqui ſacerdos niſi inſtinctu divino afflatuque oracula fundat, niſi numine divino quaſi obſideatur atque occupetur, neutiquam conſulebatur.

XI. Oraculum quomodo reſponſa reddebat? Jam hæc fuit conſulendi ratio. Stabat ſacerdos ac convertebat os ad arcam fœderis: poſt eum conſultor erat, cujus erat os converſum ad tergum ſacerdotis. Conſultor igitur rogando ita dicebat, *aſcendam, an non aſcendam*? Nec verò voce rogabat elata, nec contra ſecum animo cogitabat duntaxat; ſed velut is, qui ſegregatus ab hominibus Deo preces fundit ſolus, ſummiſſa voce utebatur. Continuò ſacerdos divino Spiritu inflatus in rationale inſpiciebat: in hoc enim litteræ quædam tumentes eminebant in conſpectum ſacerdotis: is per viſum propheticum ex his cernebat *aſcende*, aut contra *non aſcendas*, dabatque conſulenti reſponſum, atque dicebat *aſcende*, aut *non aſcendas*.

VIII. *Talo.* Sacerdos enim dum in Sanctuario ſacra adminiſtrabat, nudo pede erat, ut alio loco demonſtrabitur.

Nam ſimul de rebus duabus conſultandum non erat: ſi conſultum eſſet, primæ tantùm conſultationi reſpondebatur. Nec verò conſulebatur homini privato, ſed regi, ſed conſilio publico, ſed ei, qui publicæ rei curam ſuſtinebat, quippe quòd à Lege dicitur, *Pro hoc ſi quid agendum erit Eleaſar ſacerdos conſulet Dominum*, &c. quo loco *pro hoc* regem deſignat: quod autem ſequitur, *Et omnes filij Iſraël*, ſignificat & * unctum in militiam ſacerdotem, & eum, cujus conſultatio pertinet ad neceſſitatem publicam: additur, *Et cetera multitudo*, id eſt, conſilium magnum.

XII. Oraculum non eſſe cõſultum homini privato. *Num.* 27. 21. *Ibid.* *Ibid.*

Quòd autem in vaticinationibus reperias amictos ſacerdotes amiculo lineo, non ſummi ſacerdotes fuere. Nam ſummi ſacerdotis amiculum è lino non erat. Quin etiam ejuſmodi amiculo Levitæ quoque velabantur: Samuël enim vates erat Levita: atque de illo ſcriptum legitur, *Puer accinctus ephod lineo*: amiculo videlicet iſto velabantur & vatum filij, & quicunque idoneus erat, quem Spiritus ſanctus invaderet atque obſideret, quò palàm fieret hominem illum aſſecutum eſſe gradum ſummi ſacerdotis, qui per amiculum & rationale fundit oracula afflatu divino.

XIII. Præter ſacerdotes fuiſſe lineo velatos amiculo quoſdam homines. 1. *Reg.* 2. 18.

XII. *Vnctum in militiam ſacerdotem.* Hic eſt idem atque ſacerdos fecialis, de quo ſupra pluribus actum eſt.

Finis ſecundi Tractatûs.

TRACTATUS III.
DE
RATIONE ADEUNDI TEMPLI.

CAPUT PRIMUM.

Art. I. Profanari ſacrificium à ſacerdote, qui meri quartariũ potâſſet.

OMNIS ſacerdos, quamvis alioquin ad rem divinam faciendam ſatis idoneus, ſi vinum potâſſet, interdictum erat, in templum ne penetraret interiùs, quàm erat altare poſitum: qui ſi procederet ulteriùs, atque ſacris operaretur, cùm ſacrificium ejus profanum fuiſſet, tum etiam meruiſſet, ut divina vis eum morte multaret. Nimirũ huc ſpectat id quod ſcriptũ legitur, *Ne moriamini.* Sic ſe res habebat, ſacerdos ſi ſimul & ſemel quartarium vini hauſiſſet meraci, & ejuſdem quadraginta dies nati. Nam ſi potâſſet minùs quartario, aut inter potandum quartarium aliquid intermiſſionis faceret: ſi vinum aquâ commiſceret, impunè ferret, nec ſacrificium faceret profanum: nec ſi bibiſſet plus quartario vini recentis è torculari, quod videlicet quadraginta dies necdum haberet. Nam ſi bibiſſet plus quartario vini vetuſtioris licet aquâ permiſti, itemque ſi faciens intermiſſiones plus hoc paulatim ſorbilâſſet, mortem meruiſſet, & ſacrificium faceret profanum.

Lev. 10. 9.

II. Quid ſi ſacerdos aliis à vino liquoribus confectus ſacrificâſſet?

Etenim aliis liquorum, in quibus inebriandi vis ineſt, generibus obrutum ſacerdotem in templum introire vetitum erat. Qui ſi introiſſet in templum confectus liquoribus aliis, quibus inſit inebriandi vis, immo lacte, ficuve, idemque operaretur, multaretur verberibus: at ſacrificium tamen ejus bonum fuiſſet. Neque enim merebatur mortem, niſi qui vinum bibiſſet ſacrificij tempore: nec verò profanum faciebat ſacrificium, niſi ebrius à vino.

Sicut igitur in templum ne ſacerdos intraret ebrius, item quivis ſeu ſacerdos, ſeu Iſraëlita * ne potus ad tradenda vitæ præcepta aggrediatur, interdictum eſt, neu ſi vim dactylorum comedit tantam, tantumvè potavit lactis, ut animus nonnihil perturbatus ſit: ſic enim à Lege dicitur, *Doceatiſque filios Iſraël.* Rurſus homini poto licet quid ejuſmodi tradere, quod à Lege explicatum eſt tam apertè, ut ne * Saducæi quidem eſſent ejus neſcij, velut reptile immundum, mundam eſſe ranam, vetitum ſanguinem, & horum ſimilia.

III. Interdictũ eſſe neve ſacerdos, neve Iſraëlita potus ad præcepta vitæ tradẽda aggrediatur. *Lev.* 10. 11.

Nam homini ebrio & hoc quoque licet, doctrinam Legis docere, concluſioneſque, explanationeſque, ſiquidem de vitæ modo nihil præcipiat: Sapiens enim is, cujus munus eſt uſque de officiis præcipere, omnino hic vinoſus nihil ne doceat quidem, quippe cujus docere præcipere eſt.

IV. Docere modum cõcludendi explanandiq; Legem ſapiẽti vinoſo nõ licere

Ponamus igitur ſacerdotem potâſſe quartarium vini tantùm, hic ſi quid aquæ admiſtum vino fuiſſet, item ſi aliquantiſper à potatione dormiſſet, ſi vel unum milliare ſpatiaretur, ſatis jam, ſatis crapulam exhalâſſet, adeoque ſacrificium uti faceret licuiſſet. Verùm enim ſi quis plus quartario vini licet aquâ permiſti potâſſet, huic modicus ſomnus, deambulatio modica ebrietatem etiam adaugeret: is igitur pro ratione ebrietatis expectaret uſque adeo, dum ex ea nihil quidquam ſupereſſet.

V.

Nam ſacerdotum curias omnino ſua quamque hebdomada vino licebat uti noctu, non item interdiu: cúmque diebus ſin-

VI. Quamdiu vino abſti-

III. *Ne potus.* Lev. cap. 10. v. 9. interdicitur ſacerdotibus ne vinum bibant tum, cùm ſint tabernaculum intraturi. Et ibid. v. 10. & 11. hæc illi præcepto ſubjicitur ratio. *Vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & profanum, inter pollutum & mundum. Doceatiſque filios Iſraël omnia legitima mea.* Ex quo concluditur cujuſcunque ſit officium de vita moribuſque præcepta tradere, huic itidem, ac ſacerdoti interdictum eſſe ne ebrius officij munus obeat.

Saducæi. Hanc ſectam ſequentibus apud Matt. 22. v. 29. ita reſpondet CHRISTUS interrogatus: *Erratis, neſcientes ſcripturas; neque virtutem Dei.* Etenim homines iſti heterodoxi *reſurrectionem eſſe* negabant, negabant *eſſe angelum*, negabant *eſſe ſpiritum*; neque porro quidquam credebant, niſi quod à Moyſe apertè dilucidéque fuerat in Lege expoſitum. Habuit hæreſis iſta parentem quendam nomine Sadoc: is paulò poſt Alexandrum Magnum extitit. Fuerat enim auditor Antigoni Sochæi, qui audierat Simeonem Juſtum, quem eundem volunt eſſe Jadduam ſummum pontificem eum, qui Alexandrum Magnum excepit. Ac poſtrema iſta deprompſi cùm ex Pirke Abot, & multis ac variis ſcriptoribus Hebræis, qui Pirke Abot commentariis illuſtrârunt ſuis, tum ex libro, qui Salſelet Hakkabala inſcribitur. Cúmque vidiſſem fontes Hebræos, tamen non neglexi conſectari rivos, opera Serrarij, Druſij, Scaligerique de Tribus celeberrimis Judæorum Sectis.

nebant ſacerdotes illi, qui vicem ſuam obibant? gulis ſingulæ tantùm è curia familiæ operarentur, tamen & reliquæ interdiu abſtinerent temeto oportebat: fieri enim poterat, ut quæ familia vicem ſuam exercebat ſacris adeo oneraretur, ut ope reliquorum è curia ſacerdotum indigeret. Jam quæ familia vices ſuas obibat, hæc interdictum erat, ne temeto uteretur dieque noctuque, ne fortè veniret uſu, ut cùm noctu potâſſet, tum ad rem divinam faciendam necdum diſcuſſâ crapulâ bene manè aggrederetur.

VII. Et abſentibus ſacerdotibus dū ſciebāt qua die familia ſua ſacris fūgebatur, ea temetò abſtinendum fuiſſe. Atque omnis ſacerdos qui noſſet qua è curia, quaque eſſet è familia ſacerdotum, quo die cunque ſciret familiam ſuam in re divina facienda occupatam eſſe, eo die toto interdictum erat, ne uteretur temeto. Jam ſi quis curiam ſuam noſſet, non noſſet familiam, hunc oportebat abſtinere vino totam illàm hebdomadam, qua ſciebat curiam ſuam operari. Si nec curiam ſuam noſſet, nec familiam, omnino æquum fuiſſet, ut ei interdictum vino eſſet in perpetuùm: verùm enim hic ex ſuo ſibi malo remedium inveniebat. Etenim vinum ille bibebat uſque, quippe quem rem divinam facere non licebat dum certæ familiæ, certæ foret curiæ.

VIII. Promiſſis capillis ſacerdotes ne ſacrificarēt interdictū fuiſſe. Porro & * promiſſâ comâ ſacerdos interdictum erat, ne in templo altare præteriret: qui ſi progreſſus ulteriùs ſacrificium etiam feciſſet, meruiſſet, ut divina vis eum morte multaret itidem, ut ſacerdos ſi ſacrificium feciſſet temulentus. Nam quod dicitur, *Et vinum non bibet omnis ſacerdos: Caput autem ſuum non radent, neque comam nutrient*, hujus ea vis eſt, ut capillati ſacerdotes juxta, atque poti ſacra facientes morte multentur. *Ezech. 44. v. 20. & 21.*

IX. Ac comantium quidem ſacerdotum ſacrificium neutiquam profanum fuiſſet, ut hi operati morte punirentur cœlitùs.

Ut

VIII. *Promiſſâ comâ.* Similiter ethnici Græci Romanique cùm philoſophi, tum cuncti viri boni turpe ducebant comam alere. Perſio quidem Stoïcorum diſcipuli dicuntur,

——— detonſa juventus.

Et Jun. Juvenalis Satyra ſecunda verſ. 14. & 15. ſuæ ætatis homines eos, qui cùm eſſent indocti philoſophos ſimulabant, ita cavillatur,

Rarus ſermo illis, & magna libido tacendi,
Atque ſupercilio brevior coma.

Rurſus eadem Sat. verſu 96. ſeriò ſuorū libidinem notat, viriſque indignabundus exprobrat quòd veluti mulierculæ comā nutriant bene longam, & ornent,

Reticulumque comis auratum ingentibus implet.

Etenim hac de re Apoſtolus Epiſt. 1. ad Corinthios cap. 11. v. 14. ita ſcripſit: *Nec ipſa natura docet vos, quòd vir quidem, ſi comam nutriat, ignominia eſt illi.*

X.

Ut igitur ſacerdotes id tempus ſolum vino oportebat abſtinere, quo veniendum in templum erat, item & tum demum comâ eſſe promiſſâ vetitum fuerat. Iſta videlicet erat ratio privati ſacerdotis: ſummum enim ſacerdotem comâ prolixâ nunquam, nunquàm veſte licebat eſſe ſciſſa. Etenim is commorabatur in Sanctuario ſemper: qua de cauſa præſcriptum ei fuit, *Caput ſuum non * diſcooperiet, veſtimenta non reſcindet.*

X. Pontificem nunquã comâ prolixâ nunquã veſte ſciſſa eſſe licuiſſe.

Lev. 21. 10.

Evadit autem promiſſa coma diebus triginta, * qualis erat coma Nazaræi, de quo quidem à Lege dicitur, *Creſcente cæſarie capitis ejus.* Atqui Nazareatus nunquam paucioribus triginta diebus conficiebatur. Quocirca privatus ſacerdos, qui ſacra adminiſtrabat, triceſimo quoque die tonderetur oportebat.

XI. Num. 6 5. Quænam coma ſit ea, quæ prolixa ſeu promiſſa vocetur?

Namque curiæ ſacerdotum ne ſordidatæ venirent ad vices ſuas exercendas, vetitum erat ſua quamque hebdomada tota capillos tondere, veſtimentaque lavare. Itaque ſe ſe tondebant, corpus lavabant & veſtes ante, quàm obirent tempus ſui muneris.

XII. Sacerdotũ vices ſua quamque hebdomada lavare veſtes capilloſque tondere vetitum fuiſſe.

Si qua curia munere defuncta fuiſſet ad mediam ſolemnitatem, omnino conceſſum erat, uti quilibet ex ea ſacerdos vel ſolemni tempore caput tonderet. Nam ſi curia defuncta munere fuiſſet ad veſperam ſolemnitatis, niſi veſperâ ſolemnitatis ex hac curia capillos tonderet nemo.

XIII.

Etenim de ſacerdotibus qui comam nutrirent, quique veſtes diſcidiſſent judicium erat idem, quippe cùm ſacerdotibus à Lege dicitur, *Capita veſtra nolite nudare, & veſtimenta nolite ſcindere, ne fortè moriamini:* unde ſequitur ſacerdotem, qui pannis obſitus fuiſſet, meruiſſe, ut divina vis eum morte

XIV. Interdictũ fuiſſe ne ſacerdos pannis obſitus ſacris operaretur. Lev. 10. 6.

X. *Non diſcooperiet.* Nempe cùm eſt coma brevis operitur illa quidem pileo, aut alio id genus tegumento: cùm verò ſit coma prolixior nuda & diſcooperta dependet.

XI. *Qualis erat coma Nazaræi.* Ad præceptionem Nazaræorum appoſitè Beatus Theodoretus Quæſt. in Num. „ Votorũ „ erant ſpecies permultæ. Quidam enim „ victimam pollicebantur: quidam pecunias: alij ſeipſos devovebant: alij „ *certorum dierum numero* ſe vinum non „ bibituros nec caput raſuros. Hujus generis erant de quibus divus Jacobus divino Paulo dicebat Act. 21. *Sunt quidam votum habentes in ſeipſis, hos aſſume, & ſanctificare cum eis, & impende in illos*, hoc eſt, præbe tu victimas, quæ ſecundùm Legem offerri ſolent pro illis, *ut tollas ſuſpicionem.* De „ iſtis Lex ſtatuit: & jubet eos, qui talem promiſſionem emiſerint etiam ab „ aceto, uva, & acinis abſtinere cunctis „ diebus voti ſui (votum autem appellat promiſſionem) & non radere caput „ donec compleantur dies quos voverit „ Domino.

multaret: quanquam & hujus ſacerdotis operatio putabatur non profana, ſed idonea.

XV. Ac mihi quidem ita videtur omnem ſacerdotem alioquin ad rem divinam faciendam idoneum, ſi in Sanctuario altare præteriſſet ebrius à vino, ceteriſque liquoribus, quibus inebriandi vis ineſt, ſi comans, ſi veſtitus veſtibus ita diſciſſis, uti ſolent veſtes lugubres, eum verberibus multandum fuiſſe, tamen etſi non feciſſet: id adeo, quoniam ad faciendum idoneus in templum ad ſacrificandi tempus intraſſet ita ſordidatus, quod ne faceret à Lege monitus erat.

XVI. Idem verò erat ſacerdotem ſic affectum introeundo atque exeundo altare templi præteriſſe. Nam ſi quartarium vini potâſſet, veſteſque diſcidiſſet inter altare templi atque veſtibulum, tum egrederetur, coerceretur verberibus. Qui ſi exeundo è templo ſacrum feciſſet, mortem meruiſſet.

XVII. *Nemini nec temulento, neq; horridè capillato, neque pannis obſito, ne intra primum quidē atrium venire licuiſſe.*

Porro cuivis interdictum erat ſacerdoti juxta, atque Iſraëlitæ, ne vino uſus, vel quacunque ratione temulentus, neu incultè atque horridè capillatus, aut pannis obſitus omnino in templum veniret, ne intra primum quidem illud atrium Iſraëlitarum. Id enim Lege ſancitum non erat: verùm gloria & reverentia hujus magnificæ ac ſanctæ domûs non patiebatur in eam quenquam intrare ſordidatum. Atqui hominem Iſraëlitam, cui coma exiſtebat prolixa quidem, ſed quaſi calamiſtro ad ornatum intorta, in qua ratione nihil inculti, nihil horridi, hunc in atrium Iſraëlitarum introire licebat.

CAPUT SECUNDUM.

ART. I. *In Sanctū Sanctorum pontificem intrâſſe ſemel in anno.*

SUMMUS ſacerdos non intrabat in Sanctum Sanctorum, niſi die ſolemni Expiationum vertente. Et privatus ſacerdos ad rem divinam faciendā quotidie veniebat in Sanctū. ❡

❡ In eandem ſententiam loquitur Apoſtolus Epiſt. ad Hebræos cap. 9. Dividit enim Sacrariū in *tabernaculum primum, quod*, inquit, *dicitur Sancta*, & in *ſecundum tabernaculum, quod* inquit, *dicitur Sancta Sanctorum*. Tum ita pergit. *His verò ita compoſitis: in priori quidem tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes ſacrificiorum officia conſummantes: in ſecundo autem ſemel in anno ſolus pontifex.* Et B. Theodor. Quæſt. in Lev. „ Sicut „ enim, inquit, ſemel in anno pontifex „ ingrediens in Sancta Sanctorum ſa„ crificium iſtud peragebat: ita Domi„ nus CHRISTUS ubi ſemel paſſio„ nem ſalutarem pertulit, aſcendit in

Jam hoc cunctis ſacerdotibus interdictum erat, ne extra ſacrificandi tempus intrarent nec in Sanctum, nec in Sanctum Sanctorum. Nam quod in Lege habemus, *Ne omni tempore ingrediatur Sanctuarium*, hoc videlicet illud eſt, quod Sanctum Sanctorum dicitur: quod autem additur, *Intra velum*, id nimirum de toto templo præcipit. II. Nec cunctos ſacerdotes extra tempus ſacrificandi intrâſſe Sanctum. *Lev.* 16. 2. *Ibidem.*

Atque ſi in Sanctum Sanctorum reliquis anni diebus introiſſet ſacerdos ſeu privatus, ſeu ſummus; immo verò & ſolemni Expiationum die ſi ſummus ſacerdos intrâſſet extra ſacrificandi tempus, meruiſſet, ut divina vis eum morte multaret, ſiquidem ſuperiori monitioni ſubjicitur, *Vt non moriatur.* Summus enim ſacerdos in adytum templi ſolemni Expiationum die quater introibat, qua de re alio loco agetur. Qui ſi introiſſet quinquies, mortem meruiſſet. III. Quid pœnæ erat ſi ſacerdos extra tempus introiſſet in Sanctum Sanctorum. *Ibidem.*

Cùm igitur in Sanctum, quod eſt cis Sanctum Sanctorum, nec ſacrificaturus neque adoraturus introiſſet ſacerdos cùm privatus, tum ſummus, omnino verberaretur: mortem verò non meruiſſet. Nam quod in Lege eſt, *Intra velum .... ut non moriatur*, id ſignificat introitum in Sanctum Sanctorum morte coerceri: in reliquum autem templum introitum vetando ſanciri, atque * damnari verberibus. IV. Quid ſi extra tempus in Sanctum introiſſet? *Ibidem.*

Nam ſacerdotem ſeu ſummum ſeu privatum è Sanctuario egreſſum tum denique mortem meruiſſe, cùm rem divinam inchoatam reliquiſſet, licet è Lege cognoſcere, quæ iſtud eſt interminata ſacerdotibus, *Vos autem non egrediemini fores tabernaculi, alioquin peribitis*: cujus ſententia eſt, vos ne committatis, ut rem divinam relinquatis inchoatam, atque è Sanctuario abeatis, erumpatis, idque ob cauſam prædictam. Et quod ſacerdos magnus itidem monetur, *Nec egredietur de ſanctis*, id quoque in ſolum ſacrificandi tempus convenit, ne videlicet relinquenda re divina protinus evadat. V. Nefas eſſe ſacerdotes rem divinã inchoatam relinquentes è tẽplo egredi. *Lev.* 10. 7. *Lev.* 21. 12.

Quid eſt igitur quòd ſacerdos magnus hac de re denuo moneatur? Id eſt ſcilicet: ſacerdoti privato in templo operanti ſi quando afferretur nuntius de morte hominis ejus, quem ipſe lugere juſſus eſſet, ſi non è templo liceret erumpere, at VI. Non licuiſſe privato ſacerdoti dum luge-

„ cœlum æterna redemtione inventa, ut „ perhibet Apoſtolus.
IV. *Damnari verberibus.* Hæc enim erat vetitorum ratio, ut ſi quis contra faciendo aliquid effectum daret, is verberibus coerceretur.

tet rem divinam facere: ſummo ſacerdoti licuiſſe. ſacrificium quidem certe huic, qui lugens evaſiſſet, ſacerdoti perficiendum non erat: talis enim ſacerdos ſi ſacrificium privatum publicumve faceret tum, cùm ex Lege lugeret, id temeraret ſcilicet: non eſt ita de ſacerdote magno, qui quantumvis lugens evaſiſſet, nihiloſecius ſacrificium inchoatum efficiebat, quando ſcriptum legimus, *Nec egredietur de ſanctis ne polluat.* Cui ſanctioni hæc eſt ſubjecta vis, ut ſacerdos magnus, qui lugens evaderet, ſacrificium, quod cœperat, pergeret facere, & nihilo magis temeraret.

Ibidem.

VII. Concluditur autem ſacrificium à ſacerdote lugente temerari comparatione minoris ad majus. Si vitio corporis affectus ſacerdos, qui Legis permiſſu ſacris veſcebatur, nihilominus operatus ſacrificium temerabat, multò magis ſacrificium temeraret ſacerdos lugens, cui interdictum erat, ne ſacris veſceretur, ſi quidem ſcriptum videmus, *Non comedi ex eis in luctu meo.*

Deut.26.14

VIII. Ac ne ſummo quidem ſacerdoti cùm lugeret licuiſſe, ut ſacris veſceretur. Sacerdoti magno ſi licebat operari tum, cùm in luctum incidiſſet, at certè ne ſacris veſceretur interdictum erat. Aaronem enim in luctu ſuo ita loquentem facit Lex, *Si comediſſem hoſtiam pro peccato hodie an placuiſſet Domino*? Nec cum ceteris ſacerdotibus partiebatur ſacra, ut his ſub veſperum veſceretur. Cùm verò ſacerdos in luctu feciſſet, tamen verberibus non multaretur. Etenim ſacerdotem in luctu ſacra contrectare licebat etiam ante, quàm corpus ejus ritè luſtratum eſſet. Nempe ſtatuerunt rem eſſe notandam, ſacerdos ſi lugendo veſceretur ſacris: verùm ad horum contrectationem tunc quoque ſacerdotem ſatis eſſe purum: atque de hac quæſtione tota alio loco diſputabitur.

Lev. 10. 19.

IX. Lugentis nomen ad quem pertineat, & quod ad tēpus maneat? Jam vocabulo lugentis appellatur is, cui mortuus eſt aliquis è ſuis, quem eundem lugere juſſus ſit. Atque è Lege quidem die ipſo, quo tuorum aliquis mortem oppetiit, lugens dicaris: verùm inſtituto ſapientum & inſequenti nocte.

X. Sin eveniat ut alicujus è tuis emortui retardetur ſepultura multorum ſpatio dierum, ſanè his diebus à morte ad ſepulturam intercedentibus lugens ex inſtituto ſapientum fueris, quibus & dies ille quo mortuus humo mandatur totus includitur, excluditur nox inſequens. Itaque ſi quis mortuum ſuum ſepeliſſet die altero à morte, & hoc altero die toto nec ſacrificium

faceret, nec ſacris veſceretur, ſapientum videlicet inſtitutis: idem verò luſtratus ſacris ſub veſperum veſcebatur. Jam quo die de morte alicujus è tuis nuntius affertur proximus, & quo die oſſa colliguntur, ejus ſint diei ſimiles, quo mortuus ſepulturâ afficitur, cui diei nox inſequens non includitur ne ſapientum quidem inſtituto. Itaque his diebus ritè luſtratus ſacris veſcereris ſub veſperum. Verùm tunc ipſum quo tuorum aliquis extinguebatur tanquam ſacris veſci Lege prohibebare de die, item & inſequente nocte ſapientium inſtituto. Excipiebatur unus agnus paſchalis, quem ſanè ſub veſperum comederes. Sed hac de re alio loco.

XI. Lugens homo & leproſus certo temporis ſpatio nihil muneris ad altare mittebat.

Lugens igitur hebdomadâ totâ omnino munus ad altare mittebat nullum, nec vinum quidem, neque ligna, neque thus. Similiter homo leproſus nihil quidquam muneris ad altare mittebat. Nam quandiu hominem intra caſtra venire non licebat, nec licebat eum ſacrificia facere. De homine autem ab Eccleſiæ communione ſejuncto dubium eſt, is utrum munus ad altare mittere poſſet, necne. Quare ſacrificium ejus ſi factum eſſet, bene fuiſſet.

XII. Ab hominibus inquinatis & præputiatis cuncta ſacrificia altari donata fieri præter victimam paſchalem.

Nam per ſerpentem animantem, aut rem conſimilem inquinatus homo, item & incircumciſus ſi ſacrificia ad altare miſiſſet, ſanè pro illo fierent. Excipitur victima paſchalis, quæ pro homine à reptili animante polluto nequaquam mactabatur, neque porro pro præputiato homine, qua de re poſthac differetur: verùm enim pro homine funere polluto nullum fiebat ſacrificium interea, dum purificabatur.

CAPUT TERTIUM.

ART. I. Inquinatos à locis ſanctis arcendos eſſe. *Num. 5. 2.*

OMNINO hoc jubente Lege ſancitum erat, ut templo homines inquinati arcerentur omnes, quippe quia ſcriptum legimus, *Vt ejiciant de caſtris omnem leproſum, & qui ſemine fluit, pollutuſque eſt ſuper mortuo.*

II. Ut quiſque erat inqui-

Caſtra enim, quæ hoc loco cõmemorantur * caſtra ſunt Dei: hoc verò illud erat ſpatium, quod intra limen atrij Iſraëlitarum

II. CAſtra ſunt Dei. Dictum eſt Tr. I. c. 7. a. XI. Judæos in deſerto peregrinantes habuiſſe caſtra terna, Iſraëlitarum, Levitarum, & Dei: tum po-

natior, ita pluribus locis cum fuiſſe arcēdum. continebatur. Atque hinc ego & illud audirem ternos illos homines leproſum, ſeminis fluxione laborantem, & funere pollutum uno & eodem loco ducendos eſſe: verùm id nos Lex de-
Lev. 13. 46. docet, in qua de leproſo homine præceptum eſt, *Solus habitabit extra caſtra*, illa videlicet caſtra Iſraëlitarum: nimirum hoc illud erat ſpatium, quod Hieroſolymæ mœnia complexu ſuo coercebant ac continebant. Sicut igitur homo leproſus, quoniam lues ejus fœdior erat, amandabatur præter reliquos homines temeratos, item ut quiſque inquinatior erat, ita longiùs emittebatur. Ac leproſus homo quidem extra terna caſtra emittebatur, id eſt, extra Hieroſolymam: is enim omnia vel obeundo temerabat, non item qui ſeminis fluxione laborabat.

III. Jam viri fœminæque ſeminis fluxionem patientes, item & mulieres menſtruales, & puerperæ extra caſtra mittebantur duo, id eſt, extra montem ædis. Nam iſti temerabant omnia, quibus incumbebant, quibuſque inſidebant, imo & ea quæ lapidi ſubjacebant illi, in quo ipſi quieſcebant, quæ eadem homo mortuus non temerabat.

IV. Itaque funere pollutus atque etiam mortuus ipſe ut intra montem ædis intromitteretur licebat, quoniam in Lege eſt,
Exod. 13. 19. *Tulit quoque Moyſes oſſa Ioſeph ſecum: ſecum*, id eſt, in caſtra Levitarum.

V. Ab ſpatio intermurali excludebantur ethnici, funeſti, & qui cum menſtrualibus mulieribus conſueſcebant: intromittebatur autem homo * temeratus in diem, ſi quidem jam fuit ablutus.

VI. Ab atrio mulierum excludebatur homo temeratus in diem, non item * qui piaculo tantùm indigebat: nimirum qui piaculo tantùm indigebat jam ſolis expectaverat obitum. Atque ho-

ſtea urbem Hieroſolymam ita fuiſſe diviſam ac deſcriptam, ut ejus ſpatium illud, quod ab porta urbis ad montem ædis intercedebat, reſponderet caſtris Iſraëlitarum; quod ab porta montis ædis intercedebat ad portam atrij, caſtris reſponderet Levitarum; & quidquid erat ſpatij citra portam atrij, Dei caſtra repræſentaret. Id eſſe verum vel ex Apoſtolo cognoſcere licet, qui Epiſt. ad Hebræos c. ult. ita loquitur: *Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra. Propter quod & J E S U S ut ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. Exeamus igitur ad eum extra caſtra.*

V. *Temeratus in diem.* De hoc dictum Tract. 1. c. 7. a. 17. & ambiguum ejus nomen à nobis in appoſita nota diligenter explicatum.

VI. *Qui piaculo tantùm indigebat.* Vide de iſto quæ dicta ſunt Tract. 1. cap. 7. art. 18.

mo temeratus in diem ne intra caſtra Levitarum intromitteretur inſtitutis ſapientum interdictum erat.

Jam in atrium Iſraëlitarum ne hic quidem, qui piaculo tantùm indigebat, introibat; quippe qui nondum etiam planè VII.
purificatus erat: quod enim in Lege ſcriptum videmus, *Expiabitque eam ſacerdos, & ſic mundabitur*, ex eo ſatis intelligitur ante oblatum piaculum ejus purificationem non eſſe prorſus effectam. *Lev.* 12. 8.

Pollutus igitur homo is, qui monte ædis excludebatur ſi veniſſet eò loci legem prohibentem violâſſet: quod enim dicitur, *Egredietur extra caſtra*, id caſtra ſignificat numinis: additur enim, *Neque ingredietur intra caſtra*, id videlicet ſpectat ad caſtra Levitarum. Item homo leproſus ſi veniret in urbem Hieroſolymam, verberibus multaretur. Idem ſi in alia oppida muris cincta introiſſet, etſi non licebat: ſcriptum eſt enim, *Solus habitabit*, verberibus tamen non coercebatur. VIII. Quid pœnæ erat, ſi inquinati in loca ſancta contra jus faſque ingreſſi fuiſſent. *Deut.* 23. 10. *Ibidem.* *Lev.* 13. 46.

Quod ſi leproſus intra montem ædis eſſet ingreſſus, verberum ictibus cæderetur octoginta: funeſtus enim, vel homo temeratus in diem ſi veniſſet intra atrium mulierum: ſi piaculo indigens in atrium Iſraëlitarum introiſſet, omnino pœnâ verberum non teneretur: verùm de rebellione verberaretur tamen. IX.

Homines igitur polluti ut à templo arcerentur jubendo ſancitum fuit: qui ſi in illud intrâſſent, legem prohibentem violarent, ſcriptum eſt enim, *Ne contaminent caſtra*, id enim ſpectat ad caſtra numinis. X. *Num.* 5. 3.

Sed hoc unde habetur legem illam prohibentem ab homine polluto non violari niſi in templum introiſſet, non item ſi idem hoc à parte poſtica attigiſſet? Quia enim puerperæ ita præcipitur, *Nec ingredietur in Sanctuarium*. XI. *Lev.* 12. 4.

Cùm igitur in templum homo pollutus contumaciter introïret, pœna erat כרת *Keret*. Dictum eſt enim, *Quod ſi non laveret veſtimenta ſua, vel corpus, portabit iniquitatem ſuam*. Sin autem in templum intrâſſet imprudens, *ſacrificium offerret gradatum: dictum eſt enim, *Anima quæ tetigerit aliquid im-* XII. *Lev.* 17. 16. *Lev.* 5. 2.

XII. *Sacrificium offerret gradatum.* Sæpe eandem ob rem ſacrum piaculare fiebat aliud ab aliis. Etenim Lev. 5. præcipitur, ut ſi quis commiſſum ſibi cognitum non teſtaretur, ſi quis rebus immundis ſeſe contaminâſſet, ſi quis jurejurando ſe obſtrinxiſſet, is hoſtiam pro delicto immolaret agnam vel capram, ſi facultates ejus ſinerent: ſin minus, duos turtures vel duos pullos columbæ: ſin autem nec hos

mundum, &c. Etenim pœna iſta כרת *Keret*, aut ſacrificium ſequitur ſolam ingreſſionem intra atrium Iſraëlitarum, aut intra id quod iſti fuit additum atrio, quodque perfectam habet dedicationem, ſic, ut ante poſuimus.

XIII. Quis igitur è contaminatis pœnæ כרת *Keret* erat obnoxius, propterea quod in Sacrarium introiſſet? Nempe quicunque eſſet eo genere rerum funeſtarum inquinatus, propter quod genus * Nazaræus ſe ſe tondere juſſus erat: qua de re in diſputatione de Nazaræatu explicatum eſt. Et qui hominem vaſaque attigiſſet ea, quæ polluta fuiſſent eo genere rerum immundarum, quarum cauſa Nazaræus capillum ſecare jubetur. Nam id quidem ſecundum eſt ab primo illo, quod contagione funeris contaminatum fuit. Similiter ſi quis pollueretur reliquis illis inquinamentis primariis à Lege nuncupatis, quæ ſuo loco exponentur.

XIV. Ad ſummam quiſquis ex Lege mergendus in aquam erat, is ſi in Sacrarium veniſſet pœnâ כרת *Keret* tenebatur etiam poſt lavationem interea, dum ſol occideret: verùm enim qui fuiſſet inquinatus eo genere rerum funeſtarum, propter quod Nazaræus

quidem per facultates liceret, offerret pro peccato ſimilæ partem *Ephi* decimam. Item Lev. 12. jubetur puerpera expletis purificationis diebus offerre agnum in holocauſtum, & in hoſtiam pro peccato pullum columbæ, vel turturem ſiquidem res patitur: ſin minùs eadem jubetur tantùm offerre par turturum, vel pullorum columbæ. Quod ſacrificij genus, quoniam ex cenſu offerentis tum augebatur, tum minuebatur, paſſim vocatur קרבן עולה ויורד quod ad verbum eſt *ſacrificium aſcendens & deſcendens*, & rectè, opinor, Latinè *ſacrificium gradatum* dixerim. Huic ſacrificio ſacrificium opponitur illud, de quo diximus Tract. proximè ſuperiore cap. 1. art. 4. quod quia mutabatur nunquam, ſed item à paupere, ut ab homine divite fiebat, חטאת קבועה nominatur, hoc eſt, *ſtatum pro peccato ſacrificium*.

XIII. *Nazaræus ſe ſe tondere juſſus erat.* Voto Nazareatûs obſtrictis præcipitur Num. 6. ut per totum illud temporis ſpatium, in quod votum ſuſceperant, nihil è vite ortum nec comederent, nec potarent, ut comam intonſam ſervarent, ut veluti Domino ſacrati nulli prorſus funeri ne parentum quidem operam darent: Et ſi Nazaræorum aliquis funere ſe ſe polluiſſet, ut inquinamentum illud præſcripto dierum numero tolleretur, ſacrum piaculare fieret, tum Nazaræus ille die purificationis ſuæ caput tonderet, atque voti obligationem de integro ſolveret. Hoc poſtremum continetur verſibus 9. 10. & 11. laudati capitis; ſed à Vulgato Interprete eſt tam confuſè redditū, quàm quod maximè. Ex his igitur patet Nazaræos, quanquam erant itidem, ut ceteri cunctis immunditiarum generibus obnoxij, tamen ſolum ob tactum cadaveris humani juſſos eſſe tondere comam, atque ab integro votum exequi. Hæc ſanè ad hujus loci intelligentiam ſufficiunt: namque in notam adducere quæcunque hac de re diſputantur à Scriptore noſtro tractatu de Nazaræatu nimis longum foret.

zaræus tondendus non erat, licet in totam pollueretur hebdomadam, ſi in Sacrarium veniſſet, impunè foret.

Et qui vaſa tetigiſſet ea, quæ attigiſſent hominem, qui contagione cadaveris contaminatus fuerat, itemque qui contigiſſet hominem, qui vaſa attigiſſet, quæ contagione cadaveris contaminata fuerant, cùm ad oblationem & ad ſacrificia polluenda immundus haberetur primarius, tamen in Sacrarium ſi veniſſet, pœnâ teneretur nullâ, quæ quidem ſtatuta per manus ita ſunt tradita: cùm verò pœnâ non teneretur, tamen de rebellione verberibus multaretur. XV.

Si quis in templum intromiſiſſet aut animantem ſerpentem, aut hujus ſimile quid, aut hominem inquinatum, pœna ejus erat כרת *Keret*, quippe qui templum Domini contaminâſſet. Si quis autem in templum vaſa temerata projiceret; immo verò contagione contaminata cadaveris, is omnino pœnâ כרת *Keret* non plecteretur: verùm enim verberibus coerceretur, quia ſcriptum legimus, *Quòd ſi non laverit veſtimenta*, &c. XVI. *Lev.* 17. 16

Atque hoc auditione acceperunt futurum eſſe, ut qui luſtrationem corporis omiſiſſet, pœnâ כרת *Keret* afficeretur: & qui omiſiſſet lavationem veſtium, eum fuiſſe verberum ictibus cædendum undequadraginta. Ego verò ſic exiſtimo hominem verberibus condemnari de veſtibus illotis, iis videlicet, quæ forent inquinamenti quoddam quaſi caput: ſic enim habebantur quæcunque veſtimenta tetigiſſet is, qui contagione cadaveris contaminatus eſſet, quemadmodum alio loco diſputabitur: verùm enim pannum illum inquinatum, qui primus dicitur, ſi quis in templum intuliſſet, verberibus non damnari, quanquam & is de rebellione verberabatur. XVII.

Et quivis homo temeratus ſi manum in templum porrigeret, de rebellione verberaretur, atque etiam omnes temerati aliquo capite inquinamentorum etiam horum, quæ ſapientum conſtituit auctoritas: item qui cibis & potionibus immundis uſi templum contumaciter ingrederentur ante, quàm abluerentur, de rebellione verberarentur. XVIII.

Homo temeratus ſi per tectum in templum penetrâſſet, omnino pœnâ ſolveretur. Nam quòd à Lege dicitur, *Nec ingredietur in Sanctuarium*, id indicat de ſolita demum ingreſſione temeratum hominem pœnâ teneri. Cùm verò pœnæ כרת XIX. *Lev.* 12. 4.

Keret non eſſet obnoxius, de rebellione tamen verberaretur, ſive in templum pervaſiſſet per turrim in aëra evolantem, ſive per tegulas, ſive etiam per oſtium.

XX. Ad quem templi locum ſi quis inquinatus ſciens veniſſet, pœna foret כרת *Keret*, & ſi veniſſet imprudens, ſacrificium, in eo ſi quid immundum reperiretur ad diem ſabbatinum, confeſtim tollebatur. Nam ceteris in locis ſi quæ res immunda deprehenderetur, vaſe operiebatur ad exactum ſabbatum. Tum verò nullo alio tollebatur inſtrumento, quàm ligneo, & eodem recto, quod contagione non contaminatur: id adeo, ne multiplicaretur inquinamentum.

XXI. *Si quis in templo cōtaminaretur ipſo quid faciēdum?* Idem erat hominem immundum in Sacrarium mundum introiſſe, atque mundum hominem ingreſſum eſſe Sanctuarium, in quo res immunda ineſſet: ut ſi corpus exanimum in Sacrario ſitum eſſet * ſub tentorio, tum aliquis ſub tentorium veniſſet, hic pœnâ כרת *Keret* teneretur ideo, quia ſimul atque ingrederetur, pollueretur. Si quis autem poſtea, quàm in templum veniſſet, contaminaretur: immo etiamſi ſemetipſe ſciens in eo inquinâſſet, is tantummodo feſtinanter erumperet viâ quàm poſſet breviſſimâ

XXII. Huic enim interdictum erat, ne diutiùs in eo commoraretur, neve Deum adoraret, & ex templo denique ne viâ longâ diſcederet. Qui ſi quid immoraretur; rurſuſque nihil omnino immoraretur; ſed aut viâ longâ diſcederet, aut converſo ad adytum vultu Deum adorâſſet, erat ejus pœna כרת *Keret*. Quod ſi feciſſet imprudens, ſacrificium offerret.

XXIII. *Quod ſit adorationis tempus legitimum?* Si vultum ad penetrale non converteret, ſed in egreſſu ipſo partem ad exteriorem verſus Deum adorâſſet, impunè ferret, niſi fortè in adoratione legitimi temporis ſpatium poſuiſſet. Hoc verò eſt quo legere poſſis, *Et corruentes proni in terram ſuper pavimentum adoraverunt & laudaverunt Dominum, quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia ejus.* Hoc enim eſt legitimum adorationis ſpatium. *2. Paral. 7. 3.*

XXIV. Jam via longa dicebatur, ſi modo breviori potuiſſes ex templo excedere. Si quis igitur via brevi diſcedens non modo non cucurriſſet, ſed tota die pedetentim progrederetur, impunè

XXI. *Sub tentorio*, &c. Vide noſtram hac de re notam illam, quam Tractatu primo poſuimus ad articulum 14. capitis 7.

fuiſſet: contra ſi quis viâ longâ diſcedens percurriſſet pro viribus atque properâſſet adeo, ut etiam breviore tempore viâ longâ exceſſiſſet, quàm viâ brevi ſolebant ceteri, tamen nihilominus pœnâ teneretur ideo, quia viâ longâ exceſſiſſet. Quòd ſi quis cùm egrederetur viâ brevi prudens ſciens poſtea quàm parum ambulâſſet, conſiſteret: rurſuſque parum ambularet & conſiſteret ſic, ut ex cunctis moris conficeretur id ſpatium, quod ad Deum adorandum ſatis eſſet, non ideo verberibus damnaretur: ſin imprudens, non offerret ſacrificium: verumtamen de rebellione verberaretur.

CAPUT QUARTUM.

SACERDOS immundus ſi in templo operaretur, profana fuiſſet operatio, & meruiſſet, ut de operatione iſtâ divina vis eum morte multaret, idque etiam tum, cùm omnino moram in templo feciſſet nullam. Nam quod in Lege eſt, *Vt caveant ab his quæ conſecrata ſunt filiorum Iſraël, & non contaminent nomen ſanctificatorum mihi*, id admonet ne quis immundus ſacris operetur: porro autem à Lege dicitur, *Et moriantur in Sanctuario cùm polluerint illud*. Ut igitur hac, item & ſuperiori illa profanatione ſacerdos meruiſſet, ut divina vis eum morte multaret. Jam quoſcunque rei vetitæ ſontes divina vis morte, eoſdem & judices verberibus etiam multabant uſque: ita res erat, etiamſi ſacerdos immundus ſacra fecerat, tamen à Senatu quidem verberibus duntaxat coercebatur. ART. I. Jure ſacerdotem cùm in templo feciſſet immundus divinitùs tantùm plecti. *Lev.* 22. 2. *Ibid.* 22. 9.

Verùm enim fratres ſacerdotes hominem in jus non deducebant, ſed ex templo foràs protracto cerebrum diminuebant, nec eos impediebat quiſquam. II.

Quî verò fieri poterat, ut ſacerdos in templo operaretur, nec ullam in eo moram faceret, adeoque non teneretur pœnâ ברת *Keret*, ſed tantùm, ut morte puniretur cœlitùs? Nempe ſi quando pollueretur in atrio, atque inde breviſſimâ viâ diſcedens manu fuſcinam haberet, qua victimæ membrum aliquod igni ſuperpoſitum verteret ita, ut cremationem ejus accelararet. Nam rem divinam accelerare, facere eſt. III. Idem fuiſſe rem divinâ acceleràſſe ac feciſſe.

Et qui ſacerdos inquinatus ritè ſe luſtraverat, ſolis autem IV. Et ſacerdo-

tem, qui necdũ eſſet planè luſtratus, ſacra profanâſſe. occubitum non expectaverat, is ſi rem divinam faceret, profanaret, atque adeo mereretur, ut morte cœlitùs afficeretur, ſiquidem à Lege dicitur, *Et non pollnent nomen ejus.* Namque hoc auditione accepimus hanc admonitionem ſpectare ad ſa-
Lev. 21. 6. cerdotem de die luſtratum, qui rem divinam faceret; is enim
Lev. 22. 7. erat etiam impurus. Nimirum cùm in Lege ſit, *Et occubuerit ſol tunc mundatus*, ex eo colligitur purum antea non eſſe. Nam ſacerdos piaculi indigens ſi rem divinam faceret, etſi prava eſſet ejus operatio, atque profana, tamen impunè fuiſſet.

V. Nam operationem ejus eſſe pravam ex eo colligitur, quod
Lev. 12. 8. in Lege ſit, *Expiabitque eam ſacerdos & mundabitur*, unde cognoſcere licet antea piationem ejus effectam non eſſe: atque eadem erat ratio omnium qui piaculi indigebant.

VI. Aureæ pontificis laminæ eã fuiſſe vim, ut quædam inquinamenti genera expiaret. Sacerdos ſi poſtquam fecerat rem divinam inquinatus fuiſſe reperiretur, atque genus inquinamenti compertum ac cognitum eſſet, quæcunque feciſſet ſacrificia, prava fuiſſent: nimirum fuiſſet hujus operatio omnino profana: *immunditiem autem profundi aurea illa ſummi pontificis lamina piabat: quo immunditiæ genere ſi quis contaminatus ſacrificia feciſſet, nihilominus ejus ſacrificia litarentur. Quin etiam ſacerdos ſi reſciviſſet ſe ejuſmodi immunditie contaminatum eſſe, tum poſtea demum altare ſanguine victimæ conſpergeret, nihilominus ejus conſperſio valuiſſet. Etenim ſacerdotem immunditie profundi contaminatum, quamvis contumaciter operatum, expiabat illa ex auro lamina. Jam immunditiem profundi quid ſit in diſputatione de ratione Nazaræorum explicavimus.

VII. Et quidquid ex ſacrificiis inquinatum igni conſumebatur, item illa ex auro lamina fronti pontificis circundata expiabat:
Exo. 28. 38. hæc eſt enim vis hujus verbi, *Imminens fronti pontificis, portabitque Aaron iniquitates eorum quæ obtulerunt.* At ſi quid inquinatum ex ſacrificio comedebatur, lamina non expiabat: neque porro expiabat ſacerdotem eum, qui contaminatus inquinamento explorato ac cognito rem divinam feciſſet: niſi ſi inquinamenti rationem elevaret civium conſortio, id illa ex auro lamina fronti pontificis circundata expiabat ſcilicet.

VI. *Immunditiem autem profundi.* Immunditics profundi ſeu abyſſi vocatur ea, quæ ſit prorſus incomperta. De hac ita Scriptor noſter tract. de Nazaræatu cap. 6. ar. 18. „ Quænam eſt immundities profundi? Quam nemo comperiat unquã.

Neque verò lamina pontificis quidquam expiabat niſi cùm erat ejus applicata fronti, ſiquidem à Lege ita dicitur, *Erit autem lamina ſemper in fronte ejus, ut placatus ſit ei Dominus.* VIII. Exo. 28. 38

Cuicunque ſacrificio nullum erat præfinitum tempus, hoc neque ſabbatum, neque inquinamentum elevabat: id enim ſi non uno die fieret, fieret altero, fieret tertio: contra cuicunque ſacrificio ſeu publico ſeu privato præfinitum tempus erat, id & * ſabbati rationem elevabat & inquinamenti. Quod ipſum non omne rerum genus, ſed unum funeris inquinamentum elevabat. IX. Neglectum eſſe ſabbatũ & inquinamentũ propter certa ſacrificia.

Sacrificiis autem publicis cunctis erat conſtitutum tempus, X.
itaque cuncta ſabbatum & inquinamentum funeris elevabant. XI.

Jam quodcunque fiebat inquinatè ſacrificium, ex eo omnino comedebatur nihil; adolebatur id quòd conveniebat: quod autem ad veſcendum erat aptum, id veluti cuncta ſacrificia temerata igni conſumebatur. Nihil cõcedendum ex iis ſacris, quæ inquinamentum elevabant.

Quænam igitur erat illa inquinamenti elevatio? Nempe ſi tempus ſacrificandi cùm veniſſet, tum ea maximam partem civitas, quæ hoſtiam ad ſacrificium præberet, funere polluta fuiſſet, aut fuiſſet caſta civitas, ſed qui ſacrificium facerent ſacerdotes funeſti, aut hi & illi mundi fuiſſent, verùm utenſilia ſacris adminiſtrandis apta hominis mortui corpore funeſtarentur, ſacrificium utique cum inquinamento fiebat, ac puri & temerati promiſcuè operabantur, & ſimul omnes in atrium introibant. Nam alio temerati inquinamento velut fluxione ſeminis laborantes viri & mulieres, menſtruales, puerperæ, item ſerpentis animantis aut contagione morticinæ beſtiæ, aut aliâ ejuſmodi immunditiâ contaminati, neque rei divinæ dabant operam, neque porro ingrediebãtur atrium, quamvis res divina cum inquinamento fieret. Qui ſi commiſiſſent, ut rei divinæ dediſſent operam, aut in atrium introiſſent, propter introitum pœnâ כרת *Keret* tenerentur, & propter operam rei divinæ datam morte multarentur. Nam præter inquinamentum funeris elevabatur nullum. XII. Quid erat illa inquinamenti elevatio?

Homines funeſti ſi in templum irrumperent tum, cùm paſ- XIII.

IX. *Sabbati rationem elevabat.* Hoc ipſum videmus Matt. 12. v. 5. à CHRISTO reſponſum Phariſæis, qui diſcipulos ejus arguebant ſabbatum violâſſe ſpicis vellendis, *Non legiſtis in Lege, quia ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum violant, & ſine crimine ſunt?*

chale ſacrificium inquinatè fieret, nulla pœna fuiſſet. Omnino his introitus in atrium duntaxat erat permiſſus: verùm enim
Num. 5. 3. quia tantum de ipſis ſcriptum legimus, *Extra caſtra emittetis eos*, hoc illis impunè erat.

XIV. Cùm ejus familiæ, cui divina res erat adminiſtranda, ſacerdotes partim fuiſſent puri, partim contaminati, & hi ipſi magna ex parte contagione hominis mortui, puri tantùm facerent. Quæ ſi familia fuiſſet tota funere polluta, ad rem divinam faciendam alia familia adhiberetur. Sin univerſa curia funere polluta fuiſſet, iretur ad aliam. Nam ſi ſacerdotum plerique Hieroſolymam ſtato tempore ingreſſi, fuiſſent inquinati, tum & inquinati facerent.

XV. *Nunquam eſſe neglectũ inquinamentum niſi præ urgente neceſſitate.* Quòd autem adhiberentur ex alia familia ſacerdotes puri, hæc eſt cauſa & ratio, quia nullum inquinamentum ne in civitate quidem licitum evadebat: manebat enim interdictum uſque; ſed nonnunquam præ urgente neceſſitate negligebatur, nec quidquam ejuſmodi negligebatur, niſi cùm aliter fieri non poſſet: eamque ob rem opus erat, ut lamina illa fronti pontificis circundata hoc ipſum expiaret.

XVI. Quòd autem inquinamentum funeris in univerſa civitate negligendum ſit inde habetur, quòd ſcriptum videmus, *Ecce au-*
Num. 9. 6. *tem quidam immundi ſuper anima hominis*, &c. Etenim hoc au-
Unde habeatur inquinamentum eſſe in civitate univerſa negligendũ? ditione accepimus homines ſingulos ob inquinamentum ad ſecundum paſcha fuiſſe detrudendos; civitatem funere pollutam non ita: ſed inquinamentum ejus eſſe negligendum, & ſuo tempore paſcha inquinatè faciendum: par erat ratio cujuſcunque ſacri, cui ſic, tanquam paſchæ tempus eſſet quoddam definitum: præ illo videlicet inquinamentum negligebatur.

XVII. *Cur Ezechias non comedit phaſe ex præcepto?* Verùm totum hoc in Agiographis planè explicatum eſt, in quibus ſcriptum videmus, *Eò quòd multa turba ſanctificata non eſſet: & idcirco immolarent Levitæ phaſe iis, qui non occurrerant ſanctificari Domino: magna etiam pars populi de Ephraïm & Ma-*
2. Paral. 30. 17. 18. *naſſe & Iſſachar & Zabulon, quæ ſanctificata non fuerat:* additur autem, *Comedit phaſe non juxta quod ſcriptum eſt*, eo vide-
Ibid. licet anno ob inquinamentum intercalatum fuit, ſicut ſcri-
Ibid. v. 2. 3. ptum videmus, *Inito ergo conſilio Regis & principum & univerſi cœtûs Ieruſalem decreverunt ut facerent phaſe menſe ſecundo. Non enim occurrerant facere in tempore ſuo, quia ſacerdotes, qui poſſunt*

ſufficere, ſanctificati non fuerant: atqui nihil inquinamenti cauſa intercalari cùm res ſit in integro tractatu de Conſecratione Kalendarum ediſſeruimus.

Præterea autem & aliud quiddam annus ille peculiare habuit, XVIII.
ab Ezechia rege facta eſt intercalatio menſis Adar triceſimo die ipſo, quem diem Kalendas menſis Niſan eſſe conveniebat: verùm Rex eum menſem alterum Adar conſtituit, & ſapientes non fuerunt ejus adſtipulatores. Nam iſto quidem die quemadmodum tract. de Conſecratione Kalendarum diſſeruimus, intercalare non licet: atque propter iſtas res, quas præter normam fecerat ſcriptum videmus, *Comedit phaſe non juxta quod* 18.
ſcriptum eſt. Itaque Dei miſericordiam imploravit in ſe & in ſapientes, qui facta ipſius comprobaverant, uti ſcriptum eſt,
Oravit pro eis Ezechias dicens, Dominus bonus propitiabitur: 19.
tum verò ſubjicitur, *Quem exaudivit Dominus, & placatus eſt* 20.
populo, cujus ſententia eſt ſacrum eorum litatum eſſe.

CAPUT QUINTUM.

ART. I. Oportuiſſe ſacerdotes ante ſacrificium manus & pedes lavarẽt. *Exo. 30. 19* *Ibid. v. 20*

SACERDOS ſacrificium facturus ut ante, quàm operaretur, *manus lavaret & pedes jubendo ſancitum eſt, ſiquidem in Lege ſcriptum videmus, *Lavabunt ex eo Aaron & filij ejus manus ſuas ac pedes.* Qui ſi ſacerdos non lotis primo diluculo manibus & pedibus feciſſet, meruiſſet ut divina vis eum morte multaret, quandoquidem à Lege dicitur, *Lavabunt ſe aquâ, & non morientur*: porro autem operatio illoti ſacerdotis tam ſummi, quàm privati profana fuiſſet.

II. *Ibid. v. 21.* *Exo. 28. 43.*

Quod quidem inde concluditur, quia hîc loci ſcriptũ eſt, *Legitimum ſempiternum erit ipſi & ſemini ejus per ſucceſſiones*: atqui de veſtimentis ſacerdotalibus itidem præcipitur, *Legitimum ſempiternum erit Aaron & ſemini ejus poſt eum.* Ut igitur ſacerdos ſi veſtium indigens operatus eſſet, rem divinam, ut ſupra poſui, profanâſſet, item & qui manibus & pedibus illotis operaretur, operatio profana fuiſſet.

Nam ut ſacerdos inter unamquamque operationem lavaret, III.

ART. I. *Manus lavaret.* Ad verbum *conſecraret*, de qua loquendi conſuetudine vide quæ diximus tract. 1. cap. 1. art. 6.

opus non erat: manè ſemel lavabat & tota deinde die, totaque noctε operabatur, ſiquidem nec è templo exierat, neque ſomno ſe dederat, neque urinam fecerat, neque porro à re divina cogitationem averterat. Qui ſi quid horum feciſſet, rurſum lavaret oportuiſſet.

IV. Sin è templo exiſſet atque rediſſet, & omiſſa lavatione operaretur, modò cogitationem à re divina non avocâſſet, operatio ejus bona fuiſſet. Nam hæc templi cautio generalis erat, nemo quamvis mundus ingrediebatur atrium operaturus, quin priùs corpus totum * in aquam immerſiſſet.

V. Quiſque poſt alvi dejectionem in aquam mergendo corpus totum ablueret oportebat: poſt redditam urinam, manus & pedes lavaret. Et qui extra muros atrij exceſſiſſet moram facturus, reverſus corpus totum in aquam immergebat: ſin autem exiſſet ſtatim rediturus, manus tantùm & pedes lavaret oportebat: Quanquam ſi reverſus in aquam corpus non merſiſſet, non laviſſet manus & pedes, & operaretur, quando cogitationem à re divina non averterat, nec alvum dejecerat, neque urinam fecerat, bona erat ejus operatio. Jam ſi manus tantùm extra muros atrij porrexiſſet, nihil erat, quòd rurſus lavaret.

Poſt alvi dejectionē ſacerdotes corpus totū abluerent neceſſe fuiſſe.

VI. Si cujus fuerant temeratæ manus, immerſæ in aquam * purificabantur, neque porro lavatione opus erat: ſi quis autem cibo & potu uſus immundo corpus totum inquinâſſet, atque in aquam mergendo abluiſſet, poſtea etiam manus & pedes lavaret, ut occidentem ſolem expectare non deberet. Nam ſic ſe res habebat, cujuſcunque oportebat ablui corpus totum immerſione,

IV. *In aquam immerſiſſet.* Hac de re ita præceptum eſt Exod. 30. v. 19. & 20. *Lavabant in ea Aaron & filij ejus manus ſuas ac pedes, quando ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimonij, & quando acceſſuri ſunt*, &c. Templi verò cautio poſtmodum eò major erat, quòd nec in ejus atrium quiſquam ingrederetur ſacris operaturus, quin priùs corpus totum abluendum in aquam vivam immerſiſſet. Ac ſimilem purgandi ritum ab ethnicis etiam obſervatum eſſe cùm ſua ingrederentur delubra cognoſcere licet ex Ovidio, qui 1. Metamorph. ita canit,

Inde ubi libatos irroravere liquores
Veſtibus & capiti, flectunt veſtigia ſacræ
Ad delubra deæ.

An iſtâ ceremoniâ hoc ſignificatum voluit Deus, niſi per ſacrum lavacrum in Eccleſiam novi fœderis ingreſſurum eſſe neminem?

VI. *Purificabantur, neque porro.* Aliud enim erat in aquam mergere manus, aliud verò eas conſecrare ſeu lavare: nempe erat quædam peculiaris lavandi ratio, de qua diſſeretur articulo 16. hujus ipſius capitis.

VIII.

merſione, eundem oportebat etiam lavare manus & pedes ante, quàm faceret: quanquam ſi non laviſſet, dummodo animum à re divina non avertiſſet, nihil profani feciſſet.

Summus pontifex ſi die ſolemni Expiationum inter veſtium mutationes varias, variaque ſacrificiorum genera, neque corpus totum in aquam immerſiſſet, neque manus & pedes laviſſet, & operaretur, recta tamen ejus operatio fuiſſet: neque enim baptiſmata & lavationes iſtæ in Aarone æquè & ejus liberis obſervabantur. Atqui ſcriptum eſt, *Lavabunt ex eo Aaron & filij ejus*, cujus verbi hæc eſt vis, quod in omnibus æquè ſacerdotibus locum habeat, id denique obſtare, cujuſmodi prima illa lavatio utique erat. VII. Exod. 30. 19

Sacerdos cùm uno die manus laviſſet, poſtero quoque die lavaret oportebat, ut noctem totam inſomnem duxiſſet: Namque manus * nocte profanæ fiebant. Et qui manus laviſſet prima nocte, atque ea tota adipem adoleviſſet, eum manè rurſum in ſacra diurna lavare neceſſe erat. VIII.

Ad tollendos cineres ſi manus laviſſet, etſi ſol necdum erat exortus, tamen nihil erat, quòd poſtea, quàm lucebat, denuo lavaret, quando principio operationis laverat. IX.

Atque ut aqua è labro illo exiliente manus abluerentur, præceptum erat: verùm tamen ſi quis ex alio vaſe ad rem divinam apto laviſſet, bene habuiſſet: de vaſis autem profanis nequaquam conſecrabantur. Jam ſi quis ex vaſe ad rem divinam adminiſtrandam parato manus laviſſet extra Sanctuarium, aut intra Sanctuarium laviſſet è vaſe profano, & faceret, operatio ejus profana fuiſſet: porro autem manus non abluebantur intra labrum ipſum, aut intra vas aliud divino miniſterio conſecratum: ſcriptum eſt enim, *Lavabunt ex eo Aaron & filij ejus*, non item in eo: quanquam ſi quis manus intra labrum abluiſſet, atque feciſſet, nihil profanâſſet. X. Manus è labro ſacro lavandas fuiſſe atque intra Sanctuarium. *Ibidem.*

Si quis autem manus & pedes in aquarum conceptaculum, immo etiam in fontem perennem immerſiſſet, purificatio nulla XI.

VIII. *Nocte profanæ fiebant.* Fuit iſta & apud ethnicos opinio nocte contaminari omnia. Legimus ad initium lib. 4. Æneïdos.

Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras,
Humantemque aurora polo dimoverat umbrã.

In quos verſus ita ſcripſit Ser. Honoratus. „ *Luſtrabat.* Aut illuſtrabat, aut „ re vera luſtrabat, id eſt, purgabat. „ Nam nox quodammodo polluit mundum.

fuerat: ex vaſe lavare neceſſe erat. Atqui ex omni vaſe ſacro purificabantur ſeu in hoc aquæ quartarius, ſeu minus ineſſet.

XII. Ad iſtam verò conſecrationem quævis aqua apta erat, jugis, & concluſa, modò non eſſet hujus immutata ſpecies, ſed faciem haberet aquæ, quâ ad luſtrandum corpus uti licet. Minutum illud luti genus, unde bos inclinata aquam fere ſorbet, requiſitam in labro menſuram aquæ complebat. In ſumma quidquid aquæ modum * conceptaculo præfinitum explebat, idem explebat & menſuram aquæ labro conſtitutam.

XIII. Quantum igitur aquæ in labro requirebatur? Non minus, quàm unde ſacerdotes quatuor manus & pedes conſecrarent: *Exod. 30.19* ſcriptum eſt enim, *Aaron & filij ejus*: hi autem erant Eleazar, & Itamar, & cum his fuerat etiam Phinees; en igitur numero quatuor.

XIV. Quæ labro continebatur aqua ea nocte, ſicut ante dictum eſt, profana fiebat: horum igitur alterutrum fiebat, aut ſingulis noctibus labrum vel in aquæ conceptaculo, vel in fonte ſubmergebatur, & poſtero die manè extrahebatur, aut hoc idem aqua ſingulis diebus primo diluculo complebatur.

XV. *Rivum è fonte Ethã ductum per mare Salomonis fluxiſſe.*

Aſſimile conceptaculi mare Salomonis erat: per hoc enim aquæ rivus è fonte Etham perfluebat: ergo in hoc aqua non item, ut in labro nocte temerabatur: immò verò labrum ex eo implebatur.

XVI. *Sacrificia à ſacerdotibus ſtantibus facienda fuiſſe.*

Jam hæc erat manuum conſecrandarum ratio. Sacerdos ad pedem dextrum dextram manum applicabat, lævam ad pedem lævum, incurvuſque ea ſimul conſecrabat. Et quidquid luſtrando corpori obſtabat, obſtabat etiam conſecrationi manuum: non conſecrabat autem manus ſedens, quia & conſecratio iſta erat quoddam quaſi ſacrificium, quod utique ſtantem facere oportebat: ſcriptum eſt enim, *Vt ſtet & miniſtret.* *Deut. 18. 5.*

XVII. *Sacerdotis rem divinã facientis*

Nam ſi quis ſedens rem divinam feciſſet, utique profanâſſet, ejuſque operatio tota nulla haberetur: verumtamen verberibus non multaretur, quippe ſacerdos hac de re jubendo monetur.

XII. *Conceptaculo præfinitum.* Lavacrum illud in quo luſtrandi ſeu purgandi causâ ſe ſuaque mergunt Judæi מקוה nuncupant, quod ad verbum eſt *congregatio* ſeu *conceptaculum* videlicet aquarum. In eo, ut rebus luſtrandis ſit idoneum, cùm præfinitus aquæ modus, tum multæ & variæ requiruntur conditiones de quibus & in Talmude, & in Majemonidæ noſtri SECUNDA LEGE diſputatur Tractatu toto, qui מקוואות inſcribitur.

Similiter qui in templo operabatur, in ipſo pavimento ſtaret oportebat: ſi quid inter ſacerdotem & ſolum intereſſet, ut ſi vaſis, jumento, pedibuſque alterius inſiſteret, operatio nulla fuiſſet. Et ſi quid inter manum ejus & utenſile, quo ad operandum utebatur, intereſſet, item operatio nulla fuiſſet. pedes nudi in ipſo pavimento inſiſterent oportuiſſe.

XVIII. Porro ſacerdotem manu dexterâ operari oportebat: ſi ſiniſtrâ operatus eſſet, operatio nulla fuiſſet: verberibus autem non multaretur. Si pedum unus in vaſe, alter in pavimento, ſi pedum unus lapide in aliquo, alter in pavimento fixus eſſet, videndum erat, ſi ſublato vaſe aut lapide ſacerdos etiam pede ſub uno ſtare poſſet, bene operatio ſe haberet: ſin minus, operatio nulla fuiſſet. Nam ſi dexteram aliquid apprehendentem læva ſublevâſſet, operatio bene haberet: nempe ſublevatio pro nihilo ducebatur. Manu dextra ſacris operaretur ſacerdos oportuiſſe.

XIX. In atrij pavimento ſi lapis aliquis eſſet à ceteris ſeparatus, in eo, donec cum ſolo copularetur, ſacerdos ſtare non debebat tum, cùm rem divinam faciebat. Quanquam ſi in eo operatus eſſet, operatio bene habuiſſet, ſi quidem lapis ille in loco ſuo manſiſſet.

CAPUT SEXTUM.

ART. I. IN cujuſcunque ſacerdotis corpore vitium inerat aliquod ſeu perpetuum, ſeu temporale, is præter altare templi non procedebat: edictum eſt enim, *Intra velum non ingrediatur.* Qui ſi pervaſiſſet ulteriùs, verberibus multaretur, tamen etſi non operatus eſſet. Sin autem in ſacrario operatus etiam eſſet, temerata, profana fuiſſet operatio, ac de illa quoque verberibus multaretur, quia ſcriptum legitur, *Qui habuerit maculam non accedet.* Atqui hoc auditione acceperunt hìc ejuſmodi ſacerdotem monitum eſſe ne accederet ad operandum ſacris. Sacerdotē vitio corporis affectum, ſi præter altare templi procederet, ſi ſacrū faceret, pœnæ fuiſſe obnoxium. *Lev.* 21. 23 *Lev.* 21. 17

II. Et affectus temporali vitio ſi feciſſet, cùm ſacrificium temeratum fuiſſet, tum verberibus ipſe multaretur, quoniam ſcriptum eſt, *Nullus vir in quo fuerit macula accedet.* Atqui hoc item auditione acceperunt hìc loci admoneri eum, in quo vitium ineſt temporale. Etenim vitioſi cùm aliquid Deo libâſſent, coërcebantur non morte, ſed verberibus tantùm. Quænam erat pœna ſacerdotis vitioſi, ſi ſacrum feciſſet? *Lev.* 21. 18.

III. *Varia vitia eodem modo ſacerdotem temeráſſe.*

Omnium igitur vitiorum erat una ratio: ſive enim ab ortu ipſo homini ineſſent, ſive poſthac eſſent exorta, ſive eſſent temporalia, ſive non, homo temeratus erat interea, dum vitia ex eo tollebantur.

IV.

Vitij perpetui ſit exemplum fractura pediſque, manuſque: vitij autem temporalis plora, ſcabies, quæ eadem & impetigo appellatur. Nec verò ea, quæ in Lege nominatim præſcribun-
Lev. 21, 20 tur, vitia ſola ſacerdotes temerabant. Nam quod dicitur, *Omnis qui habuerit maculam*, huic ea ſententia ſubjicitur, in quacunque parte vitium fuerit: quæ autem à Lege nominatim dicuntur vitia, ea ſunt exempli cauſâ poſita.

V. *Tribus vitiis ſacrificium impediri.*

Omnino genera vitiorum ſunt tria: eorum uno temerabatur ſacerdos, quem hac de cauſa operari non licebat: altero hoſtia temerabatur, quam propterea immolari non conveniebat: tertium enim genus vitiorum nequaquam temerabat: verùm ne horum aſpectu homines offenderentur edixerant, ut ſacerdos in quo vitium ejuſmodi eſſet, ſacris non operaretur.

VI. *Quid inter vitia modò dicta differebat?*

Si quis igitur vitio affectus eo, quod hominem juxta atque pecudem temerabat, operaretur ſciens, inſciens, operatio ſanè profana fuiſſet; ac ſi feciſſet contumaciter, verberibus multaretur. Si quis autem ex iis, quæ hominis propria ſunt, vitiis aliquo temeratus operaretur, quamvis coërceretur verberibus, tamen profana non eſſet ejus operatio. Namque ſacerdos ſi operaretur is, in quo eſſet aliquid eorum, quæ propter offenſionem oculorum remota fuerant à ſacris, nec verberibus multaretur, & operatio legitima eſſet.

VII. *Vitium ut temeraret, apertũ eſſet & manifeſtum oportuiſſe.*

Vitiorum autem nullum temerabat niſi manifeſtum & apertum: quæ autem erant intus in corpore, non ita: ut ſi cui ren ſublatus, aut ſplen, aut viſcera fuiſſent porforata, hic tametſi * lethaliter affectus erat, tamen ſi operatus eſſet, operatio ejus eſſet legitima. Eſt enim in Lege, *Si fracto pede, ſi manu*, cujus
Lev. 21, 19 ſententia eſt, ut iſta, ſic & cetera vitia ante oculos poſita eſſe oportere.

VII. *Lethaliter affectus erat.* Eſt in textu טְרֵיפָה, quod verbũ principiò quidem ſonabat animantem à feris beſtiis raptum, occiſum, dilaniatum, cujuſmodi animans Judæis Lege interdicitur: inde verò major huic verbo ſubjecta vis. Videas enim illud à cunctis fere Scriptoribus Hebræis uſurpari, & pro animali quod morbo lethali affectum, porro unius anni ſpatium vivere non poſſit, adeoque Judæis nec ad ſacrificium, nec ad veſcendum ſit aptum, & multo etiam latiùs pro quovis cibo Lege vel ſapientũ inſtitutis interdicto. Vide Buxtorfij Lexicon Talmudicum in themate טרף.

INSTITUTE OF ... ST. ...

Cuteus pro alienigena habebatur, quia ſcriptum eſt, *Omnis alienigena incircunciſus corde, & incircunciſus carne.* Ergo homo incircunciſus ſi eſſet operatus, & operatio ejus profana fuiſſet, & ipſe verberibus multaretur, ut ſi alienigena feciſſet, mortem verò non meruiſſet.

VIII. Homo incircūciſus ſi ſacrificâſſet, quid ſequeretur? *Ezech.* 44. 9.

Qui ſacerdos uxores nefariè duxiſſet, is non ante operaretur, quàm hominem ſe porro non peccaturum vovere conſilium multitudinis conſenſu coëgiſſet eò, ut votum irritum fieri non poſſet: quo facto operaretur, tum poſtea repudium remitteret. Et qui funeribus ſe ſe contaminare ſolebat, is quoque profanus erat uſque dum apud conſilium in ſe recipiebat ſe deinceps non commiſſurum, ut ſe contaminet. Qui ſi nequiter operatus eſſet ante, quàm voto obligaretur, aut promiſſum feciſſet, cùm ſceleratè fuiſſet uxori jugatus, rem divinā non profanâſſet tamen.

IX. Sacerdos ſi nefariè duxiſſet uxores, ſi funere ſe contaminare ſoleret, quomodo ad ſacra admitteretur?

Sacerdos ſi poſtquam ſacris operatus eſſet excuteretur, atque profanus eſſe reperiretur, præterita quidem operatio bene habuiſſet, non operaretur autem in poſterum: quanquam & poſtea ſi fuiſſet operatus nihil profanâſſet. Nam quod dicitur, *Benedic Domine fortitudini ejus, & opera manuum illius ſuſcipe,* hujus ea vis eſt, ut in profanis ejus quoque acquieſceret.

X. Quid ſi factis ſacris ſacerdos profanus reperiretur? *Deut.* 33. 11.

Conſilium magnum in conclavi lapidis quadrati ſedebat: hujus ſenatores in eo potiſſimùm erant occupati quotidie, ut conſidentes cognoſcerent de ordine ſacerdotum, atque eorum genera & vitia perveſtigarent. Cujus in genere profani quid inveniebatur, is veſtes induebat atras, quibus obvolutus ex atrio diſcedebat. Quiſquis integer & purus inveniebatur albis ſe ſe induebat, atque ingreſſus cum fratribus ſuis ſacerdotibus ſacra obibat.

XI. Conſilium magnū quotidie conſediſſe, atque inquiſiſſe in ordinem & genus ſacerdotum: tum corporis vitia perveſtigâſſe.

Cujus genus purum, corpus autem vitio affectum exiſtebat, hic in cella lignorum conſiſtens ligna diffindebat, quibus altaris focus extrueretur. Is enim cùm ſuis curialibus ſacra partiebatur, & his iiſdem veſcebatur. Nimirum id apertè Lex, *Veſcetur tamen panibus qui offeruntur in Sanctuario.*

XII. Quidnam facerent ſacerdotes, qui genere puri, corporis erant affecti vitio? *Lev.* 21. 22.

CAPUT SEPTIMUM.

VITIA corporis ea, quæ hominem æquè & pecudem temerant, numero ſunt quinquaginta, quæ hîc ſigillatim exponuntur.

ART. I. Quot vitiis pecudes & homines temerarentur.

II. Eorum 5. cadunt in aures. Sunt igitur aurium quinque iſta: ſi cartilago auris ſic inciſa ſit, ut ſi per eam deducatur unguis inciſione retardetur & inſiſtat. Sed quæ cartilagini eſt circundata pellis, in ea vitium ineſt nullum, ſeu perforata, ſeu inciſa, ſeu fiſſa fuerit.

III. Si cujus auricula paululum fiſſa ſit, cùm nihil deficiat: ſi foramen in auricula ſit magnitudine par viciæ: nec refert utrùm foramen id oblongum, an rotundum ſit, modò viciam magnitudine exæquet, vitium eſt. Item ſi fuerit auris prorſus arida ſic, ut ex ea perforata nihil quidquam ſanguinis effluat. Itemque ſi auris duplicata ſit ac bipertita etiam hœdo, cujus aures fere complicatæ duplicantur; nempe ſi fuerit gemina cartilago: hæc enim ſi ſimplex ſit ſic, ut corpus unum conduplicatum, rectum erit.

IV. In palpebras 3. Cadunt in palpebras tria iſta: ſi palpebrarum aliqua fuerit quamvis parum perforata: ſi fuerit quamvis parum fiſſa: ſi fuerit quamvis parum inciſa. Atque hæc tria vitia comprehen-
Lev. 22.22 duntur uno illo verbo חרוץ quod à Lege ponitur.

V. In oculos 8. In oculos octo iſta: eſſe luſcum, aut cœcum: tum humoribus à cerebro ad viſum perpetuò defluentibus ſenſu privatum eſſe unius oculi, aut etiam alterius, ut in his nulla varietas appareat. Et propter quaſdam tenebras perpetuò offuſas, oculo aut uno aut utroque minus clarè cernere. Cúmque ſit in oculo quædam quaſi bacca, ut viſus vigeat. Et cùm in oculum ſupervacua caro penetrat adeo, ut etiam pupillæ particulam obtegat. Porro vitium eſt cùm album oculi producatur aliquantulum in aciem ſic, ut hæc cum illo confuſa eſſe videatur. Atque hic
Lev. 21.20 ille eſt, qui תבלול à Lege dicitur. Acies autem ſi evagetur in album, vitium non eſt: neque enim in album vitium cadit ullum. Jam vitioſus eſt cujus in pupilla punctum ineſt album:
Ibidem. hic enim eſt, qui דק à Lege dicitur: nempe ſic ſe res habet, ſi fuerit eo puncto obducta pupilla; ſecus autem ſi non fuerit, aut ſi punctum hoc ſit in ima pupilla demerſum. Similiter ſi nigrum in albo oculi punctum inſit cùm obtegat, tamen vitium non eſt, quippe quod in album omnino vitium cadit nullum. Quod ſi cujus in pupilla punctum nigrum fuerit demerſum, hic quoque nomine דק appellatur: idem hoc punctum ſi pupillæ ſit obductum, quoniam nigrum hoc in pupilla quoque nigra inſit, non eſt vitium.

Cadunt in naſum iſta vitia tria: ſi naſus ſit perforatus vel ex uno latere: ſi fiſſus: ſi inciſus. VI. In naſum 3.

Sex iſta in os: ſi è labiis unum ſit perforatum: ſi inciſum: ſi diſciſſum; nempe ſi fuerit ab extremo uſque limbo diſciſſum ita, ut bipartiatur: ſi malæ ſuperioris os oſſe inferioris quantulumcunque ſuperatur. Si fuerit tumidum os, idque habitudine ac conſtitutione: nam ſi tumuerit ab aura, vitium non eſt: denique ſi de lingua multa pars ejus, quo ad loquendum uſus eſt, ſublata fuerit. VII. In os 6.

Genitalis ſunt vitia duodecim iſta. Si veretrum ſit ſuppreſſum, contuſum, abruptum, exectum: ſi ſuppreſſi, contuſi, abrupti, execti * ſint teſticuli; immo ſi horum unus. Si cui unus duntaxat exiſtat teſticulus, etiamſi ſunt ſacculi duo: ſi teſticuli duo uno & eodem continentur ſacculo: ſi quis eſt obſtructus: ſi quis ſit androgynus. VIII. In genitale 12.

Sunt à manibus & pedibus ſex iſta vitia: ſi quis claudicat: ſi cujus eſt luxatum femur; is enim à Lege שרוע nominatur. Si quis femorum unum altero procerius habeat: ſi cujus eſt fractum os proximum à manu ita, ut facilè cognoſcatur. Si cujus eſt fracta tibia ita, ut percipiatur: nam ſi nihil in ſtatu percipiatur, percipiatur in inceſſu, vitium eſt tamen. Si cujus ſint tumidi pedes natura videlicet ac conſtitutione: eoſdem ſi inflaverit aura mala, vitium non eſt. IX In manus & pedes 6.

Nam toto corpore funduntur quatuor iſta vitia: ſi quem tentat quamvis parum certæ cujuſdam ſcabiei ſiccæ: hæc eſt enim ea, quæ à Lege גרב dicitur. Si quis verrucam habeat eam, in qua inſit os: etenim hoc verrucæ genus à Lege poſitum eſt. Si quem tantillum impetiginis Ægyptiæ afficiat: hæc autem dura fuerat, fœdaque: atque hæc eſt ea, quæ à Lege ילפת dicitur. X. Corpore toto fundi 4.

Jam ſi ex manifeſtis oſſibus aliquod fuerit aliquatenus inciſum, vitium erit: namque hoc illud eſt quod à Lege חרוץ dicitur: coſtæ verò manifeſtis in oſſibus non numerantur. XI.

Præterea autem vitia numerantur tria: hæc ſunt ſi quis ætate ſit adeo confectus, ut ſtando vacillet, & tremat: ſi quem morbus attrivit, & vires ejus adeo debilitavit, ut con- XII. Denique 3. ſunt vitia à ſene-

VIII. *Sint teſticuli.* His enim quatuor modis cùm agni, tum vituli caprique caſtrantur in ſterilitatem teſte Philoſopho Hiſt. anim. lib. 9. cap. 5.

ctute morboque. tremiſcant artus. De animantibus autem lethaliter affectis homo eſt idoneus; pecus verò vitioſa: item & de animantibus, quæ per matrum latus in lucem fuerunt editæ, homo aptus eſt, pecus autem vitioſa.

XIII. Denique fœtidum eſſe pro vitio habetur: itaque ſacerdos ex immundo ſudore ſi puteret, lavabat, & corpus totum unguento perfricabat, atque ſacra obibat. Si fœditas odoris eſſet in ore, piper imponeret, aut zingiber, aut conſimile quid, & operaretur. Qui ſi operaretur cum ſudore putido, aut cum oris odore tetro, operationem profanâſſet itidem, ut reliqui omnes corporis vitiis affecti, quos ante diximus. ¶

CAPUT OCTAVUM.

ART. I. Vitia corporis, quæ temerarent ſolum hominē, fuiſſe 90. & cadere in caput 8.

OMNINO vitia corporis omnia, quæ temerant ſolum hominem numero ſunt nonaginta, quæ hîc ſigillatim deſcribuntur. Pertinent igitur ad caput octo hæc. Si medius vertex cavatus ſit ſic, tanquam fuerit manu depreſſus: ſi contra ſic extuberet, ut ſpeciem præbeat ovi: ſi ſinciput extremum ante vultum prominet quaſi malleus; ſi prominet occiput à cervice: ſi præ nimia latitudine caput utrinque prominet ita, ut ſit aptum collo caput, veluti ſuis extremum rapæ foliis: ſi cui tantùm obtigerit calvitium, ut ne unus quidem in toto capite pilus exiſtat. Nam cujus occipiti pilorum ſtriga ſit aure ab una ad alteram circundata, hic idoneus erit: contraque vitioſus is, cujus ſoli ſincipiti ab aurium una ad alteram pilus exiſtat, & reliquo capiti calvitium: & cujus caput circumcirca pilo ſit inſtructum, deſtitutum in medio, hic quoque calvus ſit, atque adeo vitioſus.

Cadunt in collum iſta duo: ſi quis collo fuerit ita depreſſo,

II. In collū 2. ut caput ejus humeris ipſis impoſitum eſſe videatur: rurſuſque ſi quis collo ſit ita procero, ut humeris exertum caput diceres. Quatuor

¶ B. Theodoretus Quæſt. in Lev. Omnia quæ ſacerdotem ſacris faciendis reddebant inhàbilem vitia corporis transfert ad animi vitia. „ Verbi gratia, inquit, „ oculorum occæcatio inopiam cognoſ- „ cendi ſignificat: auris amputatio inobedientiam: naris autem ablatio, facultatis diſcernendi privationem: manûs abſciſſio in agendo ſocordiam: hocque „ modo reliqua ſunt intelligenda.

Quatuor hæc in aures: ſi fuerint ambæ puſillæ: ſi fuerint adeo inflatæ, ut ſpongiam imitentur: ſi partes earum infimæ ſint pendulæ: ſi quid inter unius & alterius auris ſpeciem differat. III. In aures 5.

Superciliis accidunt iſta quinque. Pilis deſtitui, ſic enim affectus vocabulo גבן à Lege nominatur. Pilos eſſe adeo promiſſos, ut palpebris incumbant. Si unum omnino ſupercilium exiſtat, aut ſi exiſtant plura duobus. Si quid differat inter unum & alterum ſupercilium, ſeu quia pilus unius ſit prolixus, brevis alterius, ſeu quia pili ſint in uno nigri, albentes in altero, aut rubentes, id cùm inter unum & alterum ſupercilium interſit, vitioſus homo fuerit. IV. Superciliis accidere 5.

Sunt in palpebris iſta quatuor. Si pilorum eis nihil omnino fuerit: ſi fuerit eis nimia pilorum ſpiſſitas: ſi pili earum nimium inter ſe diſcrepent, ut ſi in earum una pili inſint nigri, & cani in altera, ut ſi pili fuerint in una rari, in altera denſi: porro ſi quis palpebras ex aliqua parte clauſas nunquam ſic aperit, ut cuncti ſolent homines. V. Palpebris 4.

In oculis undecim iſta: ſi fuerint ambo collocati ſuperiùs, quàm conveniat, non procul à fronte: ſi fuerint, quàm deceat, inferiùs: ſi fuerint ambo non leviter in longum deducti ſic, ut cuncti ſolent oculi, ſed omnino rotundi: ſi fuerint quodammodo expreſſi, id eſt, prominentes, veluti pardi ſunt oculi, & hominis cum indignatione mala intuentis: ſi fuerint tam magni, quàm vituli ſunt oculi: ſi fuerint tam parvi, quàm anſeris: ſi quis lacrymis ſtillaverit uſque: ſi per naſum ab oculi capite manat humor: ſi manat ab oculi cauda per tempora: ſi quis palpebras aliquatenus colligit ac comprimit tum, cùm aut lucem intuetur, aut attentius quidpiam aſpicere cupiat: ſi cujus oculi ſint tam perverſi, ut ſimul & ſemel atrium & cœnaculum cernat, cujus cognoſcendi ratio eſt, ſi dum ſermonem cum aliquo conferat, tum in alium intueri videatur: ſi oculorum unus ab altero diſcrepat vel ſitu, vel ſpecie; ut ſi colore nigro ſit eorum unus, miſto alter; ut ſi major altero ſit alter: nam quidquid in ipſis interſit vitium erit. VI. Oculis 11.

In naſo ſex iſta: ſi ſumma pars ejus ſit adeo depreſſa, tametſi ſatis etiam obſtet, quominus oculi ambo ſimul unà poſſint fuco oblini; hic enim eſt qui חרם à Lege nuncupatur: ſi media pars ejus nimium extuberet: ſi extrema pars ita dependeat, ut VII. Naſo 6. *Lev.* 21. 18.

ſtillare videatur : ſi partem in unam fuerit inflexus : ſi fuerit major ad comparationem reliquorum membrorum: ſi fuerit ad reliquorum membrorum proportionem minor : erit igitur ejus menſura digitorum minimus, quo ſi major ſit, minorve, vitium erit utique.

VIII. Labiis 3. In labiis hæc tria : ſi labiorum ſuperius ſit multò amplius inferiore, contraque ſi ſuperiore ſit amplius inferius : ſi præ laxitate os ſalivat.

IX. Ventri 3. In ventre hæc tria : ſi præpinguis ſit : ſi non ſit umbilicus depreſſus ita, ut ſolet, ſed foràs emineat : ſi mammæ ſic tanquam ubera mulieris ad ventrem ſint deciduæ.

X. Dorſo 3. In dorſo hæc tria : ſi contorta ſpina: ſi quædam è ſpina ſit elocata vertebra ſeu emineat foràs, ſeu penetret intus, ſeu ad alterutrum latus declinet : nimirum qui ſic eſt affectus gibboſus eſt : ſi cujus in dorſo inflata caro ſpeciem gibbi reddat, tametſi vertebra è loco mota ſit nulla, vitium erit utique.

XI. Manibus 6. In manibus ſex iſta : ſi quis digito redundet, ut ſex in utraque manu digitos habeat: nam ſi recíderet id, quo redundâſſet, idoneus evaſiſſet: nempe ſi os in illo nimio nullum ineſſet; quod ſi ineſſet, eo etiam reciſo, vitioſus homo manebat: ſi digitorum unus deficiebat : ſi duo fuiſſent digiti conſolidati præter commiſſuram ; quos ſi quis diſſecando commiſſurâ tenus ſeparâſſet, idoneus evaſiſſet : jam commiſſura dicitur prima illa, quæ eſt palma proximè ſuperior : ſi digitorum alij in aliis quaſi equitent: ſi caruncula promineat à pollice: ſi quis utatur ſiniſtrâ pro dextra ; nam qui utraque manu æquè utatur, idoneus eſt.

XII. Genitali 4. In genitali quatuor iſta : ſi ſcrotum fuerit tam amplum, & tam longum, ut ad poplites pertineat : ſi longitudo veretri pertineat ad poplites : ſi teſtes, hoc eſt, ſcrotum contritum fuerit : ſi ſcroto ventus inſit ; nimirum hic eſt ille, qui dicitur à *Lev.* 21. 20. Lege מרוח אשך

XIII Cruribus & pedibus 15. Quindecim iſta in cruribus & pedibus : ſi crurum fuerit ea curvatio, ut cùm ſit junctus pedi pes, poplites ſe ſe non attingant : ſi ſubductum eſt * verticulum : verticulum nunc dico os illud rotundum ſuper talo ſitum ad partem interiorem ; habet

XIII. *Verticulum.* Verticulum verbo per ſimilitudinem tranſlato Scriptor noſter appellat pedis os illud rotundum, quod eſt ſitum proximè ſuper talum ad partem interiorem. Id Latinis *malleolus pedis* dicitur.

enim formam verticuli, quo mulieres ad nendum utuntur: ſi talus ita retro extenditur, ut crus in medio pede poſitum eſſe videatur: ſi plantæ pedum in latitudinem pateant ſic, uti pedes anſeris, etiamſinon ſint tanquam anſeris pedes conſolidati: ſi caruncula promineat à pollice: ſi pes digito redundet, immo ſi digiti ſint in utroque pede ſex: atenim ſi recideretur id quod redundaret, idoneus homo evaſiſſet, ſi modò nullum in nimio illo os ineſſet: ſi pedibus digitorum unus deſit: ſi digitorum alij in aliis quaſi equitent: ſi digiti ſint ultra commiſſuram conſolidati; nam ſi aut ad commiſſuram tantùm ſint conſolidati, aut diſſecando ſint ſejuncti, idoneus erit homo: ſi in pede toto ſit æqualitas, ut pes quantum ad digitos, tantundem pateat ad talum, & quaſi præciſione quadam ſit exæquatus: ſi veluti falcula pes ſit contortus ita, ut digitata pars & talus imitentur arcûs extrema duo: ſi pes ſit concavus, ut ſi pes medius ſit à terra ſublatus cùm talus in ea digitique inſiſtant: ſi tali eundo ſe collidant: ſi eundo ſe collidant poplites: ſi quis ſit dextero pede captus.

Quatuor iſta corpore toto funduntur: ſi membra corpus magnitudine ſuperat: ſi rurſum corpus à membris magnitudine ſuperatur: ſi quis nimiæ ſit proceritatis: ſi quis contra pumilio ſit, id eſt, nimiæ brevitatis, adeo; ut cum reliquis hominibus diſcrepet. XIV. Corpore toto fundi 4.

In cute ſunt hæc octo: ſi quis ſit tam ater, quàm eſt Æthiops: ſi quis ſit tam albus, quàm eſt caſeus: ſi quis rubore ſit coccineo: ſi fuerint affectiones etiam mundæ, ut ſi cutis ſponte ſua ſit immutata, exempli cauſâ vitiligine: ſi commutata ſit re aliena, verbi gratia nota aduſtionis; nam & hoc quoque in affectionum mundarum eſt numero: ſi cujus in vultu verruca ſit, quæ magnitudine æquet monetam nomine Iſſar, aut etiam ſuperat: ſi cujus in facie verruca ſit pilis obſita, eademque non magnitudine par Iſſar, ſed quantulacunque: ſi quis ſit valdè toroſus, id eſt, ſi cui dependeat è corpore caro cute conjuncta, aut certè cutis humore prædita, id verò quacunque corporis parte extet, vitium erit. XV. In cute exiſtere 8.

Præterea autem iſta ſunt in homine vitia quatuor: ſi quis ſit captus auribus: ſi mente ſit inops: ſi comitiali morbo conflictetur quamvis longis intervallis: ſi quem aut ſemper, aut XVI. Præterea vitia in homine eſſe 4.

certis temporibus lymphat ſpiritus teter.

XVII. Sunt igitur vitia, quæ ſacerdotes temerabant centum & quadraginta hæc in univerſum. Octo in capite: in collo duo: in auribus novem: in ſuperciliis quinque: in palpebris ſeptem: in oculis undeviginti: in naſo novem: in ore totidem: in alvo tria: in dorſo totidem: in manibus ſeptem: in genitali decem & ſex: in pedibus viginti: in corpore toto octo: in cute totidem: in odore & corporis viribus ſeptem, quæ nos ſigillatim antehac deſcripſimus: illa verò propter offenſionem temerabant: ſi palpepræ eſſent depilatæ, quamvis pilorum radices inhærerent: ſi dentes eſſent adempti.

CAPUT NONUM.

ART. I. Laïcum, ſi ſacrificâſſet, morte eſſe multatum diviniùs.

HOMO alienus, ſi in Sacrario operaretur, cùm operatio ejus profanaretur, tum etiam meruiſſet; ut divina vis eum morte multaret: Eſt enim in Lege, *Quiſquis externorum acceſſerit, occidetur.* Atqui id auditione accepimus pœnam hāc ei demum irrogari, qui ad operandum acceſſerit, quod ne quis faciat Lex alio loco monet, *Alienigena non miſcebitur vobis.* Sed quis tandem erat alienus? Quiſquis non eſſet * ex ſtirpe Aaronis maſcula: nam quod Lex ita præcipit, *Et ordinabunt filij Aaronis, Et adolebunt illud filij Aaronis*, id hanc habet ſententiam, ut iſta faciant Aaronis filij, * non item filiæ.

Num. 1. 51. *Num.* 18. 5. *Lev.* 1: 18. & 3. 5.

II. Alienos de 4. omnino operationibus mortem illam meruiſſe.

II. Quamvis autem alieni monerentur, ne ſacris ullis operarentur, tamen de ſola operatione prorſus abſoluta mortem merebantur, non item de operatione illa, quam alia conſequeretur operatio, neceſſe foret. Etenim quatuor omnino de operationibus mortem merebatur homo alienus, de aſperſione, de adolendo, * de aquæ libatione ad tabernaculorum ſolemnitatem, & de libatione vini ſemper.

III. De aſperſione, ut ſi homo alienus templi penetralia, par-

ART. I. EX *ſtirpe Aaronis*. Ejuſmodi hominem ad conſuetudinem Eccleſiaſticam rectè *Laïcum* appellaremus.

Non item filiæ. In eundem modum præcipit Apoſtolus Epiſt. 1. ad Corinthios cap. 14. v. 34. *Mulieres in Eccleſiis taceant*, &c.

II. *De aqua libatione*, &c. Vide quæ hac de re dicta ſunt à nobis Tract. proximè ſuperiori ad articulum 6. cap. 8.

teſque exteriores aſperſerit victimarum ſanguine, aut quamcunque de præſcriptis ſanguinis aſperſionibus effecerit, aut etiam perfecerit aliquam earum aſperſionum, quas oporteat in hominis leproſi ſacrificiis procurandis effici, is mortem meruiſſet utique.

De adolendo enim ſi hoſtiæ membra, ſi plenum ferti pugillum, ſi thus in altari adoleverit; immo ſi victimæ membra, quæ non eſſent igni conſumpta, converterit ita, ut eorum acceleraret conſumptionem, mortem mereretur, ſiquidem id quod adoleverit oleæ magnitudinem exæquaret: item ſi aureo in altari ſuffimentum incendiſſet, mortem meruiſſet, ubi ex eo adoleviſſet ad oleæ magnitudinem. Nam qui ad ſolemnem Expiationum diem in Sancto Sanctorum ſuffimentum incendiſſet, hac de cauſa mortem non ante meruiſſet, quam plenum pugillum ſuum adoleviſſet. Hic eſt enim modus à Lege conſtitutus. IV.

Jam in altari ſi quis duo ligni ſegmenta compoſuiſſet, idem feciſſet, ac ſi hoſtiæ membra adoleviſſet, & morte multabatur: nam & * ligna ſacrificij genus eſt. Atque alienus ſi quid ſacri funderet, ſi quid miſceret, ſi quid concideret, ſi quid ſale aſpergeret, ſi quid * tollendo agitaret, ſi quid altari admoveret, ſi vel panes propoſitionis, vel thuris acerras in menſa diſponeret, ſi concinnaret lucernas, ſi ignem in altari accenderet, ſi plenum pugillum de ferto eximeret, ſi hoſtiarum ſanguinem exciperet, ea omnia profana erant quidem: ſed enim is, quoniam monitus erat ne quidquam iſtorum faceret, verberibus coërcebatur: mortem verò non merebatur ideo, quia iſtiuſmodi operatio non erat perfecta, ſed eam conſequebatur etiam alia operatio. V.

De certis operationibus haud abſolutis alienos homines verberibus multatos eſſe.

Nam ut homo alienus victimas jugularet licebat, etiam ſanctiores, ſive eæ privati hominis, ſive totius eſſent Eccleſiæ. Etenim quod in Lege eſt: *Immolabitque vitulum coram Domino, & offerent filij Aaron*, &c. id declarat tum demum operari ſacerdotes juberi, cùm victimæ fuerit exceptus ſanguis. Quin etiam hominibus alienis licebat pelle victimam exuere, ean- VI.

Ab alienis victimas jugulari, & exui pelle licuiſſe. Lev. 1. 5.

V. *Ligna ſacrificij genus eſt.* Vide notam, quam Tract. ſuperiori appoſuimus ad articulum 9. cap. 6.

I *Tollendo agitaret* De hac ratione ſacrorum agitandorum diligenter explicabitur Tract. 5. cap. 9. art. 7.

dem in partes diſſecare, tum ad altare ligna ferre: nam quod
Lev. 1. 9. à Lege de membris hoſtiæ dicitur, *Adolebitque ea ſacerdos ſuper altare*, id ſignificat tranſlationem membrorum ad collem. Nempe membrorum tranſlatio per ſacerdotes ut fieret, neceſſe erat; lignorum tranſlatio non item.

VII. Et candelabri lucernas accendi.

Item homines alienos candelabri lucernas accendere rectum erat. Itaque ſacerdos ſi lucernas diſpoſuerit, atque * foràs portaverit, eas homo alienus accenderet utique licebat.

VIII. Lev. 6. 10

Ad tollendos cineres ſacerdote opus erat: Eſt enim in Lege *Veſtietur tunicâ ſacerdos, & feminalibus lineis, tolletque cineres.* Quos ſi ſuſtulerit Iſraëlita, verberibus multaretur, non mereretur mortem, licet hanc operationem nulla alia conſe-
Num. 18. 7 queretur operatio. Nam iſta verba Legis, *Et miniſtrabit miniſterium doni*, ſatis declarant operationem donationis eſſe ſolius ſacerdotis, ad quam ſi acceſſerit homo alienus, eum mortem meruiſſe: de ſublationis autem operatione morte multandum fuiſſe neminem. Quin etiam cineres ſi dimoviſſet alienus ab altari interiori, & à candelabro, mortem non meruiſſet.

IX.

Si focum altaris alienus compoſuiſſet, idem diſſolveret, & ſacerdos eum rurſus componeret: nam alieni hominis compoſitio profana erat.

X. Quid pœnæ ſi ſacris eſſet operatus ſacerdos immundus, &c?

Quòd ſi ſacerdos immundus, aut corporis vitio temeratus, aut manibus & pedibus illotis in Sanctuario operaretur, de his ſolis operationibus pœnâ tenebatur, de quibus mortem merebatur alienus homo. Nam de reliquis operationibus comminatio duntaxat erat.

XI. Quid ſi quis eſſet ſacris operatus, cùm foret plures ob cauſas haud idoneus.

Sacerdos de die luſtratus, & piaculi indigens ſi rurſus inquinatus, idemque veſtibus ſacris deſtitutus, & illotis manibus & pedibus operatus ſit ſacris, ſingulis de cauſis iſtis ſeorſim pœnas ſolveret: alienus autem ſi ſic affectus ſacris ſit operatus, ſemel omnino verberibus multaretur de ſua videlicet perſona à divino miniſterio alienata.

XII. Quid ſi alienus ope-

Jam ſi homo alienus operaretur ſacris ſabbato * pœnas daret & de ſabbato violato, & de perſonæ alienatione. Itemque

VII. *Foràs portaverit.* Candelabrum enim, ut dictum eſt Tract. 1. cap. 1. art. 6. poſitum erat in Sancto, quò quidem venire licebat nemini, niſi ſolis ſacerdotibus, nec his quidem ipſis niſi tunc demum, cùm rem divinam faciebant.

XII. *Pœnas daret & de ſabbato violato.* Nempe ſolis ſacerdotibus concedebatur,

corporis vitio affectus ſi operaretur inquinatus, pœnas daret, & ob inquinamentum, & ob vitium. iando præcepta violâſſet multa?

XIII.

Quicunque ſacerdos idolum coluerat ſeu prudens, ſeu imprudens, porro in Sanctuario miniſtrabat nunquam, quamvis ſinceræ pœnitentiæ ſenſu fuiſſet ad puram religionem converſus; ſcriptum eſt enim, *Et non appropinquabunt ad me, ut ſacerdotio fungantur mihi.* Jam de cultu idoli, qui miniſtraverit illi, ut ſi fuerit ejus ſacrificulus, & qui illud adoraverit, confeſſus ſit, & Deum ſibi conſtituit, pariter temeratus erat in perpetuum. Hic igitur ipſe qui imprudens idolo miniſtraverit, imprudens illud adoraverit, aut confeſſus ſit, ſi per nefas poſthac Deo vero feciſſet, ſanè ſacrificium ejus non eſſet odoris ſuavis. Nam qui victimas idoli jugulâſſet imprudens, is ſi poſtea commiſiſſet, ut Deo vivo faceret, ejus ſacrificium ſuavis eſſet odoris, atque litaretur: neque enim idolo miniſtraverat ſacrificulus, ſed hoſtiam ejus jugulârat duntaxat, & idipſum imprudens: verùm enim hic idem, ſi res eſſet in integro, non operabatur ſacris.

Ezech. 44. 13.

Si quando idolum coluerat ſacerdos, porro eũ nunquam ſacris operari potuiſſe?

XIV.

Jam ſi quis prodendâ Lege extra Sanctuarium ædem feciſſet, in qua Deo ſacrificaret, omnino ædes iſta non fuiſſet ſimilis ædis idoli: verùm & qui in ejuſmodi æde ſacerdos ſacris eſſet operatus, deinde in Sanctuario operabatur nunquam. Et quæ vaſa in ejuſmodi æde fuerant in uſum rei divinæ adhibita, porro non adhibebantur in Sanctuario. Ac meâ quidem ſententiâ ſacerdos in hujuſmodi æde operatus, ſi poſtea in Sanctuario faceret, ſacrificium non temerâſſet.

Sacerdos ſi ſacrificâſſet extra Hieroſolymã, eum porro in templo Hieroſolymitano operari non licuiſſe?

XV.

Erant igitur homines ſacrificiis faciendis non idonei omnino duodeviginti iſti: idololatra, alienus, vitio corporis affectus, incircunciſus, immundus, de die luſtratus, piaculi indigens, lugens, ebrius, egens veſtibus, abundans veſtibus, obſitus veſtibus ſciſſis, qui erat capite nudo, qui non ante laviſſet manus & pedes, qui operando ſediſſet, cujus inter manum & utenſile aliquid interfuiſſet, cujus inter pedem & terræ ſolum quid interjectum fuiſſet, qui manu læva eſſet operatus, iſti omnes ad facienda ſacrificia non erant idonei. Qui ſi feciſſent, profanâſſent. Excipe iſtos, qui nudato

Quot erant omnino genera hominum, qui non eſſent ſacris faciẽdis idonei?

ut ſacris faciendis contra Legem de ſabbato committerent impunè, quâ de re Matthæus cap. 12. v. 5. alienis non item.

capite fuiſſet, qui veſtibus ſciſſis eſſet obſitus, & qui victimam idoli jugulâſſet imprudens: iſti ſi feciſſent, eorum operatio bona fuiſſet.

Finis tertij Tractatûs.



TRACTATUS IV.

TRACTATUS IV.
DE
REBUS ALTARI INTERDICTIS.

CAPUT PRIMUM.

JUBENTE præcepto ſancitum eſt, ut ſacrificia cuncta ſint integra & lecta: nam quod dicitur, *Immaculatum offeret, ut acceptabile ſit*, hoc videlicet præceptum eſt jubens. Si quis autem animantem vitio affectam altari dedicâſſet, is legem vetantem violâſſet, & verberibus adeo multaretur: dictum eſt enim, *Si maculam habuerit, non offeretis.*

ART. I. Cuncta ſacra oportuiſſe integra eſſe & lecta. *Lev. 22. 21. Ibid. v. 20.*

Nam hoc traditione habemus hac monitione caveri ne beſtiæ vitio affectæ dedicentur. Si quis igitur vel in pretium ejuſmodi beſtias dedicâſſet, verberibus multaretur: hoc enim eſt ſacra contemnere.

II. Vitioſa ne pretio quidem conſecrare licuiſſe.

Si quis cogitâſſet pacifica & dixiſſet holocauſta, contraque cogitâſſet holocauſta, & dixiſſet pacifica, dictum indictum erat, donec cogitationi congrueret ſermo. Quare ſi quis animantem vitio affectam holocauſtum dicere voluiſſet, & dicando pacifica pronuntiâſſet, rurſuſque pacifica voluiſſet dicere, & dixiſſet holocauſtum, etſi rem illicitam admittere voluiſſet, verberibus tamen non multaretur. Jam ſi cui videretur animantem vitio affectam altari dedicari licere, & dedicâſſet, cùm animans ritè dicata fuiſſet, tum homo verberibus non multaretur.

III. In rebus dicandis idẽ dicendum & cogitandum fuiſſe.

Si quis animantem vitio affectam ſacrificij nomine jugulâſſet, verberaretur, quia de vitioſis animantibus ſcriptum legitur, *Non offeretis ea Domino.* Atqui hoc quaſi per manus traditum eſt, admonitionem iſtam ad eum pertinere, qui animantem jugularet. Item & qui altare vitioſarum animantium ſanguine

IV. Quid pœnæ foret, ſi quis vitioſa ſacrificâſſet? *Lev. 22. 22.*

reſpergeret, verberaretur, eandem videlicet ob cauſam, quia de his in Lege eſt, *Non offeretis ea Domino*, quam admonitionem & ad reſpergentem ſpectare traditum eſt. Itemque ſi quis animantium vitioſarum exta in altari adoleret, verberaretur: nam
Lev. 22. 22 quod eſt in Lege, *Nec adolebitis ex eis ſuper altare Domini*, id videlicet adipes ſignificat. Ex quo cognoſcitur illud ſi quis animantem vitioſam primùm offerret, idemque deinde jugularet, tum ejus ſanguine altare aſpergeret, poſt ejus exta in altari adoleret, eum verberum multatione quater coërcendum fuiſſe.

V. Vitiū perpetuū juxta atque tēporale contamināſſe beſtiam. Deut. 17. 1.

Idem erat animantem perpetuo & temporali laborare vitio: in utraque offerenda contra legem committebatur, in qua ſcriptum videmus, *Non immolabis Domino Deo tuo bovem & ovem, in quo eſt macula.* Hoc enim monitum traditum eſt ſpectare ad animantem vitio affectam temporali, ut ſi quis pecudem offerret ſcabioſam, aut mentiginoſam, verberaretur.

VI. Nec Judæorum modo, ſed etiam gentilium victimas vitioſas ſi quis obtuliſſet, verberaretur: ſcriptum eſt enim, *De manu*
Lev. 22. 25 *alienigenæ non offeretis panes Dei veſtri ex omnibus iſtis.*

VII. Si quis ſacrum vitio affeciſſet lubens, eum pœnæ fuiſſe obnoxium. Lev. 22. 21.

Jam ſi quis ſacrum vitio contaminâſſet, ut ſi oculum victimæ excluſiſſet, pedemque reſcidiſſet, verberaretur: namque de ſacrificio ſcriptum videmus, *Omnis macula non erit in eo*, quo verbo caveri ne quis ſacrum vitio contaminaret traditione accepimus. Atque hac de cauſa verberaretur noxius tum videlicet, cùm ſtaret templum, quia enim animantem ad ſacrificium idoneam corrupiſſet: his autem temporibus licet contra legem prohibentem faceret, verberibus tamen non multaretur. Jam ſi quis ſacrum vitio contaminâſſet, tum & alius vitium vitio addidiſſet, corruptorum alter verberibus non multaretur.

VIII. Idem erat victimas Deo conſecratas, atque animalia, quæ * cum illis commutata fuiſſent vitio contaminâſſe: excipiuntur beſtiæ primogenitæ, & decimæ: ſi quis vitio contaminâſſet beſtias, quæ cum poſtremis iſtis permutatæ fuerint, non verberaretur; quia enim * iſtæ ſacrificio non erant idoneæ ſic,

VIII. *Cum illis commutata.* Hoc pertinet ad præceptum illud quod traditur Lev. 27. v. 9. & 10. *Animal autem quod immolari poteſt Domino, ſi quis voverit Domino, ſanctum erit, Et mutari non poterit, id eſt, nec melius malo, nec pejus bono. Quod ſi mutaverit & ipſum quod mutatum eſt, & illud pro quo mutatum eſt, conſecratum erit Domino.*

Iſtæ. Nempe beſtiæ, quæ cum animantibus primogenitis, ac decimis commutatæ fuerint: ſed totum hoc à Scriptore

ut ſuo loco explicabitur. Item & qui vitio contaminâſſet animantem * ordine nonam, quæ cum decima confuſa fuiſſet, is etiam non verberaretur.

Si quis beſtiam vitio contaminatam altari conſecrâſſet, ut verberaretur, beſtia nihilominus ſacra fuiſſet, quæ pro æſtimatione ſacerdotis redempta rurſus communis evadebat, pretium ejus in ſacrum impendebatur: eadem ratio tenebatur & in beſtia, cui jam ſacræ vitium aliquod obortum eſſet. Atque jubente Lege ſancitum eſt, ut beſtiæ ſacræ, in quibus vitium eſt exortum, pretio redimantur, communes fiant, atque comedantur: namque ſcriptum videmus, *Si autem comedere volueris, & te eſus carnium delectaverit*, &c. Atque hoc auditum habemus Scripturam hîc de animantibus ſacris, quæ temeratæ ſunt, præcipere, ut pretio redimantur. Jam Legis illud, *Animal autem immundum, quod immolari Domino non poteſt*, interpretandum eſſe de animantibus vitio affectis, quæ pretio redemptæ fuerunt in tract. de Æſtimationibus diſputavimus.

IX Beſtiæ vitioſæ altari ſacratæ pretium in ſacra impendendum fuiſſe.

Deut 12. 15.

Lev. 27. 11.

Quid autem differebat inter contaminatam perpetuo, & affectam vitio temporali beſtiam? Nempe ſi quis contaminatam perpetuo vitio beſtiam conſecrâſſet, eaque adhuc ſacra enixa eſſet, fœtus ejus redimebatur, atque communis evadebat quamvis eſſet integer, eam ob cauſam ne acceſſio magis auguſta, quàm ſors eſſet. Quæ ſi beſtia ante, quàm redimeretur,

X.

noſtro tract. תמורה cap 1. art 1. breviter explicatum viſum eſt hîc ſubjicere. „ Quodcunque, inquit, pecus commutatum fuerit cùm beſtia ſeu primogenita ſeu decima, id ſacrificabatur nunquam: namque de animali primogenito quidem ſcriptum videmus Lev. 27 v. 26. *Domini eſt*. Id verò auditum habemus primogenitum animal ipſum ſacrificari videlicet, non item beſtias, quæ cum animantibus primogenitis commutatæ fuerint. Jam eadem erat ratio beſtiæ decimæ ac primogenitæ: ita quæ cum iſtis fuiſſent commutatæ beſtiæ, hæ paſcerentur interea dum afficiebantur aliquo corporis vitio; tum deinde comedebantur. § Ea videlicet beſtia, quæ commutata fuiſſet cum animali primogenito, comedebatur à ſacerdotibus: & quod animal commutatum fuiſſet cum beſtia decima, id comedebatur à ſuo ipſius domino.

Ordine nonam. De beſtiis decimandis hoc ſcriptum videmus Lev. cap. ult. v. 32. *Omnium decimarum bovis & ovis, quæ ſub paſtoris virga tranſeunt, quidquid decimum venerit, ſanctificabitur Domino*. Quem verſum Rabbi Salomon Jarchi ſic illuſtrat. „ Quiſque cùm ſuas decimaret beſtias, per oſtium ſtabuli ſingulas deinceps emittebat, ac numero decimam virgâ miniata feriebat, ut à ceteris internoſceretur decima: atque hoc in agnis & vitulis cujuſque anni fiebat. Hactenus ille. Jam ſi uſu veniſſet, ut beſtia ordine nona confuſa fuiſſet cum decima ſic, ut diſcerni prorſus non potuiſſet, utramque ſacram eſſe habitam paſſim in Talmude traditur. Quæ cùm fuerint cognita ſatis intelligetur quid hoc loco Scriptor noſter ſibi velit.

fieret gravida, tum poſt factam redemptionem demum enixa eſſet, fœtus ejus communis fuiſſet. Eadem ſi moreretur ante factam redemptionem, poſt mortem etiam redimeretur. Etenim conſecrationis religio perfecta cadebat, non in corpus ejus, quæ perpetuo vitio contaminata erat, beſtiæ, ſed in pretium. Cùm verò beſtia conſecraretur aut vitio affecta temporali, aut integra, atque poſt dedicationem oboriretur vitium perpetuum, ſi moreretur beſtia priùs, quàm pretio redempta fuiſſet, perinde ut integra reliqua ſacra humaretur, quia enim iſtam * ſacerdoti ſiſti oportebat, atque ab eodem æſtimari ſic, ut tract. de Æſtimationibus explicatum eſt. Sin necdum redempta jugularetur, redimeretur etiam dum moribunda tremebat, & poſtea demum eam comedi licebat: ſin peperiſſet, fœtus ejus immolaretur. Sin gravida facta eſſet ante redemptionem, & poſt redemptionem enixa, & fœtus interdiceretur, nec redimeretur. Quid igitur eo faciendum erat? Nempe proximè ad redemptionem matris de integro fœtus ejuſdem ſacri religione obligandus erat, ut pote qui per religionem matris immolari nequibat, quippe cùm ortus eſſet ex pecore religione conſecrato, ſed quæ religio ſublata, abrogata fuiſſet.

XI. Pleraſque victimas propter vitium pretio redemptas in macello divendi licuiſſe.

Omnino omnes victimas, quæ poſtquam profanatæ fuere, redemptæ eſſent, in macello jugulari licebat, atque divendi, & quidem per fruſta libraria, veluti cuncta profana pecora. Excipiebantur animantes primogeniti, atque decimi, quorum pretium augeretur, ſi venderentur in macello. Reliquorum enim ſacrorum pretium ad Sacrarium redibat, ſiquidem redacto inde argento emebatur alia pecus, quæ immolaretur: quapropter hæc in macello tanquam profanæ pecudes venibant: animantis autem primogeniti, item & decimi, quia pretium ad Sacrarium non redibat: ſed ſi, quemadmodum alio loco explicabitur, vitio afficerentur, comedebantur, idcirco nec eos in macello jugulari, nec divendi licebat. Quin etiam

X. *Sacerdoti ſiſti.* Hoc expreſsè præſcriptum eſt Lev. 27. v. 11. *Adducetur ante ſacerdotem* : 12. *Qui dijudicans utrùm bonum an malum ſit, ſtatuet pretium.* Jam Scriptor noſter tract. de Æſtimationibus cap. 8. tradit ſtante templo בית דין Conſilium ad diem decimam quintam menſis Adar inquiſiviſſe in ea, quæ fuerant Deo ſacrata: quorum quæ oportebat pretio redimi æſtimanda fuiſſe à tribus æſtimandi peritis, ſi mobilia forent: ſin fundus eſſet, eum æſtimandum ab hominibus decem æſtimandi peritis, quorum unus eſſet ſacerdos, qui nominatim à Lege ſacrorum judex & æſtimator conſtituitur.

ſi quis animantis primogeniti pretium conſecrâſſet ad reficiendum templum, tamen in macello per fruſta libraria non divenderetur: nemo enim conſecrare poterat, niſi quod ſibi adquiſitum eſſet omni modo.

CAPUT SECUNDUM.

OMNINO vitia omnia, quæ hominem æquè ac pecudem temerabant, quinquaginta fuere, quæ paulò ſupra recenſui. ART. I.

Præterea autem erant vitia quædam propria pecudis, quæ non pertinebant ad hominem, iſta fuerunt numero viginti tria. Si pecudi foret orbis oculi tam rotundus, quàm eſt hominis. Si oculorum unus tam magnus, quàm vituli, alter eſſet tam parvus, quàm eſt anſeris: nam de auribus ſi longa eſſet una, altera adeo brevis, ut dimidia parte minor exiſteret, idonea tamen erat. Si in albo oculi verruca exiſteret crinita. Si loco patenti perforata eſſet pellis ea, quæ inter nares interſit ita, ut pecudis os ſimile eſſet ori protenſo ſuis, tametſi acutum item ut veru non erat. II.

Propria pecudũ vitia 23. Quot eorum in oculis atque in reliqua facie?

Si dentes ejus adverſi eſſent perforati, ſi fracti, licet aliquid ex ipſis etiam reſtaret, ſi inciſi: ſi evulſi fuiſſent ejus dentes intimi; namque beſtia dum os aperiebat, & vocem emittebat, ipſi deeſſe dentes iſtos apparebat. III.

Quot in dẽtibus?

Si fuerint adempta cornua ſimul cum * eorum virilitate, nec omnino quidquam ex cornibus ſupereſſet: nam femina beſtia ſi cornua haberet, tamen erat idonea: ſi beſtiæ eſſet perforata cutis ea, quæ penem obtegit: item ſi eſſet beſtiæ feminæ pudenda pars perforata: ſi caudæ fuerit os aliquod perforatum; non item ſi foramen inter vertebras intereſſet: ſi extrema cauda diviſa eſſet in partes duas, quarum in utraque os ſuum in- IV.

Quot in cornibus & in partibus genitalibus?

IV. EOrum *virilitate*. Totus hic locus continetur Tract. Talmudico illo, qui בכורות inſcribitur cap. 7. fol. 41. pag. a. Ibi Rabbi Salomon Jarchi. „ Dicitur, inquit, *cornuum virilitas* os „ illud quod eſt inſertũ in media cornua. Nimirum habet os illud totas cornuum vires. Addit ibidem idem hic Interpres. „ Dici quoque *ungularum virilitatem*, (de qua noſter aget articulo proximè ſequenti) „ Os illud quod mediis ungulis „ ineſt, (quod appellatur planta pedis.) Etenim & illud os totius pedis eſt robur & firmamentum.

eſſet: ſi inter unam & alteram vertebram caro intereſſet ad magnitudinem tranſverſi digiti: ſi cauda eſſet decurtata; ac in hœdina quidem cauda ſi eſſet una duntaxat vertebra, vitium erat; ſin duæ, bene habebat: in cauda autem agnina longitudo duarum vertebrarum vitioſa erat, trium verò bona. Jam ſi cauda hœdina foret tam mollis, atque languida, quàm eſt porci, idque propter fractum os aliquod: nam propter fractum aliquod os è coſtis non minùs erat idonea victima, eam ob rem quia vitium hoc apertum non erat.

V. Quot in pedibus? Si pedes haberet quinos aut trinos tantùm: ſi * pedum anteriorum unus aut poſteriorum ad ungulam eſſet tam rotundus, quàm eſt aſini, licet ungula eadem fiſſione eſſet diviſa: ſi ungula pedis anterioris aut poſterioris ſolida eſſet ſic tanquam aſini: hoc eſt enim quod à Lege קלוט dicitur: ſi eſſent exciſæ ungulæ ſua * cum virilitate ſimul, etiamſi ex hac virilitate quid proximè ad carnem relictum fuiſſet.

VI. Quid ſi ejuſmodi vitiū oboriretur beſtiæ ſacratæ? Atque in annumeratis pecudum vitiis ſeptuaginta tribus unumquodque impediebat quominus beſtia eſſet ad ſacrificium idonea. Et ſi quod eorum oboriretur beſtiæ, quæ integra rei divinæ fuiſſet ſacrata, redemptione communis fiebat. Non erat eadem ratio beſtiæ ætate confectæ, morbo languidæ, pædore obſitæ: hæ ſi non erant ad ſacrificium idoneæ, tamen non redimebantur: ſinebantur autem paſci interea, dum aliud in ipſis exoriebatur vitium perpetuum, ac tum denique pretio redimebantur. Item beſtia rei divinæ ſacra, in qua vitium temporale eſſet exortum, nec immolabatur, nec redimebatur pretio.

VII. Vitia tēporalia 4. homines æquè & beſtias temerâſſe. Vitia temporalia quatuor erant in homine æquè & brutis animantibus: en illa. Scabies viridis: impetigo, quæ * ab Ægyptia differret: ex oculo diſtillans aqua, ſed non continenter: & cœcitas item non perpetua.

VIII. Porro propter quaſdā Præterea ſunt etiam quatuor morborum genera, quorum aliquo ſi beſtia laboraret, ea non immolabatur propterea quòd

V. *Pedum anteriorum.* Quadrupedum animantium pedes anteriores paſſim ab Hebræis ידים vocantur, quod ad verbum eſt *manus*: id etſi divinare non eſt adeo difficile, tamen notandum putavi, quia in Lexicis minùs reperire licet.

Cum virilitate. Vide notam in articulum proximè ſuperiorem.

VII. *Ab Ægyptia differret.* Namque fuit Ægyptiorum plaga quinta certum impetiginis genus, quod Exod. 9. v. 10. ita deſcribitur. *Factaque ſunt ulcera veſicarum turgentium in hominibus & jumentis.*

hæc quidem certè optima non eſſet, & ſcriptum videamus, *Quidquid præcipuum eſt in muneribus, quæ voviſtis Domino.* Genera illa morborum ſunt, ſi verruca in albo oculi eſſet, & ea pilis deſtituta: ſi cornua fuiſſent exciſa, licet ex horum virilitate aliquid proximè ad carnem reſtiterit: ſi dentes interiores fracti forent: ſi forent ſucciſi. Horum aliquid cùm in victimis inveniretur, nec immolabantur, neque redimebantur, ſed tamdiu paſci ſinebantur, dùm aliud in ipſis vitium enaſceretur. Quanquam meâ quidem ſententiâ ſi quis eas ſic affectas immolâſſet, Deo ſatis gratæ fuiſſent. affectiones victimas non fuiſſe immolandas. *Deut.* 12. 11

IX. Eadem ratione victima, in qua fuerit ſcelus admiſſum aliquod, quæque necarit hominem, ſiquidem id confirmaretur unius duntaxat teſtimonio, aut confeſſione domini, nec immolabatur donec perpetuum in ipſa vitium eſſet exortum.

X. Jam beſtia, quam invaſiſſet aliquis morborum lethalium, propter quos pecus omnis habetur eſu nefas, utique ab altari prohibebatur. Nimirum de ejuſmodi animante ſcriptum legitur, *Offer illud duci tuo ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam.* *Mal.* 1. *v.* 8. Hæc igitur beſtia quanquam ad ſacrificium apta non erat, non redimebatur tamen. Neque enim animantes ſacræ in canium cibaria redimebantur, ſed paſcebantur dum mortem occumbebant, atque humabantur.

XI. Jam cùm victima, poſtquam jugulata fuit, inveniebatur lethaliter affecta, tum verò eam igni cremari oportebat. Et cui partium corporis interiorum aliqua defuerat, ut ſi renum alter deſideraretur, aut ſplen, tametſi lethaliter affecta non erat, tamen ab altari prohibebatur, ignique cremabatur. Etenim iſta victima non habebatur eſſe vitio temerata, quia interiore parte corporis carere vitium non erat: verùm nihil omnino immolandum, quod parte conveniente careret, ſiquidem ſcriptum legitur, *Immaculata offeretis omnia.* Jam ſi qua parte victima abundaret, perinde erat, ut ſi careret. Quare ſi qua renes haberet tres, ſplenes duos, temerata foret. *Num.* 28. 13

XII. Jam cœcitas dicitur perpetua, ſi toto dierum octoginta ſpatio beſtia nihil cernit. Namque hoc temporis ſpatio ter advertendum erat, die viceſima ſeptima ex quo fuerat animadverſa cœcitas, die quinquageſima quarta, die octogeſima. Quæ ſi beſtia interea temporis vidiſſet aliquid, totidem dies nume-

randi erant ex quo rurſus videndi ſenſus defeciſſet.

XIII. Ex oculis beſtiæ diſtillans aqua tum denique cognoſcebatur eſſe perpetua, cùm ab Kalendis menſis Adar ad Idus Niſan herbis viridibus beſtia, & ſiccis ab Kalendis Elul ad Idus Tiſri paſta non convaluiſſet.

XIV. Tribus igitur menſibus quotidie beſtia ex herbis viridibus & ſiccis ſuo quibuſque tempore edebat ad magnitudinem fici, aut eo plus, idque ante primum paſtum, poſt potum. Porro autem neceſſe erat, ut dum paſcebatur ſoluta eſſet in agro, nec verò eſſet ſola, ſed cum alia ſui generis beſtia, quacum ſimul mugiret. Hæc enim ſi facta fuiſſent omnia, nec tamen beſtia convaluiſſet à morbo, morbus haud dubiè perpetuus erat. Sin omiſſum erat ex his aliquid, dubius erat etiam morbus, adeoque beſtia neque immolabatur, nec pretio redimebatur.

XV. Ut ſi ex præſcripto virides herbas menſe Adar toto, & dimidio menſe Niſan comederit, reliquoque dimidio menſe Niſan, & toto menſe Iier ſiccas herbas, tribus videlicet continuis menſibus: ſi ex herbis comederit quidem ad magnitudinem fici, ſed poſt paſtum, aut ante potum: ſi ligata fuiſſet, ſi ſola, ſi in hortulo propiùs ad urbem ſito, addubitabatur etiam, utrùm morbus eſſet temporalis, an perpetuus. Ergo ſi quis ejuſmodi beſtiam alio vitio affeciſſet, non verberaretur. Nam quæ ex præſcripto herbas ſuo tempore comediſſet, nec ſanata fuerit, hæc ſane vitio laborabat perpetuo.

XVI. Id etiam dubium erat, utrùm retro ab eo uſque tempore quo vitium acciderat, an ex quo de ſanitate deſperatum eſt, beſtiam perpetuo laborare vitio judicandum eſſet. Quare ſi quis eam ante quàm de ſanitate deſperatum erat pretio redemiſſet, tum poſt ſanitatis deſperationem eo pretio uſus fuerit, ambigebatur utrùm ſacris prævaricatus eſſet: nec verò de prævaricatione ſacrificium offerret, ut ſuo loco explicabitur. ¶

¶ Cõmodè de his dixit Philo Judæus lib. de Victimis. „ Requiruntur autem integra hæc omnia, illæſa partibus omnibus, & maculis etiam nævisque carentia. „ Tantâ enim cautelâ utuntur in hoc negotio & qui offerunt victimas, & ipſi ſacrifici, ut probatiſſimi ſacerdotum, peritiſſimique ab extremis pedibus exorſi per totum corpus inquirant quæ ſunt „ conſpicua ne ventre feminibuſque celetur vel minima labecula. Adhibetur autem hæc cura non propter victimas, ſed ut ſine omni culpa ſint qui eas mactandas offerunt. Submonentur enim his ſymbolis, ut quoniam accedunt altaria vel nuncupaturi vota, vel reddituri, nullum vitium, nullumque morbum afferant in anima: ſed conentur omnino

CAPUT TERTIUM.

Art. I. Volucres mares & feminas promiſcuè immolari. Lev. 22. 19. Quænam in eas cadebāt vitia?

OMNINO vitio non temerabantur volucres: Et harum mares & feminæ uno & eodem loco habebantur. Neque enim præcipitur, *Maſculus immaculatus*, niſi de quadrupedibus ſolis. Sic erat enim de vitiis avium minutis: verùm ſi volucri totum exaruiſſet corpus, aut oculus eſſet effoſſus, abſciſſuſve pes, ab altari prohiberetur: nihil enim immolandum, quod parte ſui careret. Similiter cùm eſſet exortum in volucri vitiorum aliquod eorum, quæ *lethaliter afficiunt, & propter quæ habetur volucris eſu nefas, item in ſacrificium temerabatur.

II. Lev. 14. 30. Turtures & pulli columbæ quãdo & quandiu eſſent ad ſacrificium idonei?

Non erant ad ſacrificium idonei turtures parvi, & columbarum * pulli grandiuſculi quoque ad ſacrificium non erant idonei. Namque his vocibus, *Turturem ſive pullum columbæ offeret*, hæc eſt ſubjecta vis. Itaque neutri erant ad ſacrificium idonei, cùm primùm plumæ verſicolores in collo rutileſcebant. Sed quod tandem ad tempus pulli columbæ erant ad ſacrificiũ idonei? Nempe interea dum replebatur ſanguine locus ſi foret * evulſa penna. Et turtures incipiebant eſſe ad ſacrificium idonei, ex quo tanquam inauratas alas habere viderentur.

III. Animantes androgynos & obſtru-

Animantes obſtructi atque androgyni, quanquam non eſt vitium iſto majus, tamen alia de re ab altari prohibebantur: nempe quia dubium erat eſſentne mares, an feminæ, pro-

no nitidam & immaculatam in conſpectum Dei producere, ne viſam averſetur. Porro Bochartus exquiſitâ vir doctrinâ Tom. I de Animalib. lib. 2. cap. 33. id hac de re notatu ſanè dignum litteris prodidit. „ In Ægypto ſacerdos ad id „ conſtitutus, ſingula ſcrutabatur pecu- „ de tam erecta & ſtante, quàm reſupi- „ nata: Quo facto ſi perfectam & ab „ omni vitio immunem repererat, eam „ notabat byblo cornibus alligato, & „ applicita terra ſigillari cum annulo „ ſuo impreſſo. Alioquin enim pecudem „ ἀσφράγιστον immolare credebant tum „ grande nefas, & morte piandum. Tale „ eſt quod notandum dicit Plinius non „ litare vitulum c'audicantem, nec alie- „ nâ hoſtiâ Deos placari

ART. I. L*Ethaliter afficiunt.* Vide notam, quæ Tract. ſuper. poſita eſt ad art. 7. cap. 6.

II. *Pulli grandiuſculi.* Hac de re ita differit B. Theodoretus Quæſt. in Leviticum. „ Columbas jam adultas mactari minimè conſtituit, propterea quòd „ ejuſmodi animal ſit ad coëundum caliſſimum: ſed harum pullos adhuc „ ſimplices & innoxios, qui copulam „ necdum ſenſerunt.

Evulſa penna. Hebraïcè eſt עוקר כנף ubi כנף non eſt *ala*, ſed *penna*: totum videlicet pro parte ponitur.

ctos ab altari fuiſſe prohibitos *Lev.* 22. 19. & 4. 32. ptereaque tanquam alterius cujuſdam erant generis. Atqui de ſacrificiis ſcriptum videmus, *Maſculus immaculatus : Feminam immaculatam*, cujus ſententia eſt, ut certus maſculus, aut certa femina ſit. Qua de cauſa & volucris obſtructa, aut marifemina ab altari prohibebatur.

IV. Prohibita fuiſſe altari animalia bigenera, &c. *Lev.* 22. 27. Item prohibebantur altari animantes in quibus naturarum diſparia confuſa eſſent genera, & qui per matris latus fuiſſent in lucem ingreſſi, quique eſſent temporis indigentes, ut nullo alio vitio laborarent: Nam quod dicitur, *Bos, ovis, & capra*, hujus ea vis eſt, ut quæque ſpecies diſtincta ſit ſeorſim, nec animal ex diverſis naturis, capræ verbi gratia & ovis, ſit concretum: additur autem, *cùm genita fuerint*, ad excludendos animantes, qui per matris latus in lucem fuerint ingreſſi: ſequitur, *ſeptem diebus erunt*, (*Ibidem.*) quibus verbis excluduntur ea animalia, quæ temporis indigent: ſequitur, *ſub ubere matris ſuæ*, (*Ibidem.*) quo quidem verbo excluditur etiam animal orbum, quod poſt jugulatam matrem eſſet enatum.

V. Prohibita fuiſſe altari beſtias figuram alienam mentientes. Et quodcunque animal figurâ & ſpecie conſimile fuerat animanti alterius generis, item ab altari prohibebatur, ut ex duabus naturis concretum non fuerit: ut ſi ovis eſſet enixa fœtum, cujus eſſet figura capræ conſimilis, contrave capra foret enixa fœtum, qui ſpeciem haberet ovis. Qui licet quibuſdam rebus internoſceretur, ſiquidem figura erat animantis alterius generis, nihilo magis erat ad rem divinam idoneus, quam qui perpetuo vitio laboraret animans: neque enim vitium perpetuum ullum ſpecie mentita majus eſt.

VI. Prohibita fuiſſe altari animalia venere humano turpificata, aut pro numine culta. *Lev.* 22. 25. *Gen.* 6. 12. *Exo.* 32. 7. Similiter ſi mulierem ſubegiſſet animans, contraque à viro ipſa ſubagitata fuiſſet; ſi fuiſſet ad idoli cultum deſtinata: ſi fuiſſet ipſa pro numine culta, cùm ad veſcendum concederetur homini, nihilo ſecius ab altari prohibebatur, quoniam ſcriptum videmus, *Quia corrupta, & maculata ſunt omnia*, cujus loci iſta vis eſt, ut quidquid ſit corruptum ab altari prohibeatur. Atqui de flagitio illo ſcriptum legitur, *Omnis quippe caro corruperat viam*. Et de idololatria item ſcriptum eſt, *Corruptus eſt populus tuus*. Porro ſi quadrupes aut volucris hominem necâſſet æquè ac ſuperiori flagitio contaminatæ, ab altari prohibebantur.

VII. Mercedem Ac mihi quidem ita videtur, quaſcunque modo demonſtra-

vimus animantes ab altari fuiſſe prohibitas, has omnino ad ſacrificium non fuiſſe idoneas: verumtamen ſi quis eas immolâſſet, eum ex Lege non fuiſſe multandum verberibus, ea re, quia harum interdictio planè & apertè explicata non eſt. At * proſtibuli merces, & * pretium canis ab altari prohibebantur, & ſi quis aut alterum eorum obtuliſſet, aut ambo ſimul, ſemel verberum multatione coërceretur: ſcriptum eſt enim, *Non offeres mercedem proſtibuli, nec pretium canis.* Quid igitur cauſæ erat cur ſi quis ſimul ambo obtuliſſet, ſemel tantùm verberum multatione coërceretur? Quia videlicet uno vetito comprehenduntur ambo.

proſtibuli, & pretium canis ab altari fuiſſe excluſa.

Deut. 23.18

VII. *Proſtibuli merces.* Hoc præceptum ſubtiliter, ut pleraque omnia, Philo Judæus explicat diſputatione de Mercede meretricis non accipienda in Sacrarium.
,, Egregium, inquit, præceptum extat in
,, ſacro Legum codice non decere mere-
,, tricis mercedes inferri in ædem Deo ſa-
,, cratam feminæ formam florentem ven-
,, ditantis, & vitā probroſā profeſſæ quæ-
,, ſtûs gratia: quod ſi mulieris amatorib⁹
,, ſuis obſequentis profana ducuntur mu-
,, nera, quantò magis ſcortantis animæ,
,, quæ ſe proſtravit conſtuprandam vino-
,, lentiæ, gulæ; voluptatum ſtudio, am-
,, bitioni, avaritiæ, aliiſque vitiis innu-
,, meris, quorum maculæ an unquam e-
,, lui poſſint neſcio.

Pretium canis, &c. Canis haud dubiè obſcœnum eſt animal. Quid eſt enim tam fœdum, fœtidumque, quo non veſcatur canis? Cadaverum carne mirificè delectatur: lingit ulcerum ſaniem: quod evomuit, reſorbet. Itaque inprimis habetur immundus, atque à Scriptoribus profanis juxta, & ſacris porco fere par adjungitur. Horatius enim Epiſt. ad Lollium de Uliſſe ita canit,

Vixiſſetque canis immundus, vel amica luto ſus.

Idem Epiſt. ad Jul. Florum,

Hâc rabioſa fugit canis, hâc lutulenta ruit ſus.

Et lib. 4. Tibulli.

Caniſque ſæva, ſuſque ligneo tibi
Lutoſus adfricabit oblitum latus.

Jam Eſaïæ 66. v. 3. *Qui mactat pecus quaſi qui excerebret canem, qui offert oblationem quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat.* Matth. 7. v. 6. *Nolite dare ſanctum canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos.* Et Epiſt. 2. Petri Apoſtoli cap. 2. v. 22. *Canis reverſus ad ſuum vomitum, & ſus lota in volutabro luti.* Ex quibus ſatis intelligitur quid ſit, quòd canis itidem, ut ſpurciſſimus animantium porcus altari Dei prohiberetur. Quid verò? Quid tandem cauſæ erat, cur & pretium canis etiam vetitū ſit Deut. 23. 18. Deo offerri? Id erat ſcilicet: Iſraëlitæ, cùm daretur eis divina Lex, paucis ante diebus Ægypto exceſſerant, ubi canis impenſè colebatur.

Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam.

Exclamat Juvenalis ſub initium Satyræ 15. in qua proſequitur

——————— qualia demens
Ægyptus portenta colat?

Memini me legere apud Herodotum felis cùm ſit per ſe ipſe mortuus in Ægyptiorum ædibus, earum incolas radere ſupercilia ſola: ſin autem canis ſit emortuus in ædibus, earum incolas abradere caput & totum corpus. Porro feles Bubaſti ſolùm; canes autem per omnem Ægyptum aromatis condiri, atque in locis ſacris ſepeliri. Accedat eò, quòd ſummus Ægyptiorum Deus Anubis caput haberet caninum. Hinc Virgilius Æneïd. 8.

Omnigenumque Deûm monſtra, & latrator
Anubis.

Hinc Propertius lib. 3. in Cleopatram ſic invehitur.

Auſa Jovi noſtro latrantem opponere Anubin.

Hinc & Hebræi vocant Anubin הנובח quod ad verbum eſt latrator. Hæc, ut mihi quidē videtur, cauſa fuit, cur præ cunctis animantibus quamvis immundis prohiberetur ab altari non canis modò, ſed & ipſius pretium, hoc eſt, omne animal aliàs ad rem divinam idoneum, quod cum

VIII. Prohibita fuiſſe altari animalia temporis indigentia. *Lev.* 22. 27

Jubendo ſancitum eſt, ut cunctæ victimæ octavo die demum, ex quo natæ erant, atque deinceps immolarentur, ſcriptum eſt enim, *Septem diebus erit ſub ubere matris ſuæ, die autem octavo & deinceps offerri poterunt Domino.* Atqui per ſeptem dies univerſos fœtus dicebatur temporis indigens: animans enim temporis indigens * ab altari prohibebatur: verùm ſi quis eam per nefas immolâſſet, neutiquam multaretur, quia enim vetitum iſtud è juſſo ducitur: ſacrificium verò non erat Deo acceptum.

IX. Turtures ante, quàm præfinitum tempus attigerant, qui quidem ſimiles erant quadrupedibus temporis indigentibus, & pulli columbæ, qui tempus præfinitum tranſegerant, pro vitioſis animantibus putabantur. Atenim hos ſi quis immolâſſet, verberibus non multaretur: ſed factum ex his ſacrum nec idoneum erat, nec Deo acceptum.

X. Si quis igitur animantem obſtructum, androgynum, lethaliter affectum, ex diverſis naturis concretum, vel eum, qui per matris latus in lucem erat ingreſſus, altari conſecrâſſet, idem feciſſet, ac qui ligna, lapideſque conſecrâſſet, quippe quòd conſecratio non cadebat in corpus ipſorum. Etenim ipſi ad omnes uſus profani manentes divendebantur, & redacto inde argento quodlibitum erat ſacrificium coëmebatur. Nec verò iſti pro animantibus vitio temeratis habebantur, quorum ex genere quidem certè ſacrificium fieri licebat. Si quis autem pecudem eam, quæ mulierem compreſſerit, aut à viro compreſſa ſit, quæ ad falſi numinis adorationem deſtinata, aut ipſa pro numine ſit adorata, quæ merces fuerit proſtibuli, aut canis pretium, illam ſi quis altari conſecrâſſet, idem feciſſet, ac ſi animantem temporali vitio temeratam conſecrarit, quæ paſci ſinebatur dum vitio perpetuo temerata redimeretur. Et ſi quis animantem temporis indigentem conſecrâſſet, idem feciſſet, ac ſi conſecrâſſet animantem temporali vitio temeratam, verberibuſque, ut ſupra demonſtratum eſt, non multabatur.

XI. Animantes igitur, quæ ab altari prohibebantur ad quatuordecim occurrunt, quas hîc ſubjici volumus. Quæ vitio erat

cane mercandi cauſâ commutatum erat: ſic enim verbum hoc *pretium*, & noſter, & Paraphraſtes Chaldaïcus interpretantur.

VIII. *Ab altari prohibebatur.* Hujus rei cauſam hanc affert Majemonides cap. 46. 3. partis DOCTORIS PERPLEXORUM, quòd ante, quàm id tempus exegit animal, ſit in genere ſuo prorſus imperfectum, atque abortivo ſimile.

temerata: quæ non erat ſelecta: quæ partium interiorum aliquâ carebat: lethaliter affecta: ex diverſis naturis concreta: per matris latus in lucem ingreſſa: quæ mulierem compreſſerat: quæ fuerat à viro compreſſa: quæ necarat hominem: quæ pro numine culta fuerat: quæ fuerat deſtinata ad cultum vani numinis: quæ fuerat proſtibuli merces: quæ canis erat pretium: XII.
quæ temporis erat indigens.

Ex his animantibus ab altari prohibitis quantavis paucitas contaminabat: ut ſi earum vel una commiſta fuiſſet aliis decem millibus animantibus, omnes omnino contaminarentur, atque ab altari prohiberentur. Rurſus harum ipſarum fœtus ad altare admittebantur. Excipitur tamen fœtus animantis, quæ fuerat à viro compreſſa, & quæ pro numine culta, aut ad vani numinis cultum eſſet deſtinata, & quæ hominem occidiſſet. Ha- XIII.
rum fœtus æquè, ac ipſæ ab altari excludebantur.

Nempe ſic erat ſi jam tum prægnans erat animans, cùm vel tetro illo flagitio pollueretur, vel hominem occideret: fœtus enim quoniam cum ipſa erat, ubi contaminata fuit, pro partium ejus una putabatur. Nam ſi poſt commiſſum flagitium, poſt hominem occiſum denique facta fuerit gravida, fœtus ejus ad altare utique erat idoneus, etſi poſt conſecrationem fuerat ab homine polluta, tum poſtea evaſerat gravida. Etenim animantis ejus, quæ communis adhuc coïtu hominis contaminaretur, tum poſtea denique conſecraretur, atque gravida fieret, fœtum fuiſſe ad altare idoneum ne dici quidem neceſſe eſt. Eademque ratione pullus excluſus ovo, quod volucris le- XIV.
thaliter affecta genuerat, ad altare erat idoneus.

Si quis ſegetem adoraviſſet, fruges ab ea nihilo ſecius ad dapes ſacras erant idoneæ, quoniam eſſet rerum facta commutatio, ac ſimiles fuiſſent fœtibus animantium ab altari excluſarum, qui nihilominus ad altare admittebantur. Et ſi quod pecus ſaginatum fuerit viciâ, quæ fuerat ad idoli cultum adhibita, illud ad altare tamen erat idoneum, propterea quod rerum XV.
eſſet facta commutatio.

Sacrificia ab ethnicis accipiebantur omnia: nec erat, quòd metueretur ne beſtia mulierem polluiſſet, aut rurſus à viro polluta fuiſſet, ne ad venerationem idoli fuerit deſtinata, aut pro numine venerata, donec ipſam fuiſſe contaminatam certùm

ſciretur. Id autem vel ex eo cognoſcere licet, quia ſcriptum
1. Reg. 15. 15. legitur, *De Aamalec adduxerunt ea: pepercit enim populus melioribus ovibus & armentis, ut immolarentur Domino Deo tuo.*

CAPUT QUARTUM.

ART. I. Hoc capite toto retractatur materia eadé, quæ capiti ſuperiori ſubjecta fuit, & quæſtiones multæ & variæ eódem pertinentes copioſiùs explicantur.

QUADRUPES atque volucris, quæ coïtu humano contaminata erat, & quæ hominem necaverat, quæque aut ad cultum idoli deſtinata, aut pro numine culta fuerat uno & eodem loco habebantur. Hæc enim omnia ut pote temerata altari excludebantur.

II. Jam vero quadrupes atque volucris, ſi mulierem coïtu polluiſſet, aut rurſus à viro polluta fuiſſet, itemque ſi necâſſet hominem duobus teſtibus præſentibus, lapidibus percutiebantur, nec eorum carne ad ullam rem uti licebat. Has enim Deo immolari vetitum eſſe nec dici quidem neceſſe eſt. Illa dicuntur altari fuiſſe excluſa, quæ poſt admiſſum ſcelus etiam hominibus privatis ad uſum concedebantur: ut ſi de commiſſo flagitio omnino teſtis eſſet unus, & animantium domini ſilerent; contrave animantium domini ſcelus indicarent, cujus teſtis eſſet omnino nullus. Nam cùm unius hominis de ſcelere teſtimonium falſi argueretur à dominis animantium, eas etiam ad altare admitti fas erat.

III. Si qui ludendo quadrupedem appetierint tamdiu, donec hominem occidiſſet, iſta quidem certè nihilominus erat altari idonea, quippe quæ coacta fuiſſet in ſcelus. Nec verò quivis coïtus nefarius ad temerandam pecudem ſufficiebat. Nam pecudem ſi ſubegiſſet homo, non temerabat, niſi ſi novem annos natus eſſet, inſuper & diem unum: nec quidquam referebat, utrùm Iſraëlita eſſet, an gentilis, aut ſervus, ubi pecudem inierat homo, ſanè temerata fuerat. Sin hominem ſubegiſſet beſtia, non erat temerata, niſi puella, ſiquidem puella ſubacta fuerat, exegiſſet annos tres & diem unum, aut puer, ſi tamen erat puer ſubactus, natus eſſet annos novem & diem unum.

IV. Jam quadrupes, itemque volucris ad cultum idolorum deſtinata temerabatùr, ubi primùm in ipſis aliquid effeciſſent ſacrificuli, ut ſi eam totondiſſent, aut etiam exercuiſſent idololatriæ nomine. Nam ſola verborum pronuntiatio non ſatis

deſtinabat, quia * conſecrationem idololatria non habet.

Si quis igitur pecudem ſubegiſſet (atque eadem ratio erat ſi ſubactus ab ipſa fuiſſet) ſeu ſuam, ſeu alienam, ſeu ſuapte ſponte, ſeu vi coactus, ſeu conſultò, ſeu imprudenter, ſeu ante, ſeu poſt quàm conſecrata Deo fuerat, altari prohibebatur. At ſi quis idolo pecudem deſtinâſſet propriam, eamque ante, quàm Deo vivo conſecraverat, ſanè temerata erat. Si quis autem idolo deſtinâſſet pecudem alienam, aut etiam ſuam, ſed poſtea quàm Deo dedicaverat, iſta quidem altari idonea erat. Nam idolo nemo decernebat quod ſuum non erat. V.

Ad pecudem pro numine cultam quod attinet, ſeu quis ſuam coluiſſet, ſeu alienam, ſeu coactus, ſeu lubens, ſeu prudens, ſeu imprudens, ſeu ante, ſeu poſt quàm Deo conſecrata fuerat, pecus altari excludebatur. Itaque ea paſci ſinebatur tamdiu, donec vitio afficiebatur perpetuo, atque ſic, ut ſupra demonſtratum eſt, pretio redimebatur. Pecus igitur pro numine culta prohibebatur altari, nec ipſa tantùm, ſed etiam quidquid ornatus ſuper ipſam inſtratum erat. Nam omne ſtratum animantis, quæ adoraretur nullum in uſum adhiberi licebat. Quæ autem animans ad idololatriam duntaxat deſtinata fuerat, ea ipſa quidem erat interdicta: verùm quæ ſuper eam inſtrata forent, altari permittebantur. VI.

Mons ſi fuiſſet adoratus, eo quidem uti permiſſum erat: verumtamen ex eodem ſi lapides exciderentur, altari interdiceretur. Item & fons perennis ſi fuiſſet adoratus, porro ejus aqua ad libandum non erat idonea: neque porro ad altare lignorum ſegmenta de luco abolito ſupportabant. Quemadmodum autem beſtia, quæ fuit adorata, ipſa altari non erat idonea, item nec ejus lana veſtibus ſacerdotalibus, nec cornua buccinis, nec crura tibiis, nec viſcera chordis, profana erant prorſus omnia. VII.

Nam quidquid ab idololatria nomen acceperat, id quamvis ad uſum concederetur, tamen ad ſacra adhiberi non licebat. Jam proſtibuli merces erat, ſi quis illi dixiſſet, hoc tu pro mercede feras. Eodemque loco habebatur meretrix ethnica, & ſerva, itemque Iſraëlita quæ eſſet aut è numero inceſtarum, aut vetito interdictarum: non erat eadem ratio feminæ Iſraëlitæ VIII.

IV. *Conſecrationem idololatria, &c.* His utique conſonat id quod docet Apoſtolus Epiſt. 1. ad Corinthios cap. 8. v. 4. *Scimus quia nihil eſt idolum in munde.*

liberæ, quicum ſi ſacerdos rem habuiſſet, nihilo ſecius mercedem illius ad rem divinam adhiberi licebat: licebat etiam mercedem uxoris propriæ, ejuſque menſtrualis, quamvis hæc inceſtarum eſſet è numero.

IX. Jam ſi quis matrimonio duxiſſet aliquam earum mulierum, quæ ſunt interdictæ vetito, quidquid uxori concubitus gratia dederit pro mercede proſtibuli putabatur, atque altari interdictum erat. Merces quoque maſculi, qui concubitum paſſus erat, itidem altari interdicta erat. Contra mulier ſi quid mercedis viro dediſſet, ut ſecum cubaret, id altari permitteretur.

X. Herus hero ſi pretium conſtituiſſet, ut ſervo ſuo Hebræo ancillæ noctem daret, hoc utique merces proſtibuli putaretur. Nempe ſi ſervus iſte uxorem & liberos non haberet: cui eidem uxorem & liberos habenti Canaanæâ ſervâ frui licebat ſic; ut alio loco demonſtrabitur. Eadem ratione ſi quis meretrici quid præbuiſſet eò, ut certo cuidam Judæo ſui copiam faceret, proſtibuli merces haberetur.

XI. Si quis cum meretrice conſtituiſſet agnum unum ſe illi daturum, tum verò dediſſet plures, omnes ſi mille dediſſet pro mercede proſtibuli putarentur, altarique prohiberentur. Si quis data mercede meretricem non tetigiſſet, & huic idem ita dixiſſet, hoc ad te maneat dum ego tecum rem habeam, id tum denique ſacris prohiberetur, cùm illam habuiſſet. Quare ſi meretrix hominem prævertiſſet ſacrificanda illa mercede ante, quàm hic cum ipſa fuiſſet, bene eſſet. Quæ ſi meretrix ſacrificium debuiſſet, hoc ſe liberaret. Sic ſe res habebat, ſi meretrici homo ita dixiſſet, quo tempore cunque mihi annues, hæc tibi ſit merces ab hoc uſque tempore adquiſita: ſin minus, illi quod ſuum non erat, ſacrificare non licebat utique.

XII. Jam ſi meretrix ante, quàm cum ea dator concubuiſſet, munus ſuum conſecràſſet, tum hic cum ea concubuiſſet, dubium erat, utrùm hoc pro mercede proſtibuli habendum eſſet, quia cum meretrice ante, quàm ipſa munus ſacrificâſſet, homo rem habuiſſet, an non eſſet ducenda proſtibuli merces, quia munus conſecratum erat priùs, quàm dator cum meretrice concubuerat. Qua de cauſa ſi res erat in integro non ſacrificaretur: eadem ſacrificata litaretur.

XIII Si quis autem cum meretrice rem habuiſſet, nec ei pretium extemplo

extemplo dediſſet, tum multo poſt tempore dediſſet, id quidem pro mercede proſtibuli putaretur, quamvis multi anni interceſſiſſent. Sic erat ſi quis aut feminæ ethnicæ dixiſſet, tu te mihi da pro hoc agno, quia femina iſta ut animantem ad ſe traheret nihil opus erat, aut feminæ Iſraëlitæ, cujus in chorte ſtaret agnus, dixiſſet, niſi tibi pecuniam hoc illo die dedero, hic agnus ſit tuus: ſi quis autem generatim dixiſſet mulieri, da mihi te pro agno, atque corpus cum ea miſcuiſſet, tum multo poſt tempore agnum illi mitteret, is nomine mercedis proſtibuli non prohiberetur.

Jam quæcunque propter mercedem proſtibuli, aut canis pretium altari prohibentur, prohibentur ipſa tantùm. Itaque hoc cadebat in eas res tantùm, quæ poterant in altari ſacrificari, ut quadrupes munda, turtures, pulli columbæ, & vinum, oleum, ſimila. Nam ſi quis meretrici dediſſet argentum, atque hoc ipſa coëmiſſet ſacrificium, id ritè fiebat. XIV.

Si quis meretrici dediſſet triticum, atque ex hoc illa feciſſet ſimilaginem; oleas, atque ex his ipſa feciſſet olivum; racemos, atque ex iis ipſa feciſſet vinum, ea quidem ritè libarentur ideo, quia rerum eſſet facta commutatio. Si quis meretrici pro mercede dediſſet quadrupedem ſacram, altari tamen ea non prohiberetur. Immo etiam ſi quis pro mercede meretricem adjunxiſſet ſibi ſociam agni paſchalis, aut ſacrificij ſolemnis, nihilo magis ſacra temerarentur, quippe quæ, ex quo conſecrata fuerant, Deo eſſent adquiſita. Item & ſi quis meretrici pro mercede dediſſet id quod ſuum non erat, nequaquam temerâſſet, quia enim aliena non temerabantur niſi cum de ipſis deſperâſſent domini. Si quis autem meretrici pro mercede daret volucres etiam ſacras, hæ nomine mercedis proſtibuli altari prohiberentur, quod quidem nobis eſt quaſi per manus traditum. XV.

Pretium canis erat ſi homini homo diceret: accipe hunc agnum pro iſta cane: immo & ſi quis bene multas pecudes, volucreſve, aut harum ſimilia cum una cane commutâſſet, omnia altari prohiberentur. XVI.

Jam ſi duo ſocij rem communem inter ſe partirentur, atque eorum alter caperet agnos decem, alter novem & canem unam, iſti qui cum cane erant ex una parte, altari permittebantur. XVII.

Atqui illorum, qui erant ex oppoſita parte, decem agnorum ſi quis pretium canis adæquaret, aut ſuperaret, is ex hoc numero eximeretur, atque pro canis pretio putaretur, reliqui altari permitterentur. Nam ſi horum quiſque pretij eſſet minoris, quàm canis, cuncti ſimul altari prohiberentur.

XVIII. Jam canis pretium, cujus eſſet immutata ratio, ut ſi canis eſſet commutata tritico, atque ex hoc facta eſſet ſimila, altari permittebatur: permittebatur etiam merces canis, & pretium meretricis. Et merces proſtibuli, caniſque pretium reficiendæ ædi concedebantur, quoniam immutabatur ipſorum ratio. Verùm enim ex proſtibuli mercede ipſa ne aureas quidem laminas in uſum templi fieri licebat. Nam quod ſcriptum eſt, *Quidquid illud eſt quod voveris*, ex eo & aureæ quoque laminæ diſcuntur.

Deut. 23. 18

CAPUT QUINTUM.

ART. I. Nihil mellis & fermenti in altari ſacrificandum. *Lev. 2. 11.*

ALTARI prohibebantur * fermentum & mel, atque ipſorum quamvis minutæ particulæ: ſcriptum eſt enim, *Nec quidquam fermenti ac mellis adolebitur*, &c. Nec verò quiſquam pœnâ obligabatur, niſi ea vel cum ſacrificio, vel ſacrificij nomine ipſa adoleverit. Hæc igitur duo ſi quis adoleverit ſive ſeparatum aliud ab alio, ſeu confuſa inter ſe, de utroque illorum ſeorſim verberibus multabatur: quanquam ſi quis ambo ſimul una & eadem operatione adoleverit, ſemel omnino verberaretur, quia ambo uno & eodem vetito ſanciuntur.

II. Minimâ particula

Quidcunque ex iſtis in ſuffimentum caderet, illud temeraret. Quo ſi quis poſthac templum ſuffiret, verberibus multaretur:

ART. I. *Fermentum & mel.* „ Neutrum, inquit Philo Judæus lib. de Victimas Offerentibus, „ ut „ imponatur altari dignum exiſtimans. „ Mel fortaſſis ideo, quia collectrix ejus „ apis animal eſt impurum, natum è pu„ tribus boum, ut fertur, cadaveribus, „ ſicut veſpas aiunt ex equinis provenire, „ ſive quòd hæc figura doceat profanam„ ducendam quamcunque voluptatem ni„ miam, dulcem hauſtu, ſed cruciatus „ afferentem difficiles, à quibus animam „ concuſſam labefactari neceſſum eſt. „ Fermentum verò propter tumiditatem, „ quam efficit, æquè figurato præcepto ne „ quis elatus altare accedat, tumidus fa„ ſtu & arrogantiá; ſed aſpiciens Dei „ magnitudinem ſuam mortalitatem ag„ noſcat quantumvis ceteris fortunatior, „ & vera æſtimatione animos elatos re„ primat cavens inſidiatricem ſuperbiam. Et Beatus Theodoretus Quæſt. in Levit. paucis eadem fere expedit. „ Sub nomi„ ne fermenti, inquit, vetuſtatem ne„ quitiæ ſignificari puto: apis autem no„ mine voluptatem prohiberi.

non erat autem ſuffitio, in qua minus olivæ magnitudine adolebatur. mellis fermentique ſuffimentũ temerari.

Si quis autem fermentum aut mel ſeparatim in uſum ligni ad altare admoviſſet, impunè ferret. Nam quod dicitur, *Super altare verò non imponentur in odorem ſuavitatis*, hujus eſt ea vis, ut in odorem ſuavitatis quidem ad altare admovere non liceat: liceat autem in uſum ligni. Jam ſi quis cum melle aut fermento adoleviſſet id, quod nequaquam eſſet ad adolendum idoneum, ſiquidem id ex quodam ſacrificij fuiſſet genere, verberibus multaretur. III. Melle & fermento pro ligno uti in altari licuiſſe. *Lev. 2. 12.*

Ut ſi quis de carne hoſtiæ pro peccato, aut hoſtiæ pro delicto, aut ſacrificiorum minus ſanctorum: item ſi de reliquiis fertorum, ſi de reliquiis manipuli, ſi de volucri pro peccato immolata, ſi de panibus propoſitionis, ſi * de panibus duobus, ſi de logo olei, quod fuerat ab homine leproſo oblatum, de cunctis iſtis ſi quis pro olivæ magnitudine cum alterutro horum fermento vel melle ſuſtuliſſet in altare, vel in collem ejus, verberibus multaretur; de cunctis, inquam, iſtis pœnâ obligaretur. Quæ ſi non erant ad adolendum idonea, at ſacrificia quidem certè vocabantur: ſcriptum eſt enim, *Primitias ..... eorum offeretis ..... Domino*, &c. IV. *Ibidem.*

Item & interdictum erat ne in altari adoleretur quidquam horum, quæ ad adolendum non erant idonea: hujus generis erant caro hoſtiarum pro peccato, item & hoſtiarum pro delicto, reliquiæ fertorum, atque horum ſimilia. Namque hoc per manus traditum eſt quodcunque ſacrificium ex parte comburebatur, ejus reſiduum ne adoleretur, interdictum fuiſſe. V.

Immundæ beſtiæ membra ſi quis in altari adoleviſſet, verberibus multaretur, tametſi ſacrificij hujus interdictio è juſſo concluditur: nimirum quia præſcriptum eſt, ut, *Munda comedatur, & munda offeratur*, hinc efficitur beſtiam immundam nec comedendam eſſe, nec ſacrificandam. Atque ut immundâ beſtiâ veſcentem, quemadmodum alio loco poſuimus, pœnâ verberum multabant, item & qui beſtiam immundam ſacrificâſſet, verberibus coërceretur. Nam membra beſtiæ feræ & VI.

IV. *De panibus duobus.* Qui videlicet offerebantur Pentecoſte, de quibus Lev. 23. v. 17. *Panes primitiarum duos de duabus decimis ſimilæ fermentatæ, quos coquetis in primitias Domini.*

ejuſdem mundæ ſi quis ſacrificâſſet, omnino juſſum violaret? verùm enim verberibus non multaretur. Juſſum autem violari habetur inde, quia ſcriptum legitur, *De pecoribus, id eſt, de bobus, de ovibus offeretis victimas veſtras*, ex quo conficitur de feris victimam offerendam eſſe nullam: quod autem concluditur è juſſo vetitum pro juſſo putatur.

Lev. 1. v. 2.

VII. *Sacra clam ſubrepta, aut palàm erepta an litarentur?* *Eſa. 61. 8.*

Si quis mactâſſet victimam clam ſurreptam, aut palàm per vim ereptam; ſacrificium utique temeratum eſſet, Deoque inviſum, quia enim Deum ita loquentem vates facit, *Odio habens rapinam in holocauſto*: quam victimam Deo non litari nec dici quidem neceſſe eſt. Quanquam ſi de beſtia recuperanda deſperâſſet dominus victima fuiſſet ſatis idonea vel ad hoſtiam pro peccato, cujus carnem comedebant ſacerdotes. Sed enim propter altaris honorem conſtituerunt, ut hoſtia pro peccato quam vi fuiſſe ereptam multis innotuiſſet, ne tum quidem expiaret, cùm de ipſa recuperanda deſperâſſet dominus, eam videlicet ob cauſam, ne rapta in altari conſumi prædicaretur. Eadem erat holocauſti ratio.

VIII. Si quis holocauſtum alicujus ſurripuiſſet, immolâſſet, nec immolando quemquam nominatim appellâſſet, id primo domino expiationi fuiſſet.

IX. *Ferta libaminaque certis è frugibus & fructibus libare non licuiſſe.*

Ferta libaminaque nec de fructibus non decimatis, nec de proventu novo * ante ſacrificatum manipulum offerre licebat: neque porro de his fructibus, quibus poſt perſoluta ſacra fuiſſet intermiſſa oblatio. Nam * arborum præputia, & * admiſta vineæ ſata ne dici quidem neceſſe eſt: id enim eſt præcepto ſatisfacere peccando, quod utique Deo inviſum. Quæ ſi quis obtuliſſet, conſecratio non valebat eò, ut illa redderet ad ſa-

IX. *Ante ſacrificatum manipulum.* Poſtridie Paſchatis de frugibus novis Deo offerendum, de quo Lev. 23. v. 11. 12. & 13.

Arborum præputia. Edictum eſt Lev. 19. 2. ut qui fructiferas arbores in terra ſeverit, earum fructus primos tres annos pro præputiis haberet, nec his id temporis veſceretur, neque porro illos Deo offerret.

Admiſta vineæ ſata. De his ita ſancitum eſt Deut. 22. 9. *Non ſeres vineam altero ſemine: ne & ſementis, quam ſeveris, & quæ naſcuntur ex vinea pariter ſanctificentur*: vel ut recentiores exponunt, *polluantur.* Nempe ſolebant illi populi, qui Paleſtinam incolebant, in vineis inter adminiculorum ordines, & vitium intervalla vacua quaſdam interſerere fruges, ſiliginem, avenam, hordeū, triticum, quod Judæi ne facerent itidem Lege cautum eſt. Et ſi quis contra committeret, hanc quam Lex ipſa conſtituit, pœnam ſufferebat, vineæ fructus & ſatæ per intervalla vineæ fruges polluebantur ſic, ut eos nec ab homine comedi liceret, nec ſacrificari Deo.

crificium idonea, verùm ut temeraret, hoc eſt, ut ſacrorum temeratorum ſimilia efficeret, valebat.

Porro ſi res erat in integro nulla ferta de proventu novo offerre licebat ante ſacrificatos * duos panes, quippe de iis ſcriptum videmus, *Primitias Domini:* verumtamen ſi quod inde oblatum fuiſſet, bene eſſet. Atque ex eo * loco, ubi fructus reponebantur ante, quàm eſſent perfecti, licebat die feſto ſumere in libamina. X. *Lev. 23. 17.*

Jubendo ſancitum erat, ut omnibus * ſal aſpergeretur ſacrificiis ante, quàm altari admoverentur: dictum eſt enim, *Quidquid obtuleris ſacrificij, ſale condies.* Etenim nihil ſalis expers altari admovebatur præter vinum libationum, ſanguinem & ligna, quod ipſum quoque per traditionem habetur, nullo autem Scripturæ loco fultum eſt. Æquum erat igitur, ut ſacrificij caro tam ſaliretur, quàm ſolet ea caro, quæ aſſatur in uſum hominum, quæ caro quidem dum aſpergitur ſale in omnem partem contorquetur: quanquam ſi quis ſacrificium ſale aſperſerit quamvis modico, imo vel unico grano, rectè fuiſſet. Si quis autem ſacrificium fecerit, nec quidquam ſalis aſperſerit, is verberibus multaretur, quia ſcriptum eſt, *Nec auferes ſal fœderis Dei tui.* XI. Cunctis ſacris ſal adhibendum fuiſſe. *Lev. 2. 13.* *Ibidem.*

Qui etſi verberibus multaretur, ſacrificium ejus nihilominus litaretur. Excipitur fertum: nam ſalis omiſſio obſtabat quominus è ferto ſacerdos ad ſacrificandum plenum pugillum tolleret, ſcriptum eſt enim, *Nec auferes ſal fœderis Dei tui de munere tuo.* XII. *Ibidem.*

Jam quo aſpergebantur ſale ſacrificia, is univerſæ Eccleſiæ erat, itidem ut ligna: neque enim licebat, ut homo privatus ad ſacrificium faciendum domo ſua ſal lignumque apportaret. Tribus igitur locis ſal diſtribuebatur: in conclavi ſalis: in colle: XIII. Unde ſumeretur ſal aſpergendum ſacris?

X. *Duos panes.* Quos novarum frugum primitias offerri Pentecoſte jubet Deus Lev. 23. 17.

Loco, ubi fructus reponebantur. Hebraïcè המוקצה quod verbum ſic exponit Aruk. „ Eſt locus deſtinatus expan- „ dendis fructibus, qui in eo exſiccen- „ tur, atque omni opere prorſus abſolvantur. Vide Lexicon Talmudicum Buxtorfij themate קצה. Id igitur hoc loco dicit Scriptor noſter: Cùm de fructibus in aprico loco expoſitis nondum eſſent tributæ decimæ, ut quæ non dabantur niſi de frugibus & fructibus omni opere abſolutis, nihilominus ex his in libamina depromere aliquid etiam non decimatum die feſto licebat. Nam fructus decimare opus eſſe ejuſmodi quod ne diè feſto fieret interdictum fuerit, quis ignorat?

XI. *Sal aſpergeretur ſacrificiis.* Hinc illud Chriſti apud Marcum 9. v. 48. *Omnis victima ſale ſalietur.*

atque in ſummo altari. In conclavi ſalis ſaliebantur victimarum pelles: in colle membra victimarum: & in ſummo altari ſaliebatur id, quod è ferto oblato ſacerdos pugillo tollebat, & thus, eaque fertorum genera, quæ igni conſumebantur, & holocauſtum ex avi.

CAPUT SEXTUM.

ART. I. Non adhibenda ſacris libamina corrupta *Num.* 28. 31

ET tanquam præceptum erat, ut quodque ſacrificium integrum eſſet atque ſelectum, item & libamina cuncta eſſent integra, ſelectaque neceſſe erat. Nam quod dicitur, *Immaculata offeretis omnia cum libationibus*, hujus eſt ea ſententia, ut libationes quoque ſint integræ, ut nemo in libationes adhibeat nec vinum fumo corruptum, nec ſimilaginem vermiculatam, neque eandem diluat oleo, cujus ſit teter odor, ſaporve.

II. Ligna vermiculata veteraque ab altari fuiſſe excluſa.

Item & ligna, quæ in altaris foco conſumebantur, oportebat ſelecta eſſe, & vermium expertia. Nam quodcunque lignum etiam viride vermiculabatur, id profanum erat atque altari excludebatur: idem ſi vermicularetur aridum ex eo locus vermiculatus erat duntaxat exſcindendus: profana erant & ligna demolitionis: enimverò altari lignum aliud, quàm novum adhiberi nunquam licebat.

III.

Si quis vinum, ſimilaginem, oleum, lignaque profana altari conſecrâſſet, addubitabatur utrùm hæc ſimilia eſſent animantis vitio temeratæ, adeoque verberibus eſſet ille multandus, an non eſſent vitiatæ animantis ſimilia. Quapropter ille præſcriptâ à Lege verberum pœnâ non afficiebatur quidem, at de rebellione verberaretur tamen.

IV. Interdum libamina, ligna, & vaſa ſacra temerata pretio fuiſſe redempta. *Lev.* 27. 11. & 12.

Similago, vinum, oleum, & thus, volucres, ligna, & vaſa ſacra vitio temerata, vel inquinamento polluta, neutiquam redimebantur. Nam quod ſcriptum eſt, *Adducetur ante ſacerdotem, Qui ..... ſtatuet pretium*, hujus eſt ea ſententia, ut quidquid poſſit coram ſacerdote per ſe conſiſtere, id æſtimetur: atqui iſta quidem conſiſtere per ſe non poterant: qua de cauſa nunquam redimebantur.

V.

Sic erat enim ſi poſtea quàm in vaſis divinis erant conſecrata corrumperentur, aut contaminarentur. Nam ſi priùs, quàm

eſſent in vaſis divinis conſecrata, polluerentur, corrumperenturve, ſanè redimebantur. Eadem pura licet nondum in vaſis divinis conſecrata, tamen non redimebantur. Excipitur fertum delinquentis, de quo ſcriptum videmus, *A peccato ejus*, *Super ejus peccato*, quarum vocum eſt iſta vis, ut qui deliquiſſet coëmeret ſacrificium pro peccato pretio ejuſdem ſacrificij pro peccato. Quapropter ante quàm fuerat in vaſis divinis conſecratum, erat inſtar argenti ſacri, & redimebatur etiam tum, cùm purum eſſet. Jam quæcunque libamina contaminata fuerant, his ſua ſeorſim pyra ſtruebatur in altari, atque igni conſumebantur. *Lev. 5. 10. & 13.*

VI. * Aqua ſolemnitatis Tabernaculorum ſi contaminata fuiſſet, effundendo purificabatur ſic, ut tractatu de Purificationibus explicabitur. Hæc igitur ſi poſt purificationem demum conſecrata fuerat, libaretur utique: ſin poſt conſecrationem contaminata fuerat, hæc quoniam repudianda ſemel erat, prorſus repudiaretur.

VII. Oleæ & uvæ, quæ contaminata fuerant, minutim oportebat calcari ita, ut quod ſimul & ſemel calcaretur ovo minus eſſet: qui exprimebantur liquores erant ad libamina idonei. Nempe apud fructus cibarios liquor quodammodo depoſitus aliud ab ipſis eſt.

VIII. Quantam ſacris dignitatem ſapientes tribuerint? Nimiam quandam dignitatem ſacris ſapientes tribuerunt: ut ſi ſemina contaminata ſererentur, horum ne proventus quidem ad libamina eſſet idoneus: nihil enim ad ſacra ſationem facere: immo ligna etiam & thura quanquam eſculenta non ſunt, tamen ſic tanquam cibaria contaminabantur quod ad ſacrificia ſpectabat, atque hoc inquinamento ſic temerabantur, ut in altari quidem non offerrentur.

IX. Hæc altari vina non erant idonea: quod dulce, quod fumoſum, quod igni ſoleque ſic concoctum erat, ut ejus eſſet immutatus ſapor. Namque vinum in ſole calfactum ita, ut concoctionis ſapor nullus ineſſet, item & vinum ex racemis paſſis, & recens à torculari, id videlicet quod necdum dies haberet quadraginta, porro autem quod erat ortum è vinea in agro conſita ſiticuloſo, aut ſtercoris indigente, vel è vinea inculta, hæc omnia omnino vina cùm res erat in integro non debebant altari

VI. *Aqua ſolemnitatis.* De hac copioſè diſſeruimus Tract. 2. cap. 7. art. 6.

adhiberi: verùm ſi fuerint adhibita, bene erat.

X. Vinum ſi receptum fuerit non erat altari idoneum: & quæ vitis fuerit fico jugata, hujus vinum non erat ad libationes idoneum, quippe cujus ſapor immutatus eſſet. Scriptum legitur, *Holocausta & libamenta*, cujus eſt hæc ſententia, ut tanquam holocauſti, ſic nec vini ſit mutata natura.

Lev. 23. 37

XI. Similago majori ex parte verminoſa, aut ex tritico maximam partem verminoſo facta non erat altari idonea: ſin tritici granum unicum majori ex parte eſſet verminoſum, res erat dubia. Jam ſi farinæ craſſioris aliquid in ſimilagine ſupereſſet, ea quoque non erat altari idonea.

Quænam farinæ genera ob altari excluderentur?

XII. Ut igitur examinabatur? Sacrorum præfectus manum in ſimilaginem inſerebat: ſi pulvis exibat inde, non erat altari idonea interea dum cribro rurſus ſuccerneretur: verùm enim ſimilago facta ex eo tritico, quod ſatum fuerat in agro ſiticuloſo, aut ſtercoris indigente, aut arboribus conſito, aut in terra nec arata, nec culta, non adhiberetur altari cùm res eſſet in integro; ſin adhibita fuiſſet, bene haberet.

XIII. Triticum ex armentorum ſtercore collectum ſi quis ſeviſſet, dubium erat utrùm ſatione hujus eſſet ſublata ſpurcitia, an etiam reſtaret. Ex hoc igitur ferta afferre non decebat: ſi quis autem attuliſſet, bene erat.

XIV. Olei verò iſta genera non erant altari idonea: quod erat è baccis aquâ dilutis: quod erat ex olivis conditis, aut elixis: item & oleum fæcium, & odoris tetri, omnia iſta non erant altari idonea. Quod autem erat ex olivis, quas plantarint in agro ſtercoris indigente, ſiticuloſove (eadem ratio erat ſi ſata eſſent inter arbores legumina) porro autem oleum ex baccis immaturis expreſſum non adhibebatur: ſin adhibitum eſſet, bene haberet.

Quænam olei genera ab altari excluderē-tur?

XV. Jam ferta cuncta, libaminaque ſeu intra, ſeu extra terram ſanctam nata, horna, veteraque idonea erant, modò fuiſſent omnium optima. Excipiuntur * manipulus & duo panes: hi non offerebantur niſi horni & ex terra Iſraëlitica nati.

CAPUT

XV. *Manipulus & duo panes.* Quorum ille altero die Paſchatis, hi verò Pentecoſte offerebantur, ut jam ſæpe dictum.

CAPUT SEPTIMUM.

QUÆCUNQUE non erant vitioſa non licebat continuò altari adhiberi dum res erat integra: ut ſi quis holocauſtum deberet, non ille agnum macidum, deformem offerret ac diceret, nullum in eo quidem ineſſe vitium. Nimirum de ejuſmodi homine dictum eſt, *Maledictus doloſus*, &c. Quidquid igitur in ſacrificium offerebatur, offerendum erat de genere optimo.

ART. I. Sacra de genere optimo fuiſſe offerenda.

Mal. 1.14

Sic igitur fiebat ſtante templo. Arietes à Moabitis ſubducebantur, & lato dorſo oves Hebrone, * vitulos Sarone, pullos columbinos ſupportabant è Monte Regio, vinum Carhavina, collyræ, ſimilaque * Macmas & Johana, oleum * Thecuâ.

II. Certis locis exquiſita ſacra deportata fuiſſe Hieroſolymam.

Jam ligna nova omnino erant omnia ad pyram altaris apta: at vitiginea tamen, oleagineaque propter cultum terræ Iſraëliticæ non adhibebantur. His autem uti conſueverant: ramis ficuum recentiorum, quibus quidem cultus ager non conſeritur: item & ramis nucum, lignoque oleoſo. Moyſes enim ſegmenta lignorum altari adhibendorum ſic effecerat, ut longitudine & latitudine cubiti eſſent, & craſſitudine hoſtorij, quo cumulus ſati abraditur, quorum ſimilia fecit & poſteritas.

III. Quibus lignorum generibus utebantur in altaris foco?

Hæc erat ratio ſeminandi triticum quod ad altaris ferta, & libamina adhibebatur. Anno primo de novo proſcindebatur pars agri dimidia, & dimidia pars conſerebatur: anno ſecundo proſcindebatur de novo pars agri dimidia, quæ primùm fuerat conſita, & dimidia pars altera conſerebatur dies ſeptuaginta ante Paſcha. Sin autem ager omnino nondum cultus fuiſſet, arabatur ſemel atque iterum, tum verò conſerebatur. Jam triticum commodè ventilabant: tum autem confricabatur, & terebatur adeo, donec ei gluma detraheretur.

IV. Rationem ſerendi purgandique tritici in altaris liba.

Quodcunque triticum ad altaris adhibebatur ferta, oportebat

V.

II. *Vitulos Sarone*, Divus Hieron. de locis Hebr. „ Saron, inquit, „ cujus & Eſaïas meminit, dicens: *In* „ *paludes verſus eſt Saron*. Uſque in præ„ ſentem autem diem regio inter mon„ tem Tabor & ſtagnum Tyberiadis Sa„ ronas appellatur. Sed & à Cæſarea Pa„ leſtinæ uſque ad oppidum Joppe terra „ quæ cernitur, dicitur Saronas.

Macmas. „ Uſque hodie vicus gran„ dis oſtenditur in finibus Æliæ, antiquũ „ nomen retinens, novem ab ea millibus „ diſtans juxta villam Rama. *Idem ib.*

Thecuâ. „ Thecua uſque hodie juxta „ deſertum civitatis Æliæ vicus oſtendi„ tur: unde & Amos propheta fuit. *Id. ib*

fricari trecenties, & quingenties teri. Itaque triticum primò fricabatur ſemel, & terebatur bis: rurſuſque fricabatur bis, & terebatur ter ſic, ut tereretur quinquies dum fricaretur ter: porro redibatur ad eundem fricandi & terendi modum, uſque dum planè trecenties fricatum & quingenties tritum fuiſſet adeo, ut omnino omni gluma denudaretur. Jam ad majorem ſeveritatem itio reditioque pro una & eadem fricatione putabatur: tum autem probè molitum accuratè incernebatur.

VI. *Modum premendi, condendi & depromendi vini in uſum altaris.* Ad vinum efficiendum uvæ de vitibus depreſſis, atque de vineis bis in anno curatis afferebantur. Hæ conculcatæ immittebantur in dolia parva, quæ quidem diſponebantur non unum poſt alterum, nec duo poſt duo, ſed terna poſt terna. Neque verò dolium ore tenus complebatur eò, ut odor vini foret magis fragrans. Jam vinum non promebatur ab ore dolij propter quendam quaſi mucorem, qui vino fere innatat: neque porro à dolij fundo propter fæces, ſed aut à tertia parte ipſa, aut à medio dimidiæ partis.

VII. Si præfectus ærarij ſacri vinum è dolio ad latus perforato exprompſiſſet, atque ut advertiſſet cœpiſſe vinum effluere à fæcibus mutatum deſiſſet, omnino verberibus non multaretur. Vinum altari adhibebatur poſt dies quadraginta, quàm calcatum fuerat uſque ad exactum alterum ætatis annum, & paulò plus. Etenim ſi quis vinum adhibuiſſet quamvis annoſum, rectum erat ſiquidem vinum id vetuſtate necdum evanuiſſet.

VIII. *Quot fuerint olivi genera?* Sunt olivi genera novem ob variam ejus efficiendi rationem. Nam ſi quis ex oliva ſumma ſingulas baccas decerpſerit, & eaſdem etiam ſigillatim ſelectas ac cōtuſas in corbe olearia poſuerit, ſtillatum inde olivum, primum appelletur: quas ſi poſthac etiam prelo obtriverit, expreſſum inde olivum, ſecundum nuncupetur: ſin rurſum diſſectas prelo obtriverit, expreſſum inde oleum, tertium dicatur. Jam ſi quis univerſas arboris oleas promiſcuè diſtrinxerit, tum ex his iiſdem in tecto diſpoſitis ſigillatim aliquot elegerit, & has contuſas in olearia corbe impoſuerit, ſtillatum ex iſtis olivum, quartum vocetur: eaſdem ſi poſthac prelo obtriverit, expreſſum hinc olivum, quintum nominetur: quas ſi diſſectas rurſum prelo obtriverit, expreſſum inde olivum, ſextum dicatur. Jam ſi quis oleas diſtrictas domi valdè exſiccarit, tum eaſdem contuſas in olearia corbe impo-

ſuerit, ſtillatum inde olivum, ſeptimum nuncupetur: quas ſi prelo poſtea obtriverit, expreſſum inde olivum, octavum appelletur: ſin eaſdem diſſectas rurſum prelo obtriverit, expreſſum inde olivum, nonum vocetur.

IX. Ad libationes ex multis & variis olivi generibus alia aliis fuiſſe potiora.

Hæc o'iv genera omnino omnia ad libationes erant idonea: verùm enim ſupremum omnium erat primum: huic proximè accedebant ſecundum & quartum, quæ erant inter ſe æqualia: proxima poſt iſta erant tertium, quintum, & ſeptimum, quæ tria item erant inter ſe æqualia: ſecundum hæc erant ſextum & octavum: nonum erat omnium infimum.

X. Tria omnino olivi genera in uſū candelabri fuiſſe idonea.

Atqui ad uſum candelabri primum, quartum, & ſeptimum tantùm erant idonea: nam quod à Lege dicitur, *Piloque contuſum, ut ardeat lucerna ſemper*, hujus ea vis eſt, ad candelabri quidem uſum id demum oleum fuiſſe idoneum, quod ex olivis contuſis per ſe diſtillaret: ad libationes autem idonea eſſe cuncta olivi genera. *Exo.* 27. 20

XI.

At ſi cuncta fuerant oliva ad libationes idonea quid tandem cauſæ eſt, quòd aliud alio numero duceretur? Nempe ut cognoſceretur optimum, quo præſtantius erat nullum, * mediocre, & leviſſimum, id adeo, ut quicunque ſtuderet purum eſſe, cupiditatem coërceret, & manum dilataret ſic, ut ex quocunque rerum genere ſacrificium offerret, ferret ejus generis optimum, ac præſtantiſſimum: habemus enim in Lege, *Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum; & reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus.* Similiter igitur quodcunque dedicatur nomini Dei boni, opus eſt, ut ſit ex pulcherrimo. Quare ſi quis domum orationis ædificet, dabit operam, ut ſit pulchrior illâ, quam ipſe habitet: ſi quis cibum famelico præbeat, præbeat optimum & ſuaviſſimum ſuæ menſæ cibum: nudum ſi quis operiat, operiat ſuorum pulcherrimo veſtimentorum: item & ſi quis ex rebus ſuis aliquam Deo conſecret, conſecret earum pulcherrimam. Namque hoc ſibi vult Legis illud, *Omnis adeps Domini erit*, &c. ¶ *Gen.* 4. 4. *Lev.* 3. 16.

XI. *Mediocre.* Hebraïcè והשוה quæ vox *æquale* ſonat: ſed quod Latinis *medium* ſeu *mediocre*, id ipſum Hebræis *æquale* eſt.

¶ Nemo ſanè miretur Judæos in ſacris eligendis tam anxiè ad minutiſſima quæque attendiſſe, qui idem legerit ea, quæ habet Divus Lanfrancus in decretis pro Ordine S. Benedicti. Is igitur cap. 6. illud ſcriptum reliquit. „ Cura faciendi

„ hoſtias ſuper eum, (ædituum) eſt, quæ,
„ ut mundiſſimè & honeſtiſſimè fiant,
„ ſummopere ſtudere debet. In primis ſi
„ fieri poteſt frumentum cum magno ſtu-
„ dio granatim eligatur, electum in ſac-
„ culo mundo, & de bono panno facto,
„ & ad hoc opus tantùm ponatur, & à
„ famulo boni ſtudij ad molendinum de-
„ feratur. Quo delato famulus aliud fru-
„ mentum in ipſo molendino moli prius
„ faciat, ut illud, unde hoſtiæ fieri de-
„ bent, ſine aliqua ſorde moli poſtea
„ valeat.

Finis quarti Tractatûs.

TRACTATUS V.
DE
RATIONE SACRIFICIORUM
FACIENDORUM.

CAPUT PRIMUM.

Art. I. Quot animantium genera ſacrificabantur?

OMNINO omnium animantium, ex quibus ſacrificia fiebant genera ſunt quinque: boves, & oves; capræ, turtures, & pulli columbarum.

II. Quot erant ſacrificiorũ genra?

Atque omnium ſacrificiorum tam publicorum, quàm privatorum genera quatuor erant: holocauſtum, hoſtia pro peccato, hoſtia pro delicto, & pacifica.

III.

Præterea autem erant tria genera ſacrificiorum, privatorum videlicet: ea fuerunt Agnus Paſchalis, animantes primogenitæ, atque decimæ.

IV. Quænam erant ſacra publica?

Jam omnia Eccleſiæ univerſæ ſacrificia erant holocauſtum, & hoſtia pro peccato: neque enim in ſacrificiis publicis erant pacifica. Excipiuntur agni illi duo, qui ad Pentecoſten cum * pane agitationis immolabantur. Nimirum hi illi ſunt, qui dicebantur ſacrificia pacifica Eccleſiæ. Jam verò Eccleſia neque hoſtiam pro delicto immolabat unquam, neque hoſtiam volucrem.

V.

Univerſa igitur Eccleſia quotidie ſacrificium juge faciebat duplex: faciebat & ea ſacrificia quæ addebantur iſtis ad ſabba-

IV. *Pane agitationis.* Hi ſunt panes illi duo, qui Pentecoſte de ſegete Domino offerebantur primitiæ, de quibus præcipitur Lev. 23. 17. Panis ille cùm in ſacro textu, tum in Rabbinorum ſcriptis item, ut apud noſtrum Scriptorem hoc loco vocatur לחם התנופה quod ad verbum eſt *panis agitationis.* Nempe panis ille ſurſum deorſum huc & illuc agitando Domino offerebatur ac conſecrabatur. Sed de illo agitandorum ſacrorum ritu diſſeritur à Scriptore noſtro hujus Tractatûs cap. 9. art. 7.

ta, ad Neomenias, & ad dies feſtos: porro autem faciebat & hircum in hoſtiam pro peccato ad diem Expiationum. Jam Senatus ſi præcipiendo de idololatria errâſſet, tribus ſingulæ juvencum ſimul & hircum altari offerebant, juvencum quidem in holocauſtum, & hircum in hoſtiam pro peccato: ſcilicet iſti ſunt qui *hirci idololatriæ* nominabantur. Idem Senatus ſi in alio quodam præcepto explicando errâſſet, juvencum offerebant in hoſtiam pro peccato. Nimirum hic eſt ille, qui dicitur *Juvencus ob errorem* Eccleſiæ.

VI. Quot & qualia privatorum hominum erant ſacra?

VI. Hæc autem erant hominum privatorum ſacrificia: animantes primogenitæ, decimæ, Agnus Paſchalis, hoſtia ſolemnitatis, quæ quidem hoſtia pacifica fuerat, & hoſtiæ comparendi, quæ holocauſta fuerant. Jam * ſacrificium proſelyti, quod erat aut holocauſtum ex quadrupede, aut ex duobus columbarum pullis, duobusve turturibus, qui ambo item holocauſtum erant: Idem proſelytus interdum quadrupedes mactabat duas, quarum altera holocauſtum erat, altera verò pacifica. Jam ſi quis holocauſtum pacificave voverat, aut etiam voluntate ſuppeditabat: ac pacifica quidem, quibus panis adhibebatur, Euchariſtica vocabantur. His addenda ſunt ſacrificia Nazaræi, holocauſtum videlicet, hoſtia pro peccato, & pacifica: porro & hominis leproſi ſacrificia; nempe hoſtia pro peccato, hoſtia pro delicto, & holocauſtum: porro autem ſacrificia ſeminiflui, & puerperæ; iſta erant hoſtia pro peccato & holocauſtum: addendum eſt & ſacrificium ejus, qui erraverat in præcepto vetante ejuſmodi, quod delinquenti pœnam כרת *Keret* interminaretur, atque hoc quidem ſacrificium hoſtia pro peccato

VI. *Sacrificium proſelyti.* Stante templo cùm ethnicorum aliquis religionem puram ſuſciperet, hoc eſt, Moſaïcam, is ſi vir erat tribus omnino rebus proſelytus evadebat. Primùm enim circuncideretur neceſſe erat: tum in religioſo quodam lavacro luſtraret corpus totum, & lavationi iſti Judæorum principes adhiberet teſtes, in quorum præſentia inter lavandum profiteretur ſe actam antea vitam abominari, deinceps piè caſtéque Deum verum eſſe veneraturum, ejuſque dicto obedientem futurum: denique ſacrum piaculare faceret: ſin mulier eſſet circunciſio quidem omitteretur, cetera obſervarentur itidem ut in viro. Ac de his quidem commemoratur cùm in Tractatu Talmudico, qui כריתות inſcribitur ſub initium cap. 2. tum in Scriptoris noſtri Tract. de Piaculi Indigentibus cap. 1. art. 2. His autem temporibus, quoniam templum Hieroſolymitanum diſturbatum eſt, nec alibi ſacrificare licet Judæis, eorum proſelyti ſacrum piaculare faciunt nullum. Etenim reperiuntur Chriſtiani uſque adeo vecordes & excæcati, ut à CHRISTI-JESU fide deficiant ad Judaïcam ſuperſtitionem, quorum ego ſex ſeptem & eo plures oculis vidi meis.

erat. Et ſi quis dubitaret utrùm quid deliquerit, necne, is hoſtiam pro delicto mactabat, atque hæc ea eſt, quæ dubia hoſtia pro delicto nuncupatur: erant enim quædam delicta, quorum cauſâ immolabatur hoſtia pro delicto: nimirum ea eſt, quæ certa hoſtia pro delicto dicitur. His annumerandum holocauſtum ex ariete, atque ex juvenco hoſtia pro peccato, quæ quoniam ſummus ſacerdos de ſuo faciebat ſolemni Expiationũ die ſacrificia erant privata. Nimirum hic eſt ille qui *Iuvencus ſolemnitatis Expiationum dicitur*. Omnino hæc ſacrificia lege commemorantur omnia, quorum ratio ſuo quæque loco ediſſeretur.

Omnino ſacrificiorum privatorum privati damna præſtabant, atque etiam eorundem libaminum: excipiatur ſacrificium id quod ſponte ſua quiſque faciebat. Contrà publicorum Eccleſia nec ſacrificiorum damna præſtabat, nec eorundem libaminum: atqui ex quo ſacrificium publicum factum erat, ejus libaminum damna præſtabantur. Jam ſi ſacrificio privato tempus ſtatum erat, nihilo plus ejus, quàm ſacrificij publici damnum præſtabatur. VII. Quorumdã ſacrificiorum damna præſtanda fuiſſe.

Si fiebat holocauſtum ex quadrupedibus ſoli mares admittebantur: admittebantur autem agni, capri, boves, majores, minoreſque. At ex turturibus & columbarum pullis mares & feminæ promiſcuè admittebantur. VIII. Quænam animantes in holocauſtũ immolarentur?

Ad hoſtiam pro peccato omnino hæc quinque animantium genera adhibebantur æquè mares ac feminæ, majores atque minores. IX. Quænam in hoſtiã pro peccato?

Ad hoſtiam pro delicto agni mares tantùm admittebantur: atque ex hoc ipſo genere admittebantur nunc majores, nunc minores. X. Quænam in hoſtiã pro delicto?

Ad pacifica mares & feminæ ex agnis, & capris, bobuſque adhibebantur, majores, minoreſque: non adhibebantur autem ad pacifica volucres. Jam minores erant ab octavo poſt ortum die ad annum in eandem numero diem circumactum, eumque intercalarem, ſi tamen intercalaretur. Majores erant boves quidem ad tertium annum circumactum in eandem numero diem; oves autem ad ſecundum annum circumactum in eandem numero diem: porro autem ſeniores erant, nec ad ſacrificia admittebantur. XI. Quænam in ſacra pacifica? Quæ victimæ majores, minoreſque dicerentur?

XII. *Quo ætatis articulo animantes idoneæ ſacris eſſe incipiebant?*

Omnino ad omnia ſacrificiorum genera animantes poſt octavum ab ortu diem ſatis erant idoneæ: ſed ſi res erat in integro poſt triceſimum ab ortu diem immolabantur. Excipiebantur Agnus Paſchalis, animantes primogenitæ, & decimæ, quas etiamſi res erat integra, licebat poſt octavum ab ortu diem immolare.

XIII. *In ætate victimarum rationem horarum quoque eſſe habitam.*

In ſacris numerabantur & horæ; ac ſi horâ vel unâ redundarent, aut indigerent, vitioſa forent: ut ſi quod ſacrificium ex præſcripto Legis oporteret eſſe annuum, id vitioſum eſſet, ſiquidem ad annuum ætatis ſpatium hora una accederet: immo ſi victima tum eſſet annua cùm jugularetur, & cùm ſanguis ejus altari aſpergeretur ad annum hora accederet una, victima illa quoque vitioſa erat: namque victimâ opus erat, ut uſque ad conſperſionem ſanguinis annua eſſet. Eadem erat omnium ſacrorum ratio.

XIV. *Qua ætate eſſe decebat ſingulas victimas Lege præſcriptas?*

Ubicunque à Lege agnus, agnaque dicitur, aut in multitudine agni, annuos eſſe oportebat: ubi verò aries & arietes, mares eſſe bimos. Incipiebat autem aries appellari animans cùm primùm alterius anni diem unum & triceſimum attigerat. Nam die triceſimo ejuſdem anni non erat idoneus neque ad agnum, neque ad arietem: atque ille eſt, * qui פלגים dicitur. Jam ubi dicitur à Lege vitulus annum eſſe conveniebat: ubi juvencus, bimum: ubi dicitur hircus caprarum, bimum eſſe oportebat: nam ſecundo ætatis anno toto hircus ſimpliciter appellatur.

XV. *Quænam ſacra fiebāt è beſtiis maſculis, quænam è feminis?*

Omnino ſacrificia publica fiebant omnia ex animantibus maſculis. Atque hoſtia pro peccato publica ſumebatur vel è grege caprarum, vel ex armento boum, non item è grege ovium: in holocauſtum verò publicum boves ſemper & agni ſumebantur, caprinum pecus nunquam. Hoſtia pro peccato privata ſemper erat beſtia femina: ea comedenda ſacerdotibus erat,

XIV. *Qui* פלגים *dicitur.* Sic ab Hebræis appellatur à voce פלג quod eſt dimidium, & intermedium, ut pote qui ætate ſit intermedius inter agnum & arietem: Buxtorfius verò hanc vocem vervecem vertit, & ait ſic appellari quòd quaſi medius ſit inter arietem & ovem: verùm non eſt ita. Neque enim propter caſtrationem medius inter ovem & arietem, ſed propter ætatem intermedius eſt inter agnum & arietem, ut ex hoc Majemonidæ loco liquidò patet. Porro autem notandum modò פלגים cum י, modò פלגם ſine י ſcribi.

erat, nec erat bos unquam. Excipiuntur ternæ hoſtiæ pro peccato: principis, quæ * hircus erat, ac comedebatur: ſacerdotis uncti, juvencus erat & comburebatur: hic verò juvencus ob quodvis præceptum violatum mactabatur: tertia hoſtia pro peccato erat etiam juvencus, quem ſummus ſacerdos ſolemni die Expiationum immolabat in hoſtiam pro peccato, quæ item igni conſumebatur.

XVI. Quænam hoſtiæ comederentur, & quænam comburerentur?

Hoſtiæ pro peccato publicæ comedebantur omnes præter hircos Solemnitatis Expiationum, quorum alter emittebatur, & *hircos idololatriæ*, & *juvencum ob errorem*: atque juvencus ob quodvis præceptum violatum mactandus, & *juvencus ob errorem* immolandus, *juvenci comburendi* nominabantur: itemque *hirci idololatriæ*, *hirci comburendi* nominabantur. Ex quo intelligitur quinas eſſe hoſtias, quæ comburebantur, privatas duas, & publicas tres.

XVII. Hoſtiarum partim fuiſſe ſanctiores, partim minus ſanctas.

Omnino hæc ſacrificia omnia victimæ vocantur. Jam cuncta holocauſta, cunctæ hoſtiæ pro peccato, cunctæque hoſtiæ pro delicto, atque etiam agni illi duo, qui ad Pentecoſten pro pacificis immolabantur, ſanctiores dicuntur: nam hominis privati pacifica, item & animantes primogenitæ, decimæ, & Agnus Paſchalis, minus ſancta nominantur.

XVIII. Quid in altari exteriori adoleretur ex hoſtiis comedendis?

Ex hoſtiis pro peccato, quæ comedendæ fuerant, partes quædam ſuper altari comburebantur; item & ex hoſtiis pro delicto, & pacificis: partes illæ ſunt, quæ exta dicuntur. Erant autem in bobus & capris adeps, qui inteſtina operit, quo quidem & illa pinguedo comprehenditur, quæ eſt ſuper ventriculum: præterea autem duo renes cum pinguedine in horum parte ſuperiori exiſtente, conjuncta etiam pinguedine, quæ eſt ad ilia: porro reticulum jecoris cum minuta particula jecoris. Quod ſi fieret ex ovium genere ſacrificium, his partibus addebatur cauda tota cum aliquot etiam vertebris de ſpina dorſi, ſic, ut revellerentur à renibus uſque; quia enim ſcriptum eſt, *E regione ſpinæ tollet eam.* Atque exta omnia comburebantur *Lev.* 3. 9.
in altari exteriori.

XIX.

Si beſtia mactabatur gravida, cum matris adipe non confun-

XV *Hircus erat.* Ita plane Lev. 4, v. 23. *Hircum de capris*, ubi textus Hebraicus habet שְׂעִיר עִזִּים. At noſter nomen עז uſurpat tanquam epicenum, quod cùm ſit unius generis, tamen ſexum complectitur utrumque.

debatur adeps fœtûs, tametſi vivus poſt menſes completos reperiretur. Matris igitur adeps altari admovebatur tantùm: fœtus autem pro matris aliquo membro putabatur.

CAPUT SECUNDUM.

ART. I. Definiuntur libamina quid eſſent, & quomodo libarentur.

QUIDQUID offerebatur vini & ſimilæ unà cum victima, libamina nominabatur: atque ſimila illa ſeorſim, libaminum * fertum dicebatur: quod libaminum fertum non indigebat neque agitatione, neque admotione, neque porro thure; indigebat autem ſale, ac totum, quantum erat, in altari comburebatur exteriori. Jam vinum fundebatur quidem in altare, ſed non in ignem. Miniſter enim ſublata manu vinum effundebat in altaris fundamentum, unde defluebat in Sitin.

II. Quibus victimis adhiberentur libamina?

Non erant neceſſaria libamina niſi holocauſtis quadrupedum & pacificis, ſeu ſacrificia forent publica, ſeu quævis privata, ſeu etiam agnus puerperæ: itaque ea, quæ pro ſe faciebat ſacrificia ſummus ſacerdos, quoniam holocauſta erant, libaminibus indigebant. Sed enim volucribus, hoſtiis pro delicto, itemque & hoſtiis pro peccato libamina adhibebantur nulla. Excipe hominis leproſi hoſtiam pro peccato, & ejuſdem hoſtiam pro delicto, quarum libamina nominatim à Lege decernuntur.

III. *Num.* 15. 3. Cur nonnullæ victimæ libaminibus privarentur?

Non autem adhibenda eſſe libamina hoſtiis pro peccato, & pro delicto inde habetur, quòd in Lege eſt, *Vota ſolventes vel ſponte offerentes*, quo quidem comprehenditur id, quod ex voto, vel ſponte offerebatur: excluditur autem hoſtia pro peccato, & hoſtia pro delicto, & beſtia primogenita, & decima, & Agnus Paſchalis, quæ quoniam neque ex voto, neque ſponte offerebantur, libaminum non indigebant. Atqui ad pacifica diei feſti, & ad holocauſtum, quod quiſque comparendo offerebat adhibenda fuiſſe libamina colligitur ex eo, quod

ART. I. FErtum dicebatur. Hebr. מנחה, quod vocabulum & generatim quodvis donum ac munus ſonat, & ſpeciatim ſumitur in ſcriptura pro libi quodam genere, quod Deo ſacrificabatur, de quo copioſè explicatur Lev. 2. Id rectè, opinor, Latinè dixeris *fertum*: Fertum enim auctore Feſto erat libi genus in ſacris. Atque haud ſcio an hoc idem ſit quod Virgilius ſparſam molam & fruges ſalſas nominat: Hoc Vulgatus Interpres ſimpliciter ſacrificium nominat.

in Lege eſt, *Aut in ſolemnitatibus veſtris.* *Ibidem.*

Hæ fuerunt igitur libaminum menſuræ: ſi mactaretur agnus, agnave, ſimul offerebatur * decima ſimilæ, eaque quartario hinnis olei ſubacta, & vini fundebatur item quartarius hinnis: eadem adhibebantur libamina ſi pecus caprinum immolaretur ſeu minus, ſeu majus, ſeu maſculum, ſeu feminum: porro & eadem erant libamina ſi mactaretur ovis etiam major. Nam ſi mactaretur aries, libari ſimilaginis decimas duas ſubactas triente hinnis olei, & vini trientem hinnis fundi oportebat. Sin juvencus aut vitulus immolaretur ſeu mas, ſeu femina, ſimilaginis decimas tres dimidio hinnis olei ſubactas libari, & dimidium hinnis vini fundi jus erat. IV. Variis hoſtiis varias conſtitutas fuiſſe libaminum menſuras.

Hæc erant libamina cùm holocauſtis, tum etiam pacificis adhibenda, & pro hac cuique menſura. Eſt enim in Lege, *Secundùm numerum hoſtiarum, quas immolabitis, ita facietis pro ſua cuique menſura.* His menſuris nihil nec detrahebatur, nec addebatur. Si quidquam detractum aut additum eſſet, ſanè vitioſum foret. Excipe tamen agnum illum, qui mactabatur in holocauſtum, quo die * manipulus conſecrabatur: cum hoc enim agno pro libaminibus jungebantur decimæ duæ ſubactæ triente hinnis olei. Verùm ſi duplicaretur hujus agni ſimilago, at certè vinum ejus non duplicabatur: etenim quartarius hinnis vini fundebatur tantùm. V. *Num.* 15. 12. Verſum hunc totum Vulgatus Interpres omiſit.

Homo leproſus agnos immolabat tres, quorum unus erat hoſtia pro peccato, alter hoſtia pro delicto; tertius autem holocauſtum erat: cum his offerebat & ſimilæ decimas tres, de quibus hoc auditum habemus, illas fuiſſe cum victimis ejus univerſis offerendas, cum unaquaque victima ſimilæ decimam unam ſubactam quartario hinnis olei: tum verò cum harum trium decimarum unaquaque jungendum fuiſſe quartarium vini, ut in cunctis agnorum libaminibus. * Quod ſi quis פלגם immolâſſet, cum hoc arietis offerebat libamina, & tamen hoc ei ſacrificium nihil proficiebat. VI.

IV. *Decima ſimilæ.* De decima menſura explicabitur art. 7. hujus capitis.

V. *Manipulus.* Hic eſt ille qui poſtridie Paſchatis de ſegete offerebatur Domino in ſpicarum primitias, de quo Lev. 23. à verſu 10. ad verſum 16. Vocatur autem Hebraïcè עומר התנופה, hoc eſt, *manipulus agitationis*, quoniam agitãdo conſecrabatur.

VI. *Quod ſi quis* פלגם. Vide quæ de vocabulo iſto dicta ſunt capite ſuperiori art. 14.

VII. *Definiuntur quædã menſuræ capaces quantum continerẽt.*

VII. * Hin ille capiebat logos duodecim: capacitatem verò logi, quemadmodum & reliquarum menſurarum, expoſuimus in Tract. de Admiſtionibus. * Decima verò *Gomer* eſt, qui Gomer * placentæ menſura fuit: ſed de ejus ratione tota in diſputatione de Placenta diſſeruimus.

VIII. *Quâ uterẽtur menſurâ ad metienda libamina fertaque?*

VIII. Ad libamina vel ad ferta libaminum privata, publica metienda non utebantur menſurâ trium decimarum, ſi juvencus immolaretur; neque duarum, ſi mactaretur aries: ſed eâ, quæ apud templum fuit, decimâ unâ metiebantur omnia. Item & oleum libaminum menſurâ illâ propriâ, quæ in templo fuit, metiebantur: & oleum fertorum privatorum logo metiebantur illo, qui fuit in templo pro ſuo quodque numero decimarum & logorum.

IX. Ad menſurarum cumulos quod attinet, ſimila quidem communis: namque * decimæ pars exterior omnino ſancta non erat: vini verò oleique cumuli quoque ſancti fuerant, quippe qui per exteriora vaſorum defluebant: atqui liquorum vaſa foris & intus * uncta fuerant. Quòd autem cumuli quoque ſancti evadebant, cùm is qui votum nuncupabat ad id tantùm, quod intra vas continebatur, animum intenderet, hæc erat cauſa & ratio, ne diceretur quidquam ex vaſis ſacris ad communem uſum tranſlatum eſſe.

X. Quid igitur de cumulis fiebat? Nempe victima ſi ſupereſſet alia, cum hac erant offerendi; & ſi pernoctâſſent, vitiabantur.

VII. *Hin ille, &c.* Quemadmodum menſuræ capaces tum à Scriptore noſtro, tum à ceteris Rabbinis definiantur expoſitum eſt à nobis Tract. 2. cap. 1. art. 17. Rurſus viſum eſt hîc ſubjicere definitionem hinnis ex Joſepho Hiſtorico. Is igitur cùm lib. 3. Antiquitat. cap. 10. hinnis mentionem feciſſet, cum ita deſcribit. „ Menſura verò eſt hæc patria duos „ congios Atticos capiens. Addam & illud bene ſubductâ ratione reperiri hinne contineri logos duodecim: logum autem Attico ſextario eſſe parem, adeoque hinne contineri ſextarios Atticos duodecim.

Decima verò Gomer eſt. Gomer Heb. עומר continebat ſextarios Atticos octo & libras Romanas duodecim. Nam ſextarius Atticus ſeſquilibram Romanam continebat.

Placenta menſura. Vox *placentæ* Heb. חלה hîc ſpeciatim uſurpatur pro ea particula, quam è farina in panificium ſubacta Deo conſecrant Judæi. Id enim in textu Heb dilucidè ſancitur Num. 15. 20. ראשית עריסותיכם חלה תרימו, quod ad verbum eſt, *Primùm de conſperſionibus veſtris placentam offeretis.* Et niſi quædam farinæ menſura ſic ſatis ampla conſpergatur, iſta quidem placenta nón eſt inde Deo libanda: ſed hoc de genere toto copioſè diſputatur Tractatu illo Talmudico, qui חלה hoc eſt, *Placenta* inſcribitur, & apud Scriptorem noſtrum Tract. de Primitiis capp. 5. 6. 7. 8.

IX. *Decimæ pars exterior.* Quare quod per eam decidebat contactu non evadebat ſacrum.

Uncta fuerant. Atque adeo ſacrata.

Sin nulla protinus adeſſet hoſtia, iidem ad altare veluti bellaria quædam adhibebantur.

Nempe his emebantur holocauſta, quorum caro dicata Deo, XI.
pelles autem propriæ ſacerdotum erant.

Simila & oleum libaminum vino non erant impedimento: XII.
Quando eſſent offerenda libamina?
rurſuſque ipſis vinum impedimento non erat: neque porro libamina erant impedimento victimæ: ſedenim victimam privatam, publicamque licebat immolari hodie, & die poſt decimo offerre libamina, modo ut hæc nondum etiam fuerint in vaſis ſacris dedicata. Nam ſimul ac in vaſis ſacris impoſita fuerant, ſi * porro pernoctâſſent, vitiabantur.

Libamina non ſumebantur niſi de communibus: non igitur XIII.
ſumebantur nec de oblatione, nec de decimis, nec de primitiis. Quin etiam ſacrificij Euchariſtici, quocum panis ex decimis offerebatur, libamina tamen non ſumebantur niſi de communibus.

Cunctæ menſuræ libaminum, quæ libro Ezechielis expli- XIV.
Quæ ſint illa ſacra peculiaria, quæ à propheta Ezechiele deſcribuntur?
cantur, & quæ ibidem enumerantur ſacrificia, porro & multiplex ſacrificandi ratio, quæ ibidem deſcribitur, omnino * ad initiamenta pertinent: verùm ad perpetuitatem permanſura non ſunt. Nempe præſcribit Propheta, & exponit quo tandem modo regnante aliquando Meſſiâ Judæi ſacrificaturi ſint *initia* dedicando altari templi.

Quemadmodum igitur principes dedicando altari quædam XV.
Certa quædam ſacrificia in altaris dedicatione fuiſſe uſurpata, nec fuiſſe uſitata poſtea.
ſacrificia fecerunt, quorum nihil ſimile poſteri, & eadem ſacrificia fecerunt etiam ſabbato; ita futuro tempore princeps initiamenta ſua offeret & ſabbato, ſicut à laudato Propheta edicitur. Atque etiam ætate Eſdræ, quæ reduces è captivitate ſacrificia fecerunt, initiamenta fuere, nequaquam uſitata poſteris. Nam ea demum ſacrificia perdurant in omnem poſteritatem, quæ à Lege imperata nos pro doctrina à Moyſe uſque tranſmiſſa explicuimus. His enim ſacrificiis addendum & detrahendum eſt nihil.

XII. *Porro pernoctâſſent.* Vide quæ hac de re dicta ſunt Tract. 3. cap 5. art. 8.

XIV. *Ad initiamenta.* Quæ ſacrificia dedicationis gratiâ fiebant, ea dicuntur Hebræis מלואים, quod ad verbum eſt *expletiones*. Volunt enim his ſacrificiorum generibus ædificium templi vel altaris quodammodo expleri, perficique. Sed magis, opinor, ad rem *initiamenta* vel *initia* vocentur, quippe quæ non ad ædificium altaris aut templi perficiendum, ſed ad initiandum pertinent: Etenim ſacra Cereris illa, quæ initiando fiebant, à Latinis *initia* nominabantur.

CAPUT TERTIUM.

ART. I. *Sacrificij ſocietatem inire licuiſſe.*

HOMINES duo ſi voluiſſent holocauſti ſeu votivi, ſeu voluntarij ſacrificandi ſocietatem inire, id facere Lege licebat. Quin etiam volucris ſacrificandæ ſocietas inibatur.

II. *Unum omnino ſacrificiorum genus à gentilibus accipiendū.* *Lev. 22.23*

Atque à viris æquè & mulieribus ac ſervis quævis ſacrificiorum genera accipiebantur: à gentilibus autem holocauſta tantùm, quia ſcriptum videmus, *De manu alienigenæ non offeretis* **panes Deo veſtro*: nam in holocauſtum quidem à gentili etiam idola colente vel volucris accipiebatur. Non accipiebantur autem pacifica, non ferta, non hoſtiæ pro peccato, non hoſtiæ pro delicto: nec holocauſta quidem ea, quæ votiva, voluntariave non erant, veluti holocauſta puerperæ, atque horum ſimilia, quæ neque ex voto, neque ex ſponſione offerebantur.

III. Gentilis enim ſi quando pacifica offerret, ea pro holocauſtis immolabantur. Nimirum *gentilis id animo intendiſſe putabatur, hoſtiam ſuam Deo adoleri. Idem igitur gentilis ſi quando pacifica voviſſet, & eadem homini Iſraëlitæ tradidiſſet eò, ut hæc eidem Iſraëlitæ piaculo eſſent, ea ſic tanquam pacifica Iſraëlitarum Iſraëlitæ comedebant: ſin eadem tradidiſſet ſacerdoti, ſacerdos comedebat.

IV. *Ab apoſtata Judæo nullum prorſus ſacrificium accipiendum.* *Lev. 1. 2.*

Iſraëlita ſi à puro Dei cultu defeciſſet ad idololatriam, aut ſi ſabbatum palàm profanâſſet, omnino ſacrificium ab eo accipiebatur nullum: vel holocauſtum quod accipiebatur ab homine gentili, ab ejuſmodi Iſraëlita apoſtata non accipiebatur. Nam quod eſt in Lege, *Homo qui obtulerit ex vobis hoſtiam*, id auditum habemus ſic intelligendum eſſe, ut hoſtia ſit accipienda ab aliquot ex vobis, non item ab omnibus, ſedenim excludi Judæum apoſtatam. Ab eo autem Iſraëlita, qui ceteris ſe flagitiis, ad pauciora iſta redigitur, ...

II. P*Anes Deo.* Hoc loco monendos eſſe lectores putavi vocem illam Hebraïcam לחם ut plurimum quidem panem ſignificare: verùm enim non rarò pro quovis ciborum genere uſurpari, atque hoc ipſo ſcripturæ loco hoſtias viventes ſignificare; ſedenim ſecutus ſum Editionem Vulgatam.

III. *Gentilis id animo*, &c. Omnino textus Hebraïcus, ſi ad verbum interpreteris, ad pauciora iſta redigitur, *Gentilis enim cor ſuum cælo.* Sed hæc eadem Tractatu Talmudico זבחים cap. 6. R. Salomo Jarchi ſic explicat. *Cor ſuum cælo*, id eſt, Gentilis id animo intendebat hoſtiam ſuam non comedi ab hominibus, ſed totam adoleri cælo, id eſt, Deo: atqui ſolum holocauſtum adolebatur totum.

gitiis addixiſſet, cuncta quidem accipiebantur ſacrificia eò, ut ad pœnitentiam converteretur. Rurſus Iſraëlita ſi palàm & apertè crimen certum facere conſueviſſet, ſeu libidini, ſeu protervitati ſuæ indulgens, de eo quidem ſcelere ſacrificium ab eo non accipiebatur. Ut ſi quis libidine vel protervitate conſueſceret adipe veſci, tum autem adipem per imprudentiam comediſſet, atque hoſtiam pro peccato offerret, prorſus ab eo non accipiebatur.

V. Gentiles cùm holocauſtum ferebant, non ferebant ſimul & libamina. Dictum eſt enim, *Omnis indigena ſic faciet.* Itáque libamina illa de publico offerebantur, quia ſcriptum eſt, *Secundum numerum hoſtiarum, quas immolabitis, ita facietis pro ſua cuique menſura.* Porro autem holocauſtis gentilium non imponebantur manus. Nam impoſitio manuum ſolorum erat Iſraëlitarum, nempe virorum, non item feminarum.

Num. 15. 13 Gentiles nec adhibuiſſe libamina, nec impoſuiſſe manus hoſtiis. *Ibid. v. 12.*

VI. Quaſcunque homo privatus ſeu debitas ſeu voluntarias immolabat victimas quadrupedes, præter beſtiam primogenitam, decimam, atque Agnum Paſchalem, iis adhuc * vivis manus imponebat, quia ſcriptum eſt, *Ponetque manum ſuper caput victimæ ſuæ*, quod de cunctis intelligendum eſſe ſacrificiis præter Agnum Paſchalem, beſtiam primogenitam, & decimam per manus traditum eſt.

Quibus ſacris Judæi manus imponerent? *Lev. 3. 2.*

VII. Victima volucris non requirebat impoſitionem: Atque in Tractatu de Siclis expoſuimus omne illud argentum, quod in munera voluntaria impendi jus fuit, in holocauſta expendi. Omnino nullus hujus argenti dominus, holocauſto inde coëmpto, manus imponebat, neque offerebat ejus libamina: offerebantur autem de publico. Ac ſi dominus ſacerdos eſſet, hoſtiæ nihilominus immolatio, atque pellis ad viros curiæ miniſtrantis pertinebant.

VIII. Victimis igitur manus imponebant omnes præter ſurdum, mente captum, natu minorem, ſervum, mulierem, cœcum, & alienigenam. Neque manuum impoſitio per procuratorem, ſed per ſolos dominos fiebat. Nam quod eſt in Lege, *Ponet manum ſuam*, id excludit manum uxoris, manum ſervi,

Quinam eſſent idonei ut victimis manus imponerent? *Lev. 3. 8.*

VI. *Vivis manus imponebat.* Herodotus lib. 2. cap. 39. tradit Ægyptios victimarum capita in hæc verba execrari. „ Si „ quid mali vel immolantibus, vel univerſæ Ægypto futurum ſit, id in hoc „ caput convertatur; inde factum, ut „ ex animantium capitibus Ægyptij ni„ hil ne guſtent quidem.

IX. & manum procuratoris.

Conſociatos ad idem ſacrum faciendum omnes victimæ impoſuiſſe manus.

Homines quini ſi ſimul hoſtiam offerrent unam, ei manus imponebantur univerſi, non illi ſimul unà, ſed alius poſt alium. Jam ſi quis è vita diſceſſiſſet, & victimam reliquiſſet, holocauſtum, aut pacifica, eam offerret heres ejus, manus imponeret, atque ejus libamina ſubminiſtraret.

X. Quinā publicis ſacris imponerent manus?

Non imponebantur autem manus hoſtiis publicis, exceptis duabus, hirco emittendo, & juvenco propter ignorantiam. His enim manus imponebant viri ex Senatu tres. Jam duabus tantùm hoſtiis publicis imponi manus à Moyſe magiſtro noſtro traditum eſt.

XI. Quo tandē loco fieret manuum impoſitio?

Manuum impoſitio niſi in atrio non fiebat. Si facta fuiſſet, rurſus & intus fieri oportebat. Quòd ſi hic, qui victimam offerebat, omnino ſtaret extra atrium, ſed manus intromitteret, atque victimæ imponeret, legitima fuiſſet impoſitio, ſiquidem totis viribus fieret. Jam qui manus imponebat, purus eſſet oportebat, quanquam ſi quis immundus impoſuiſſet, actum erat.

XII. Protinus ab impoſitione manuum jugulandā eſſe hoſtiā.

Eodem loco, quo fiebat manuum impoſitio jugulabatur animans, & impoſitionem continuò ſequebatur jugulatio. Quanquam jugulatio ſi facta ſit alio loco, item ſi retardata ſit, nihilo ſecius legitima fuiſſet. Erat autem acceſſio ad rem divinam manuum impoſitio, adeoque ſi planè fuiſſet omiſſa, expiationem nihil impediebat: quanquam ſine manuum impoſitione expiatus pro non expiato habebatur.

XIII. Lev. 1. 41.

Qui manus imponebat, eas capiti pecudis pro viribus applicabat: nam quod eſt in Lege, *Super caput hoſtiæ*, excludit cervices, lateraque: porro nihil inter pecudem, & manus hominis intercederet oportebat.

XIV. Cùm manus hoſtiæ imponerentur, ſimul peccata fuiſſe confitenda.

Sic igitur fiebat manuum impoſitio. Si hoſtia fuiſſet ſanctior, ſiſtebatur ad ſeptentrionem ita, ut ad occidentem ſpectaret: & qui manus imponebat, conſiſtebat in oriente ſic, ut occidentem reſpiceret, poſitiſque inter hoſtiæ cornua manibus peccata confitebatur: nempe ſuper hoſtia pro peccato peccata, & ſuper hoſtia pro delicto delicta; ſuper holocauſto confitebatur violata præcepta jubentia, item & violata præcepta vetantia, quæ in jubentia diſſolvuntur.

XV. Formula cōfeſſionis

Confitens ita dicebat; Peccavi, iniquè egi, prævaricatus ſum,

ſum, commiſi hoc & illud, ad pœnitentiam revertor, atque ecce piaculum meum. Si hoſtia foret pacifica, manus huic imponebantur quocunque atrij loco jugulatio fiebat. Ac meâ quidem ſententiâ ſuper pacificis nihil confitendum, ſed hymnus erat dicendus.

CAPUT QUARTUM.

NULLA ſacrificia fiebant niſi interdiu: nam quod eſt in Lege, *In die quo mandavit filiis Iſraël, ut offerrent oblationes ſuas*, id ſignificat ſacrificia interdiu eſſe offerenda, non item noctu. Itaque niſi de die victima jugulabatur nulla: neque porro ſanguis altari aſpergebatur niſi de die, quo fuiſſet hoſtia jugulata. Nam quod eſt in Lege, *Die quo ille obtulerit ſacrificium ſuum* hujus eſt ea vis, ut quo die juguletur hoſtia, eodem altari admoveatur. Etenim ubi ſol occubuerat, profanus evaſerat hoſtiarum ſanguis

ART. I. *Lev.* 7. 38. Immolatio victimarũ & ſanguinis aſperſio quâ horâ fieret? *Ibid. v.* 16.

Quidquid autem per admotionem de die factam licitum erat redditum, id & tota deinceps nocte in altare admittebatur. Ut ſi victimarum ſanguis altari de die fuiſſet aſperſus, earum exta porro tota nocte licebat adolere uſque ad exiſtentem auroram. Item & holocauſtorum membra licebat adolere nocte tota ad auroram exurgentem: verùm ut à peccato homines amoverent caverunt ſapientes, ut exta & membra holocauſti duntaxat ad mediam noctem adolerentur.

II. Quâ horâ victimarũ exta membraq; adolere jus erat?

Cùm verò liceret exta adolere nocte, conſultò tamen non retardabantur: ſed enim ſacerdotes dabant operam, ut omnia de die adolerent, ea re, quia præceptum exequi ſuo tempore acceptius eſt. Ecce tibi exta & holocauſti membra adolere, quanquam nocte licebat, tamen horâ ſuâ * ſabbato derogabat, nec ad ejus exitum proferebatur.

III. Quænam in victimarũ extis & membris adolendis diligentia adhiberetur?

Quæcunque non ſacrificabantur niſi de die veluti pugillus ferti, thus, ſuffitus, fertaque illa, quæ igni conſumebantur, licebat etiam ſub occidentem ſolem ſacrificare ſic, ut porro per ſe ipſa tota nocte conſumerentur, veluti membra holocauſti.

IV. Quando ferta, thura ſuffimenta ſacrificarentur?

Quæ ſimul cum victima offerebantur libamina, ea non ſacri-

V.

III. *Sabbato derogabat.* Namque ſacerdotes, ut verbis utar CHRISTI, in templo ſabbatum violantes ſine crimine erant.

Num. 29. 39. ficabantur niſi interdiu. Habemus enim in Lege, *In libamine, & in ...... pacificis*, ubi libamina pacificis comparantur: ſicut igitur pacifica de die, ita libamina quoque de die ſacrificanda fuere: verùm enim illa quæ ſeorſim veniebant libamina noctu conſecrabantur atque ſacrificabantur. Itaque ſi quando contingeret, ut libamina ſeorſim venirent, nocte conſecrabantur atque ſacrificabantur, tum ſurgente aurora ſic tanquam holocauſti membra profana fiebant.

Quando ſacrificarentur libamina?

VI. Erat idonea tota dies ad manus imponendas, ad victimam jugulandam, ad volucris caput * retortum ungue ſecandum, ad ſacrum adolendum, ad ſacrum altari admovendum, ad ſanguinem aſpergendum, ad ſacrum agitandum, ad pugillum ſertis eximendum, atque ad ſacra extraordinaria facienda. Et tota nox erat idonea ad exta & holocauſti membra adolenda. Ad ſummam quidquid in diem præceptum erat, tota die ritè fiebat, & quidquid erat præceptum in noctem, ritè fiebat tota nocte. Attamen homines ſtrenui præceptis exequendis maturiùs accingebantur.

VII. Omnino omnes hoſtiæ, ſiquidem res erat integra, eo demum jugulabantur cultro, qui ſacris è vaſis unum erat: ſed ſi jugulatæ fuiſſent aliquo eorum inſtrumentorum, quibus ſolent animantes communes jugulari, vel acuta parte cannæ, bene habuiſſet.

VIII. Si de victimis non fuiſſet ad aſperſionem ſatis exceptum ſanguinis, ſanguis ritè conſecratus non erat: Etenim ſanguinem victimæ prorſus omnem excipere conſtituendum erat. Hoc igitur modo res tota fiebat. Apprehendebantur manu * ſigna pecudis, quæ ſigna protrahebantur ſimul cum venis verſus pateram ſuppoſitam: tum ſigna illa reſecabantur aut ambo prorſus, aut amborum pars major, ut exciperetur vaſe ſuppoſito ſanguis omnis. Culter autem jugulationis ſurſum extollebatur

Quænam eſſet ratio jugulandæ victimæ, & ſanguinis ejus excipiendi?

VI *Retortum ungue ſecandum.* Hac de re inferiùs explicabitur.

VIII. *Signa pecudis.* Signa beſtiarum dicuntur à Judæis œſophagus & aſpera arteria cùm in ſermone familiari, tum in cunctis Talmudiſtarum, reliquorumque ſcriptorum diſputationibus. Noſter enim hic Scriptor in Tract. de Ratione Jugulandi הלכות שחיטה cap. 1, art. 9. verba iſta explanat ſanè quàm apertè. וכמה הוא שיעור השחיטה שני הסימנין שהן. הקנה והושט: „ Modus jugulandi eſt, ut reſecentur ſigna duo, quæ ſunt aſpera arteria, & „ œſophagus: Atque in illo quidem tractatu, quemadmodum & in tractatu Talmudico eo, qui חולין inſcribitur

ne ſanguis ex eo diſtillaret, ſed ex gutture ipſo deflueret. Qui in cultro ſanguis inerat, abſtergebatur in ora pateræ: jam ſuppoſiti vaſis aer pro ipſo vaſe putabatur.

Si cùm erat excipiendus ſanguis, ora pateræ ſe ſe aperuiſſet, idque accidiſſet ante, quàm in pateræ aerem deſcendiſſet ſanguis, is ſanè conſecratus non erat. Nimirum aer ille qui non erat ſubſeſſurus unquam pro ſubſidente non habebatur. IX.

In cunctis hoſtiis requirebatur, ut is, qui operabatur, cùm ad hoſtiæ, tum ad offerentis nomen animum attenderet mactando, ſanguine excipiendo, transferendo, & altari aſpergendo. Nam quod eſt in Lege, *Caro autem hoſtiæ gratiarum actionis pacificorum ejus*, hujus eſt ea vis ut immolatio cum reliquis operationibus, quæ ſunt omnino quatuor, nomine pacificorum fiat: eadem erat reliquorum ſacrorum ratio. Sin autem immolatio & reliquæ operationes in incertum factæ eſſent, id eſt, ſi non adverteretur animus neque holocauſto, neque pacificis, nihilominus legitima fuiſſent, adeoque profuiſſent dominis. X. Sacris operando animum attendendum ad nomen hoſtiæ & offerentis. *Lev. 7. 15.*

In holocauſto mactando oportebat ſex iſta conſiderari: nomen hoſtiæ: nomen ejus, qui hoſtiam mactabat: hoſtiam iſtam totam eſſe Dei optimi maximi: hoſtiam iſtam igni eſſe conſumendam: eam autem igni conſumi ad eliciendum inde odorem: odorem illum gratum eſſe Deo & acceptum. Sedenim ſi nulla adhibita animi intentione mactatum eſſet, tamen idoneum fuiſſet ſic, ut ante poſuimus. Jam in mactanda hoſtia pro peccato, & hoſtia pro delicto animus erat applicandus peccato illi; cujus cauſa ſacrum fiebat. XI. In holocauſto majorem animi intentionem adhibendam fuiſſe.

CAPUT QUINTUM.

EXPOSUIMUS ſuperiùs victimarum jugulationem ritè fieri etiam per * homines alienos: ſacerdotis autem eſſe officium ſanguinem earum excipere, & cetera porro munia obire. Cunctarum igitur victimarum ſanguis excipiebatur manu ſacerdotis in vas ſacrum. Locus autem jugulandi & ſanguinis ART. I.

tertiâ quâque lineâ verbum iſtud *ſigna* ſic uſurpatur. Quò magis miror hanc ſignificationem & in ceteris Lexicis, & in Buxtorfij Opere triginta annorum omiſſam eſſe.

ART. I. HOmines alienos. Dictum eſt ante homines iſtos conſuetudine Eccleſiaſtica nuncupari *Laïcos*.

excipiendi non erat idem in omnibus.

II. Victimas ſanctiores alio, & alio loco minus ſãctas fuiſſe jugulandas.

Victimarum enim ſanctiorum jugulatio, item & ſanguinis illarum receptio fiebat tantùm ad latus altaris aquilonare in toto illo ſpatio, quod principio hujus libri * definivimus. Victimarum autem minus ſanctarum jugulationem ſanguiniſque receptionem per totum atrium fieri licebat.

III. Jam victimas ſanctiores non eſſe jugulandas niſi ad latus altaris aquilonare, inde concluditur, quia de holocauſto ſcriptum

Lev. 1. 11. videmus, *Immolabitque ad latus altaris, quod reſpicit ad aquilo-*

Ibid. 6. 25. *nem:* & de hoſtia pro peccato dicitur, *In loco ubi mactatur holocauſtum, mactabitur hoſtia pro peccato:* atqui ut hæc, ſic & illud ſanctius appellatur. Porro & de hoſtia pro delicto ſcriptum

Ibid. 7. 2. eſt, *Vbi immolabitur holocauſtum, mactabitur & victima pro delicto.* Porro pacifica publica cum hoſtia pro peccato comparan-

Ibid. 23. 19. tur hoc Legis edicto, *Facietis & hircum pro peccato, duoſque agnos anniculos hoſtias pacificorum.* Itaque & illa itidem, ut hoſtia pro peccato, ſanctiora erant, & eodem atque illa loco jugulabantur. Idem verò & jugulandæ victimæ, & recipiendi ſanguinis locus erat.

IV. Quod autem victimas minus ſanctas per atrium totum etiam poſt templum jugulari licebat, inde efficitur, quòd de pacifi-

Ibid. 3. 2. cis ita præcipiatur, *Immolabitur introitu tabernaculi teſtimonij:* quo loco quoniam nulla potiſſimùm plaga his victimis decernitur, ſanè permittuntur omnes. Eadem erat reliquarum victimarum minus ſanctarum ratio. Quæ ſi templo in ipſo jugulatæ fuiſſent, idoneæ tamen eſſent: verùm enim in tecto templi jugulatæ, vitioſæ forent: nam ad jugulationem tectum nullum, ſed unum atrij ſolum erat idoneum.

V. *Ibidem.* Non jugulari victimas pacificas obſeratis templi portis.

Pacifica ſi jugulata fuiſſent ante, quàm reſeratæ fuerint templi fores, vitioſa forent. Nam quod à Lege dicitur, *Introitu tabernaculi teſtimonij*, hujus eſt ea vis, ut tabernaculi ſit apertum oſtium. Itaque ſi fores ei vel obditæ fuerint, pro obſerato habebatur: at oppoſitum ei velum, nihil vitiabat.

VI. Ex tã multis & variis victimis aliarum alio

Omnino horum trium ſacrorum holocauſti, hoſtiæ pro delicto, & pacificorum tam publicorum, quàm privatorum ſanguis uno & eodem modo altari aſpergebatur uſque. Hæc igitur erat agendi ratio. Sacerdos cùm victimæ ſanguinem paterâ

II. *Definivimus.* Vide Tract. 1. cap. 5. art. 15. & 16.

exceperat, eâdem illâ duas aſperſiones obliquas efficiebat infra dimidiam partem altaris in cornibus duobus, uno videlicet inter orientem & ſeptentrionem intermedio, & altero inter occidentem & meridiem interpoſito. Jam aſpergendo dabat operam, ut altaris cornu circundaretur ſanguis ita, ut ſpeciem litteræ gamma præberet; id adeo, ut per aſperſiones duas quatuor altaris parietes ſanguine inficerentur, quippe de holocauſto & de pacificis ſcriptum eſt, *Per circuitum*: atque eadem erat ratio hoſtiæ pro delicto. Porro reliquiæ ſanguinis effundebantur in fundamentum ad partem auſtralem.

modo ſanguinem altari aſpergendum fuiſſe.

Lev. 1. 12. & 3. 3.

VII. Hoſtiæ pro peccato illæ, * quæ comedebantur, requirebant aſperſiones ſanguinis quatuor in quatuor cornibus altaris exterioris: nempe ſupra dimidiam partem altaris; id adeo, quia de hoſtia pro peccato ſcriptum eſt, *Super cornua altaris.* Atque hic erat agendi modus. Sacerdos cùm ſanguinem hoſtiæ paterâ exceperat, eum ad altare transferebat. Hîc dextræ manûs digitum pollici proximum in ſanguinem intingebat: tum pollicem ad partem altaris unam, & ad alteram proximum pollici digitum applicabat, & abſtergendo deducebat contra aciem cornu altaris tamdiu, dum omnino omnis ſanguis, qui digito inhærebat, abſumeretur. Item faciebat in ſingulis altaris cornibus. Qui ſi in proximo à cornu cubitali ſpatio alterutri lateri

Ibid. 4. 7.

VII. *Quæ comedebantur.* Erat enim duplex genus hoſtiarum pro peccato: unum earum, quas ſummus pontifex, ſeu, ut litteræ ſacræ loquuntur, ſacerdos unctus ſi peccâſſet imprudens, & ob errorem publicum univerſa Eccleſia offerebant. Harum victimarum ſanguine reſpergebatur primò tabernaculi, & deinde templi velum & altare interius, ſeu mavis aureum altare ſuffimenti. Et in altari exteriori adolebatur adeps, reticulum jecoris, renes: reliqua victima tota cum pelle fimoque cremabatur extra caſtra ad receptaculum cineris. Alterum genus erat earum, quas ſuum ob errorem offerebat vel princeps aliquis, vel unus de multis homo: & iſtarum quidem ſanguine conſpergebatur altare holocauſtorum, atque in eodem altari ex iſtis adolebantur partes eædem, quæ ex pacificis; reliqua non cremabantur: ſed à ſacerdote expiante comedebantur eam ob cauſam, quæ paſſim in litteris ſacris ſubjicitur, *Vt ſacerdotes portarent iniquitatem multitudinis, & rogarent pro ea in conſpectu Domini.* Hæc ſimul & ſemel Lev. 4. explicatè ac diſtinctè præcepta iterum & tertiò ac ſæpius eodem libro particulatim repetuntur. Atque ex hac præceptione divinus ille gentium Doctor Epiſt. ad Hebræos cap. ult. argutè concludit neceſſe fuiſſe, ut JESUS-CHRISTUS, qui cunctorum populorum hoſtiam pro peccato mactandam ultro ſe ſe obtulit, extra caſtra pateretur. *Habemus*, inquit, *altare de quo edere non habent poteſtatem, qui tabernaculo deſerviunt. Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra. Propter quod & JESUS ut ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt*, &c. Etenim urbem Hieroſolymam tripertitò diviſam fuiſſe, atque adeo terna deſerti caſtra repræſentâſſe, aliquoties ſuprà fuit expoſitum.

ſanguinem induceret duntaxat, ſatis expiâſſet.

VIII. Atenim ad unum quodque cornu digitum in ſanguinem intingeret oportebat, & cùm unum è cornibus ſanguine prorſus infeciſſet, digitum in ora pateræ abſtergebat: deinde digitum denuo in ſanguinem intingebat. Nam quidquid ſanguinis in digito reſiduum erat ex uno altaris cornu, id alteri inducere cornu nefas erat.

IX. Ex cunctis ſacris ſola hoſtia pro peccato erat, quæ requirebat, ut ſanguinis aſperſio per digitum fieret, quia enim de illa ſcri-
Lev. 4. 6. ptum legimus, *Cúmque intinxerit digitum in ſanguine.* Oportebat autem ut ſanguinis adeſſet ſatis ad intingendum digitum, non autem ut digito quaſi detergeretur ſanguis.

X. Initium igitur faciebat ſacerdos ab aſcenſu in collem, unde ſe convertebat ad dextram, & per gyrum ambulabat. Ac primùm quidem ſanguine imbuebat altaris cornu meridiei & orienti intermedium: deinde quod huic erat proximum cornu orienti & ſeptentrioni intermedium inficiebat: tum quod proximum erat ab iſto cornu ſeptentrioni & occidenti medium: poſt quod huic erat proximum cornu occidenti & meridiei medium. Sanguinis reliquias effundebat ad baſim ejus cornu,
Ibid. 4. 18. quod poſtremum obleverat. Nam quod ſcriptum eſt, *Reliquum autem ſanguinem fundet juxta baſim altaris holocauſtorum*, ſignificat baſim auſtralem.

XI. Atqui ſanguis omnium, quæ cremabantur, hoſtiarum pro peccato intra templum portabatur, ubi fierent ex eo aſperſiones illæ, quæ à Lege edicuntur: reliquum autem ſanguinis effundebatur in baſim occidentalem altaris exterioris, quod exeunti è templo primum ſe offerebat.

XII. Ecce igitur locus & numerus aſperſionum, quæ harum è ſanguine victimarum fiebant. Juvencus & hircus diei Expiationum requirebant ſuas quiſque aſperſiones, octo inter vectes arcæ, & totidem ad velum: tum autem ſanguis juvenci cum hirci ſanguine confundebatur, & quatuor inde fiebant aſperſiones in quatuor cornibus altaris aurei intra templum ſiti: porro ſeptem aſperſiones in medio hoc altari ſic, ut Tractatu de Ratione Faciendi Rem Divinam Die Solemni Expiationum explicabitur. Quòd ſi non fuerit attentus animus his aſperſionibus intus faciendis, nihilo ſeciùs bonæ forent.

Qui cremabantur juvenci, item & hirci, horum ex ſanguine ſingulorum fiebant aſperſiones ſeptem contra velum, quod Sanctum à Sancto Sanctorum dividebat: item & aliæ quatuor aſperſiones ad altaris aurei cornua quatuor. XIII.

Quodcunque ſanguinis genus erat aſpergendum altari aureo, ſacerdos introgreſſus conſiſtebat inter altare & candelabrum ſic, ut haberet altare ante ſe. Jam altaris cornua aſpergebantur de loco exteriori: initium fiebat ab cornu orienti & ſeptentrioni intermedio, tum procedebatur ad cornu ſeptentrioni & occidenti intermedium, inde ad intermedium occidenti, & meridiei, & denique ad cornu meridiei & orienti intermedium. XIV.

Quem ſacerdos unctus de quovis præcepto violato mactabat hircum, hujus hirci ſanguinem excipiebat & ipſemet unctus ſacerdos, atque intus aſpergebat. Quem ſi ſanguinem excepiſſet aſperſiſſetque ſacerdos privatus, bene fuiſſet tamen. XV.

Jam hircorum de idololatria mactandorum, qui hirci quoque cremabantur, illorum ſanguis quo loco, quóque modo ſit ſpargendus à Lege quidem non declaratur: verùm quia univerſæ Eccleſiæ erant hoſtiæ pro peccato, de illis ex juvenco ob errorem, qui juvencus & ipſe erat Eccleſiæ hoſtia pro peccato, judicabatur quoad omnia, quæ in iſtum dicuntur de aſperſione ſanguinis, & de ratione cremandi, & de temerando homine, qui cremabat. XVI.

Animantium primogenitarum, decimarum, & Agni Paſchalis ſuus cujuſque ſanguis unicam requirebat duntaxat aſperſionem. Nimirum fundebatur contra fundamentum in quovis ex tribus altaris cornibus: nam altaris cornu meridiei & orienti medium fundamento caruiſſe ſuprà poſuimus. Quòd autem horum cujuſque ſanguis unam duntaxat requirebat ſparſionem inde cognoſcitur, quòd de primogenitis dictum eſt, *Sanguinem tantùm eorum fundes ſuper altare*: atqui de decimorum & Agni Paſchalis itidem, ac de primogenitorum ſanguine ſparſionem duntaxat unam eſſe faciendam auditione acceperunt. XVII. *Num.* 18. 17

Omnino hoſtiarum omnium ſanguis poſtquam erat aſperſus altari, tum denique adolebantur ipſæ. Item hoſtiis primùm detrahebatur pellis, tum exta extrahebantur: nec detrahebatur pellis uſque dum ſparſus fuerat ſanguis. Excipi debent hoſtiæ XVIII. Poſt ſanguinis aſperſionem victimæ detrahendam

pellem, atque adolenda exta. *Lev.* 8. 17.

pro peccato illæ, quæ cremabantur, quibus omnino pellis non detrahebatur ideo, quia de his ita dictum fuit, *Cum pelle & carnibus.* Patet igitur ex his quæ jam dicta ſunt primò ſpargi ſanguinem, deinde pellem detrahi, tum hoſtiam diffindi, extrahi exta, atque adoleri.

XIX. *Ibid.* 7. 8. Victimarum pelles cujus eſſent?

Victimarum ſanctiorum ſeu publicarum, ſeu privatarum pelles ſacerdotum erant: ſcriptum eſt enim, *Sacerdos qui offert holocauſti victimam; habebit pellem ejus:* victimarum autem minus ſanctarum pelles redibant ad dominos. Porro cujus holocauſti carnem altare non obtinebat, ejuſdem nec pellem conſequebantur ſacerdotes. Nimirum iſtis Legis vocibus, *Holocauſtum viri*, hæc eſt ſubjecta ſententia, id demum holocauſtum, quo vir litatur.

Ibidem.

XX. In quibuſcunque victimis ſanctioribus vitium oboriretur ante, quàm pelle fuiſſent exutæ, pelles ſacerdotum non erant: contrà ſi poſt quàm pelles detractæ fuiſſent. Jam pelles omnes inter ſe viri curiæ miniſtrantis dividebant ad quamque ſabbati vigiliam.

XXI. Si quis holocauſtum ſuum refectioni templi conſecrâſſet; item & ſi quis univerſa bona ſua dedicâſſet, & in his eſſent animantes mares, quos jus erat holocauſta fieri, eorum pelles neutiquam ſacerdotum erant. Namque dictum illud, *Holocauſtum viri*, excludit holocauſtum ærarij ſacri. Itaque pelles iſtæ venibant in ſumptus reficiendi templi. Atqui in ratione holocauſti uno & eodem loco habebantur vir & mulier, & gentilis, & ſervus: horum omnium holocauſtorum pelles ſacerdotum erant. Namque dictum illud, *viri*, niſi ſacrum ærarium excludit nihil.

Ibid. 7. 8.

CAPUT SEXTUM.

ART I. Quænam eſſet ratio faciendi holocauſti quadrupedis? *Lev.* 1. 9.

PRÆCEPTUM eſt jubens, ut holocauſtum fiat ex ratione à Lege præſcripta. Fiebat igitur ita: jugulabatur hoſtia, & ſanguis ſpargebatur ſic, ut ſuprà diximus: tum detrahebatur hoſtiæ pellis: poſt hoſtia membratim diſſecabatur, quæ membra in altari adolebantur omnia ſic, ut à Lege præſcribitur, *Adolebitque ea ſacerdos ſuper altare.*

II. Oſſa, ner-

Et lana ex capite agnorum, & ex hircorum barba villus, & oſſa,

oſſa, & nervi, & cornua, & ungulæ prorſus omnia adolebantur dum in hoſtiis inhærebant: quæ ſi fuiſſent ab hoſtiis ſeparata neutiquam offerebantur: ſcriptum eſt enim, *Oblationes tuas carnem & ſanguinem.* Jam quidquid horum rumpendo ab altari deſiluiſſet non reſtituebatur. Item & carbo ſi rumpendo ab altari deſiluiſſet non reſtituebatur.

vos, cornua, ungulas, & lanam ex capite ſimul cum carne adolenda. *Deut.* 12. 27.

III. Quæ hoſtiarum membra rumpendo ex altari deſiluiſſent, ea ſi quid haberent ſolidi reſtituebantur etiamſi deſiluiſſent poſt dimidiam noctem: ſcriptum eſt enim, *Cremabitur in altari tota nocte*: ſin nihil haberent ſolidi cùm ante mediam noctem rumpendo ex altari deſiluiſſent, non reſtituebantur tamen: ſin toſta membrorum caro aruiſſet inſtar ligni, tum rumpendo membra ex altari exiluiſſent, ante mediam noctem reſtituebantur quidem, poſt mediam noctem non item.

Si quod hoſtiæ membrum ex altari deſiluiſſet, an reſtitueretur? *Lev.* 6. 9.

IV. Holocauſto laniato fruſta portabantur omnia in collem, in quo ſalirentur: tum efferebantur ad ſummam altaris partem. Hìc ſublatus nervus ille * luxatus projiciebatur in cineres, qui medio in altari jacebant, atque membra porriciebantur in ignem. Nam quod à Lege dicitur, *Carnem & ſanguinem*, ſignificat ut ſanguinem, ſic & carnem omnem porriciendam eſſe. Membra cùm ita projecta fuerant rurſus ſuper ignem ordine ſtruebantur, quia enim à Lege dicitur, *Ordinabitque ea ſacerdos.* Quæ ſi membra primò toſta fuiſſent, & deinde in altare ſublata, non fuerint odoris ſuavis.

Membra holocauſti in colle ſalienda, inde ad altaris ignem projicienda. *Deut.* 12. 27

Lev. 1. 12.

V. Holocauſti laniandi modus erat iſte: non frangebantur pedes poſteriores: ſed his perforatis ſuſpendebatur hoſtia, atque pelle nudabatur. Quod ſi bos erat, huic non ſuſpenſo pellis detrahebatur uſque ad pectus: huc cùm ventum eſſet, caput abſcindebatur, quod tribuebatur uni ſacerdotum. Porro præcidebantur crura, quæ dabantur ſacerdotum alteri, atque reliqua pellis detrahebatur: porro findebatur cor, ut ſanguis inde prometeretur: amputabantur inde pedes anteriores & dabantur alij: tum ſacerdos redibat ad pedem dextrum è poſterioribus, quem abſciſſum dabat alij, & cum iſto pede ſimul ambos teſticulos: poſthæc beſtia diffindebatur adeo, ut viſcera nudarentur. Hinc ſublato adipe operiebatur capitis ea pars, qua jugulata

Quinam eſſet holocauſti laniandi modus?

V. *Luxatus.* Quem Judæi non comedunt eam ob cauſam, quæ commemoratur Geneſeos cap. 32. v. 32.

fuerat animans: porro eximebantur inteſtina, quæ dabantur alij.

VI Secedebat iſte atque illâ diluebat aquâ ſic, ut à Lege edi-
Lev. 1. 13. citur, *Inteſtina verò & pedes lavabunt aquâ :* non lavabantur
Quis eſſet holocauſti abluendi modus? autem vino, non potione dilutâ, nec quovis alio liquore: aquæ verò erant omnes ad hoc idoneæ. Jam de diluendi modo, abdomen quidem apud templum tantum, quantum opus erat: cetera verò inteſtina ter ad minimum lavabantur : nempe in menſis illis marmoreis, quæ inter columnas ſitæ fuerant.

VII. Tum cultro ſejungebatur à jecore pulmo, item & ſejungebatur à jecore jecoris reticulum: at jecur ipſum loco non movebatur: præcidebatur inde pectus & dabatur alij : tum petebatur latus dexterum hoſtiæ, quâ proſcindendâ deſcendebatur ad ſpinam dorſi: hæc autem ſpina non tangebatur uſque donec ad coſtas illas duas molles ventum erat: tum enim præcidebatur, atque alij dabatur, & jecur ex illa pendebat.

VIII. Inde guttur, cui conjunctæ relinquebantur utrinque coſtæ duæ, abſcindebatur ita, ut ex eo aſpera arteria & cor penderent, atque dabatur alij. Petebatur inde latus ſiniſtrum, cui conjunctæ relinquebantur coſtæ molles duæ ſuprà, & duæ infrà: & tantundem relinquebatur ex oppoſito latere. Itaque lateribus duobus coſtæ conjunctæ relinquebantur quatuor. Hoc igitur latus abſciſſum unà cum ſpina dorſi dabatur alij, atque lien ex eodem pendebat.

IX. Poſtea præcidebatur extrema ſpina dorſi, & dabatur alij: cum hac autem erat conjuncta cauda, & reticulum jecoris, & duo renes : denique de pedibus hoſtiæ poſterioribus ſiniſter ablatus dabatur alij : atque hoc ordine holocauſtum quadrupes pelle denudatum reſolvebatur in artus : nimirum hoc illud eſt
Lev. 1. 6. quod à Lege dicitur, *Detractaque pelle hoſtiæ concidet eam in membra ſua.*

X. Membra holocauſti transferri à pluribus. Jam membra holocauſti plures ad collem altaris transferebant ſacerdotes: nempe ſi fuiſſet holocauſtum è minori pecore transferebatur per ſacerdotes ſex.

Primus igitur caput hoſtiæ atque poſterioribus è pedibus al-
XI. terum portabat. Is dextrâ tenebat caput ſic, ut nares converteret ad brachium ſuum, cornua inter digitos intereſſent, & ſurſum tolleretur locus jugulationis, qui erat adipe opertus: lævâ

verò de pedibus hoſtiæ poſterioribus dextrum geſtabat ita, ut pars illa pedis, in qua pellis inerat exterior eſſet.

Alter geſtabat anteriores hoſtiæ pedes duos, dextrum dextrâ, lævâ lævum, & in qua parte illorum pellis inerat, hæc foras ſpectabat. XII.

Tertius geſtabat inferiorem partem ſpinæ dorſi, & alterum ex poſterioribus hoſtiæ pedibus: hic dextrâ ſpinam dorſi ferebat, hoſtiæque cauda luxata videlicet erat inter digitos ejus inſerta, ſimul & reticulum jecoris, itemque & duo renes. Porro lævâ lævum ex pedibus hoſtiæ poſterioribus ferebat, cujus ea pars, in qua pellis inerat, foras ſpectabat. XIII.

Quartus pectus hoſtiæ, gutturque gerebat. Is dextrâ pectus tenebat, & lævâ guttur, & quæ gutturi fuerant conjunctæ coſtæ, has idem inter digitos ſuos diſpoſitos habebat. XIV.

Quintus hoſtiæ duo latera, dextrum manu dextrâ, & lævâ lævum ferebat ita, ut in qua parte pellis adhærebat, ea foras ſpectaret. XV.

Sextus in patina ferebat inteſtina, quibus erant ſuperpoſita genua, ſcilicet ſi holocauſtum ovis eſſet, caprave: nam ſi fuiſſet aries, inteſtina transferebantur per homines duos. Atque etiam ſimila libaminum ferebatur ab uno, & ab altero vinum: verùm enim holocauſtum ſi fuiſſet aries, & ſimilam ferebant duo, & duo alij vinum. XVI. Plures ſacerdotes occupatos in holocauſto ex ariete.

Ex quo cognoſcitur cuncta ad altare transferri per homines octo ſi mactaretur ovis, caprave: ſin aries, per undecim: quòd ſi bos immolaretur cuncta transferebantur ad altare per homines quatuor & viginti. XVII. Plures etiã in holocauſto è bove.

Primus enim transferebat caput: ſecundus & tertius dextrum è pedibus hoſtiæ poſterioribus: ferebant quartus & quintus partem inferiorem ſpinæ dorſi: ſextus & ſeptimus ſiniſtrum è pedibus hoſtiæ poſterioribus: pectus transferebat octavus: guttur autem tres ſimul transferebant, nonus, decimus, & undecimus: transferebantur duo pedes anteriores per homines duos: item & duo latera per homines duos: & inteſtina, ſimila, vinum, unumquodque per homines tres. En igitur quatuor & viginti. XVIII.

Nullum autem bovis membrum in multas partes dividebatur. Nam quod eſt in Lege, *Concidet eam in membra ſua*, ex eo con- XIX. *Lev* 1. 6. Singula ho-

Jocauſti membra non fuiſſe concidenda in partes minutas. cluditur membra holocauſti porro in fruſta concidenda non eſſe. Jam hæc omnia intelligenda ſunt de holocauſto videlicet publico. Nam holocauſti privati membra ut à paucioribus, aut à pluribus ad altare transferrentur omnino licebat.

XX. Quænam eſſet ratio faciendi holocauſti ex ave? Sin eſſet holocauſtum è volucri ſic fiebat. Aſcendebat ſacerdos in collem, & converſus ad gyrum altaris procedebat ad cornu medium inter meridiem & orientem. Hîc caput avis ad cervices retortum à collo dividebat: ſin non divideret, vitioſum erat holocauſtum: tum capitis ſanguinem item & ſanguinem corporis exprimebat ad altaris crepidinem paulò ſupra filum quod erat in altari medio. Qui ſi capitis ſanguinem expreſſiſſet, non expreſſiſſet ſanguinem corporis, vitioſum erat holocauſtum: ſin autem corporis expreſſiſſet ſanguinem, non expreſſiſſet capitis, bonum erat.

XXI. Tum capitis eam partem, in qua facta torſio fuiſſet, convertebat ad altare, atque aſperſam ſale in ignem porriciebat: tum veniebat ad volucris corpus, ex quo ingluviem manu evellebat, eamque pelle & pluma circundatam, & cum hac ſimul conſequentia viſcera, quæ ad cineris receptaculum projiciebat.

XXII. Tum alas ejus findebat non cultro, ſed manu; verùm enim
Lev. 1. 17. non abſcindebat: ſcriptum eſt enim, *Non ſecabit*: quanquam ſi abſcidiſſet, bene fuiſſet tamen: tum aſperſam ſale volucrem in ignem porriciebat. Si non eſſet ingluvies evulſa cum plumis & viſceribus, ſi non eſſet aſperſa ſale volucris, denique ſi poſt ſanguinis expreſſionem aliud quid eſſet immutatum, bene fuiſſet tamen.

XXIII. Jam quod ad rationem ſecandi ungue pertinet, ſacerdos volucris caput ungue reſecabat à cervicibus. Qui ſi vellet unguem ſecando collo deducere reducereque licebat, rurſuſque deducendo ungue ſimul & ſemel collum volucris præcidere. Jam de evulſione œſophagi & aſperæ arteriæ nihil curabat: tum deinde abſcindebat ſpinam dorſi & cervices haud cum multa carne. Nam ſi multa caro præcideretur, volucris emori videretur ante, quàm attingeretur œſophagus & aſpera arteria. Jam holocauſti duo illa ſigna, aſperam arteriam, & œſophagum reſecare deducendo ungue oportebat. Si quis autem cultro ſecuiſſet, ſi ſecuiſſet à latere, non ille ex præſcripto detruncâſſet, ſed idem feciſſet ac ſi ſuffocâſſet, aut ſi per nares volu-

crem diſſecuiſſet. Atque ad hanc detruncationem ungue faciendam tota cervix animantis idonea fuerat.

CAPUT SEPTIMUM.

PRÆCEPTUM eſt jubens, ut hoſtiæ pro peccato mactentur ex ratione à Lege præſcripta. Atque hoſtia pro peccato illa, quam comedi jus erat, ſic immolabatur. Jugulabatur, & ſanguis ſpargebatur ita, ut ſuprà poſuimus: tum pelle denudatæ eximebantur exta, quæ aſperſa ſale porriciebantur in ignem. Eadem illa exta cùm ad altare transferrentur vaſe licebat aliquo imponere ſi liberet, & reliqua ejus hoſtiæ caro comedebatur à ſacerdotibus maſculis in atrio.

ART. I. Quomodo immolaretur hoſtia pro peccato quam comedi oportebat.

Jam hoſtias pro peccato illas, quæ cremabantur, ſic immolabantur: jugulabantur, atque ſanguis eorum ſpargebatur ita, ut ſuprà diſſeruimus: deinde patefactis extrahebantur exta: hæc impoſita vaſe aſpergebantur ſale, atque in ignem projiciebantur: reliqua efferebantur ex urbe, atque in eoſdem, ac holocauſtum artus reſolvebantur; nempe ſimul cum pelle: tum cremabantur ad cineris receptaculum.

II. Quomodo immolaretur hoſtia pro peccato quæ cremāda erat?

Locus ad urenda ſacra deſtinatus erat triplex: unus in atrio. Hîc comburebatur quidquid ex ſacris vitiatum fuerat, & exta hoſtiarum minus ſanctarum, ſi quando temeratæ fuerant, & hoſtiæ pro peccato cremandæ ex hircis, juvenciſque, in quibus aut ante, aut poſt ſanguinis ſparſionem vitium erat natum: ut ſi fuiſſent inquinatæ, ſi extra atrium ante tempus exceſſerint, ſi earum caro aut extra noctem totam prætérita fuiſſent.

III. Ubi comburerentur ſacra, quæ vitiata fuerant?

Alter erat locus in monte ædis, cui *Caſtrum* nomen erat: in eo comburebantur hoſtiæ pro peccato cremandæ, ſiquidem in illis poſtquam ex atrio exceſſerant vitium exortum fuiſſet. Tertius extra Hieroſolymam erat, atque hic ille eſt qui *Cineris Receptaculum* appellabatur: hîc cremabantur hoſtiæ pro peccato cremandæ tum videlicet, cùm ex præſcripto cremabantur.

IV. Ubi cremarentur hoſtiæ pro peccato cremandæ?

Jam quæcunque comburebantur, ea & ab homine alieno, & noctu ritè comburebantur. Et quæcunque comburebantur extra atrium, ad ea comburenda quodvis ligni genus, immo verò palea quoque, & ſtipula idonea erat: nam quod eſt in Lege, *Super ligna in igni*, ignem ex quacunque re ſignificat:

V. Sacra comburenda à quo, quando, & quo igni comburerentur? Lev. 4. 12.

nominantur autem ligna ad excludendam calcem ac favillam.]

VI. Quemadmodum immolaretur hoſtia pro peccato volucris? Jam hoſtia pro peccato quando volucris erat ſic immolabatur. Sacerdos collum ejus contortum ungue ſecabat in altaris cornu inter meridiem & occidentem intermedio ita, ut paulò ſuprà poſuimus, atque unguem infigebat adeo, ut * ambo ſigna prorſus abſcinderet, aut alterutrius majorem partem: caput autem à corpore non dividebat: ſi diviſiſſet, vitiâſſet, &

Lev. 5. 8. verberibus multaretur; eſt enim in Lege, *Et retorquebit caput ejus ad pennulas ita, ut........ non penitus abrumpatur*, tum ex ejus ſanguine altaris crepidinem aſpergebat ſubter mediam partem, & reliquum ſanguinis dabat operam, ut in funda-

Ibid v. 9. mentum diſtillaret ſic, ut ſcriptum legitur, *Quidquid autem reliquum fuerit faciet diſtillare ad fundamentum ejus.* Namque ex eo cognoſcitur & altaris crepidini ſanguinem aſpergendum, & reliquum eſſe profundendum in altaris fundamentum. Nimirum hæc eſt inferior crepido.

VII. Atque hæc diſtillatio ſanguinis neceſſariò requirebatur in hoſtia pro peccato ſi volucris erat: neque enim altari ex illa quidquam aliud, quàm ſanguis obveniebat: reliquum enim à ſacerdotibus maſculis ſic tanquam caro quadrupedis hoſtiæ pro peccato comedebatur.

VIII. Jam volucris hoſtia pro peccato dum ejus collum retortum ungue ſecabatur ſic apprehendi oportebat, ut ejus duo pedes & alæ duæ inter duos ſacerdotis digitos interpoſitæ eſſent ſic, ut per tranſverſos hos duos digitos extenderetur collum & retortum ungue ſecaretur. Quæ quidem operatio erat una ex difficillimis, quæ in templo fiebant, operationibus. Quanquam ſacerdos ſi rationem mutâſſet, & victimam quacunque alia parte apprehendiſſet, nihilo ſecius idonea fuiſſet.

IX. Quæ pars altaris eſſet aſpergenda ſanguine volucris hoſtiæ pro peccato? Ad hujus hoſtiæ collum retortum ungue ſecandum partes altaris erant idoneæ omnes: ſed ſanguinis ſparſionem oportebat infra dimidiam partem altaris fieri: Quæ ſi eſſet in quovis altaris alio loco facta, bene haberet tamen, ſi modo tantillum ſanguinis vitalis ex hoſtia fuiſſet inferiori parti altaris aſperſum.

X. In cornu altaris meridiei & occidenti intermedio fiebant tria in parte ſuperiori, & in inferiori quoque tria. In inferiori ma-

VI. *Ambo ſigna.* Vide cap. 4. art. 8. ubi de ſignis iſtis diligenter explicatum eſt à nobis in appoſita nota.

ctabatur hoſtia pro peccato ſi volucris erat: admovebantur ferta, & effundebantur reliquiæ ſanguinis holocauſtorum, hoſtiarum pro peccato comedendarum, hoſtiarum pro delicto, & pacificorum. Et fiebant item tria in parte ſuperiori: nempe *libatio aquæ ad ſolemnitatem Tabernaculorum: porto libatio vini quod in quotidianis libaminibus fundebatur: tum mactatio holocauſtorum volucrium, ſi quando magna foret illorum copia. Namque ſi nimiam illam multitudinem capere non poſſet cornu altaris meridiei & orienti medium, ſacerdotes ſe ſe vertebant ad cornu altaris meridiei & occidenti intermedium, ubi holocauſta illa peragerent.

Omnes in altare conſcendentes conſcendebant ad dextram, idque circumibant, atque deſcendebant ad ſiniſtram. Excipiuntur qui conſcendebant in altare peracturi unam aliquam ex tribus illis rebus, quæ in ſuperiori parte cornu paulò ante dicti fiebant. Hi videlicet in altare conſcendebant, atque ſe ſe ad ſiniſtrum altaris cornu vertebant, operabantur, & retrorſum abibant: Quòd autem iſti ſe ſe ſtatim vertebant ad partem altaris ſiniſtram, hæc erat cauſa, ut primum ſe ſe offerret altaris cornu occidenti & meridiei intermedium. Qui ſi ſe convertiſſent ad dextram, tum altare circumiſſent donec perveniſſent ad cornu meridiei & occidenti intermedium, periculum fuiſſet, ne inficeretur vinum & aqua altaris fumo, aut ſuffocaretur volucris. XI.

Sacerdotes in altare conſcendiſſe ad dextram, ad ſiniſtram deſcendiſſe.

Qua de cauſa is qui libabat aquam & vinum cùm quidem altare circumiret, nihil manu ferebat. Is igitur circuitionem altaris incipiebat à cornu meridiei & orienti intermedio, à quo pergebat ad cornu orienti & ſeptentrioni intermedium, inde ad cornu ſeptentrioni & occidenti intermedium, atque inde ad cornu occidenti & meridiei intermedium, nec quidquam manu ferebat. Ad cornu occidenti & meridiei intermedium ubi venerat, in manum ei dabatur aqua vinumque quod libaret. Qui ſi non circumiret altare, aſcendebat, atque illico ad ſiniſtram ſe ſe convertebat, operabatur, & deſcendebat. XII.

X. *Libatio aquæ.* De hac diſputatum eſt Tract. 2. cap. 7. art. 6. in appoſita nota.

CAPUT OCTAVUM.

ART. I. Veſtes ſanguine hoſtiæ pro peccato infectas in atrio lavari protinus. Lev. 6. 27

ERAT in quadrupede hoſtia pro peccato major quædam ſeveritas, quàm in aliis ſanctioribus victimis. Nam ſi ſanguis quadrupedis hoſtiæ pro peccato ante, quàm aſperſus altari fuiſſet è vaſe, quo fuerat exceptus, effluxiſſet in veſtem, hanc protinus in atrio oportebat aquâ lavari: id adeo, quia in Lege eſt, *Si de ſanguine illius veſtis fuerit aſperſa, lavabitur in loco ſancto.*

II. Atque eadem erat ratio veſtis & pellis adhuc mollis, item & ſacci, lavarentur oportebat: pellis autem indurata inſtar erat ligni, unde ſanguis abradebatur. Jam pro uno & eodem habebatur ſanguis hoſtiæ pro peccato comedendæ, atque ſanguis hoſtiæ pro peccato cremandæ. Non erat eadem ratio hoſtiæ pro peccato volucris. Nam quod ſcriptum videmus, *Ibid. v. 25.* *Jugulabitur hoſtia pro peccato*, hinc intelligitur ſcripturam loqui de hoſtia pro peccato, quæ jugulabatur, non item de illa, cujus collum retortum ungue ſecabatur.

III. Hoſtia pro peccato ſi quando temeraretur, ſanguis ejus ut ablueretur neceſſe non erat, ſeu illa temporis ſpatium aliquod fuiſſet idonea, ſeu omnino nunquam idonea fuiſſet: fuerat enim aliquo temporis articulo idonea illa, quæ noctem totam prætermiſſa, quæ contaminata, quæque eſſet ex atrio egreſſa; illa verò omnino nunquam fuerat idonea, quæ vel in ipſa jugulatione, vel in aſperſione ſanguinis temerata fuiſſet.

IV. Jam quod loci ſanguine fuerat infectum, id ſolum ut lavaretur opus erat, ſiquidem ejuſmodi rei ſanguis erat aſperſus, quæ inquinamento, lavationique foret obnoxia: nam ſi quid ſanguinis aſpergeretur vaſi è ligno, ſi quid vaſi è metallo, non illa quidem lavari neceſſe erat, quippe quæ non ſunt ad lavandum idonea, ſed abradebantur duntaxat.

V. Si quid ſanguinis aſpergeretur corio piſcario, hoc lavandum non erat, quippe quod non eſt id, quod contaminari poſſit. Si quid ſanguinis aſpergeretur corio pecorino ante, quàm pecori fuiſſet detractum, nihil lavato opus erat; ſin poſtea quàm erat pecori detractum, omnino lavaretur oportebat: hoc enim ſi necdum erat inquinamento obnoxium, at certè futurum erat poſtmodum ſi perficeretur.

Si

Si veſti quid ſanguinis aſpergeretur aut ex gutture victimæ, aut ex altaris cornu, item ſi funderetur in pavimentum ſanguis, atque ex eo collecto veſti quid aſpergeretur, nihil lavato opus erat. Nam quod ſcriptum eſt, *Si de ſanguine illius veſtis fuerit aſperſa*, id de eo demum ſanguine intelligendum erat, qui ſacro vaſe exceptus idem ad aſperſionem idoneus eſſet atque ſufficiens. VI. Lev. 6. 27.

Si poſt factas quatuor aſperſiones de reliquo ſanguine aliquid è patera veſti aſpergeretur, haud illa lavanda fuiſſet, tametſi reliquus ille ſanguis nondum eſſet in altaris baſim effuſus. Atque eadem erat ratio hoſtiarum pro peccato cremandarum. VII.

Si aſpergeretur veſti de digito ſacerdotis ſtatim atque ille ſanguinem pro more altari manu aſperſiſſet, haud illa lavanda eſſet: nam quod ſanguinis in ſacerdotis digito reſiduum fuerat, id ad aſpergendum altari neutiquam erat idoneum. VIII.

Si de veſte ſanguine reſperſa rurſus ſanguinis aliquid aſpergeretur alteri veſti, veſtis hæc alterâ lavatione non indigebat: ſi veſti aſpergeretur immundæ, hæc quoque lavatione non egebat: Jam ſi veſti aſpergeretur ſanguis hoſtiæ pro peccato, tum huic ſanguini aſpergeretur inſuper & ſanguis communis, lavaretur oportebat: ſin veſti primùm aſpergeretur aut ſanguis communis, aut etiam ſanguis holocauſti, tum huic eidem ſanguini aſpergeretur inſuper & ſanguis hoſtiæ pro peccato, hæc omnino lavanda non erat, quippe quæ ſanguinem iſtum poſteriorem non imbiberat. IX.

Veſtis igitur locus ille, qui erat ejuſmodi ſanguine imbutus, aquâ lavabatur adeo, ut nulla omnino nota remaneret: & prorſus iiſdem atque macula ſeptem aromatum generibus perfricabatur: non perfricabatur autem veluti macula urinâ: etenim urina in Sanctuarium inferebatur nunquam. X.

Hoſtia pro peccato comedenda cùm eſſet teſtaceo vaſe cocta, id in atrio frangi oportebat: eadem ſi vaſe metallico cocta fuiſſet, id in atrio defricari atque in aquam mergi oportebat: namque ita Lege ſancitum eſt, *Vas autem fictile in quo cocta eſt confringetur: quod ſi vas æneum fuerit defricabitur, & lavabitur aquâ*. In hac enim re etſi non additur *in loco ſancto*, tamen eadem ratio, atque in lavatione tenebatur: ut igitur veſtis lavabatur loco ſancto, itidem loco ſancto frangebatur vas fictile, XI. Vas fictile in quo coqueretur hoſtia pro peccato frangi, metallicum ablui. Ibid. 6. 28.

& metalli cum mergebatur in aquam, ac defricabatur Jam unum & idem erat in vaſe quid coquere, aut ferventem offam in idem infundere.

XII. Defricabatur igitur calidâ, & lavabatur frigidâ aquâ videlicet, non item vino, non potione miſtâ, non ceteris liquoribus. Atqui iſtiuſmodi vas itidem uti calicem defricari lavarique oportebat: at veru & craticulam in aqua ferventi, cui ignis uſque ſubjiceretur, excoqui neceſſe erat, tum etiam lavari.

XIII. Sic enim habebatur vas metallicum, in quo coqueretur hoſtia pro peccato comedenda poſtquàm ſanguis ejus ritè aſperſus fuerat: verùm ſi coqueretur ante, aut ſi coqueretur hoſtia pro peccato illa, quæ comburenda erat, neutiquam defricatione & lavatione opus erat. Jam ſi aliqua vaſis parte duntaxat coqueretur, nihilominus totum defricari, lavarique neceſſe erat.

XIV. Si hujus caro toſta fuiſſet in clibano fictili, res erat dubia utrùm ideo, quòd in eo caro cocta fuiſſet, frangi illum oporteret, an non oporteret idcirco, quòd eum ipſa caro torrendo non attigiſſet. Nec verò in ſola hoſtia pro peccato obſervabantur iſtæ leges; ſed quæcunque vaſa calidis ſacris adhibebantur ſeu illis ſanctioribus, ſeu minus ſanctis, defricari & lavari ſtatim atque ſacra comeſa fuerant oportebat: item veru craticulamque in aqua ferventi expurgari ſtatim atque ſacra comeſa fuerant. Nullum igitur vas relinquebatur interea dum aliquid ſacri denuo comedendum erat: ſed ubi primum ſacrum aliquid erat exeſum, veru quidem & craticula in aqua ferventi expurgabantur: cetera verò vaſa ſeu metallica, ſeu fictilia defricabantur & lavabantur. Excipe hoſtiam pro peccato, cui coquendæ quæ fuerant adhibita vaſa fictilia confringebantur. Jam ad ſacra coquenda continuò iiſdem vaſis tum metallicis tum fictilibus ſemel, iterum, ac tertiò uti licebat uſque ad finem comedendi, & tum denique vaſa illa defricari, atque lavari opus erat.

XV. * Vaſa marmorea, lapidea, fictilia non egebant defricatione ſimul & lavatione, non ſi hoſtiæ pro peccato inſervissent: ſed

XV *Vaſa marmorea.* Textus habet כלי גללים: quæ nonnulli volunt eſſe *vaſa ſtercorea*: aiunt apud Arabes è boum ſtercore fingi neſcio quæ vaſa in uſus ſordidos, quæ explicatio mihi quidem minus probatur. Quid enim? An in templo, ubi cuncta utenſilia tam apta, magnifica, ſplendida, adhiberentur ad coquendas victimarum carnes vaſa ſtercorea? Nihil minus. Itaque alij ſic, uti nos, exponunt

lavatione duntaxat. De hoſtia pro peccato Lege præcipitur, *Quidquid tetigerit carnes ejus, ſanctificabitur*: nempe fiebat hoſtiæ conſimile: quæ ſi temerata fuerat, itidem temeratum erat & id quod illam attigerat: ſin hoſtia fuerat idonea, quod eam attigerat itidem ut ipſa comedendum erat, & quidem cum pari ſanctimonia. *Lev.* 6. 27.

Sic ſe res habebat ſi quid hoſtiam ita tetigiſſet, ut idem ſucco XVI.
fuiſſet ejus imbutum: ſi quid autem attigiſſet ita, ut nullatenus ſuccum ejus combibiſſet, nequaquam ſanctificaretur: nec verò hac re differebat inter hoſtiam pro peccato & reliqua ſacra ſeu minus ſancta ſeu ſanctiora: ſcriptum eſt enim, *Iſta eſt lex holocauſti & ſacrificij*. *Lev.* 7. 37.

Laganum ſi carnem hoſtiæ ſic attigiſſet, ut aliqua tantùm XVIII.
parte imbueretur hoſtiæ ſucco, non id ſanctificabatur totum; ſed quod erat ſucco imbutum, id tantùm præcidebatur.

Si ſimul in uno vaſe ſacra & profana concoquerentur, aut XVIII.
ſanctiora & minus ſancta, & eſſent utraque ſatis ampla ad communicandum inter ſe ſaporem, cuncta oportebat comederentur itidem, ut quod ex ipſis ſanctius erat: & vas indigebat defricatione juxta & lavatione, atque in cunctis tenebatur ratio ejus rei quæ gravior erat: Quæ ſi ſaporem altera alteris non impertiſſent, omnino leviora non comedebantur item, ut graviora, nec ullam ad rem paria erant: vas autem defricari lavarique oportebat.

Si cum ſacris quid coqueretur id porro ſacrum habendum?

Si veſtis ſanguine hoſtiæ pro peccato aſperſa extra atrium XIX.
elata fuiſſet, eam rurſus in atrium oportebat referri atque ibi lavari: ſin autem extra atrium inquinaretur quid facto opus erat? Nempe ut mundaretur diſcindenda erat: quo facto referebatur in atrium, atque lavabatur intus: Jam in hac veſte diſcindenda tantum oportebat relinquere integrum, quantum erat linteum id quo caput operiebatur: nam quod in Lege eſt *Veſtis*, id ſignificat dum lavabatur etiam veſtis eſſet oportuiſſe. Et ſi veſtis illa manebat polluta ex edictis ſapientum, quoniam in ea linquebatur integrum quantum erat linteum quo caput operiebatur; at ex Lege quidem certè ſatis erat munda ubi fue-

vaſa marmorea. Atque 1. Eſdræ cap. 5. v. 8. & rurſus ibid. cap. 6. v 4. ſcriptum legimus אבן גלל: ubi R. Salomo Jarchi doctus ſanè Interpres גלל voce, inquit, מרברא בלעז: ſignificatur id, quod vernaculè *Marbre* dicitur. Hunc ego interpretando auctorem habui.

rat ex majori parte diſciſſa, adeoque licebat illam in Sanctuarium inferre, ut ibi ſanguis ablueretur.

XX. Pallium ſanguine hoſtiæ pro peccato aſperſum ſi efferretur, atque foris contaminaretur quid illo faciendum erat, namque hoc ſi quis dilaceraret, eum verberibus coërceri ſuprà diſſeruimus? Nempe intromittebatur ex eo latitudo tribus digitis paulò minor, quæ lavaretur intus, quod ſæpius iterandum erat, & cùm paulatim ſanguis erat prorſus ablutus, tum etiam pallium foris in aquam mergebatur totum.

XXI. Si vas fictile quo cocta fuerat hoſtia pro peccato extra atrium efferretur, id referebatur intus & frangebatur: quod ſi foris contaminaretur ad mundandum perforabatur pro craſſitudine parvæ radicis, tum referebatur intus atque frangebatur. Sin eſſet foramen amplius, nequaquam frangebatur intus: neque enim porro vas erat: intus autem niſi vas frangendum erat nihil. Item & vaſa metallica, quibus fuerat hoſtia pro peccato cocta, ſi efferrentur extra atrium, referebantur intus, atque defricabantur & lavabantur. Sin ea, poſtquam elata fuerant, contaminarentur, frangebantur eatenus quoad mundarentur, atque referebantur intus; rurſuſque diducebantur adeo, dum fractura obthurata denuo ſpeciem vaſorum redderent: tum verò in atrio defricabantur & lavabantur. Eſt enim

Lev. 6. 28. in Lege, *Si vas æneum fuerit*, &c. Nempe intus nihil niſi vas defricabatur.

CAPUT NONUM.

ART I. *Ut immolaretur hoſtiæ pro delicto?*

PRÆCEPTUM eſt jubens, ut hoſtiæ pro delicto mactentur ex ratione à Lege præſcripta. Hæc igitur erat ratio mactandarum hoſtiarum pro delicto certo, dubiove: jugulabantur atque aſpergebatur illarum ſanguis ſic, ut ſuprà diſſeruimus: tum pellis detrahebatur illis, atque eximebantur exta, quæ ſale aſperſa projiciebantur in ignem: quæ ſi vaſis transferri lubuiſſet, omnino licebat. Atqui reliqua caro comedebatur in atrio à ſacerdotibus maſculis non ſecus atque hoſtia pro peccato.

II. *In hominis leproſi ho-*

Quam hoſtiam pro delicto offerebat homo leproſus, in ejus hoſtiæ ſanguine excipiendo mutabatur aliquid, de quo expli-

cabitur in Tractatu de Piaculi Indigentibus: in ceteris autem rebus faciendis, in ſanguine altari aſpergendo, in carne comedenda, cunctarum hoſtiarum pro delicto inſtar habebatur ad omnia.

ſtia pro delicto mutandum aliquid.

III. Quot eſſent pacificorũ genera?

Item præceptum eſt jubens omnia ex ratione præſcripta facere pacifica, quorum erant genera quatuor, unum pacifica Eccleſiæ: reliqua tria pacifica hominis erant privati.

IV. Qua ratione ſacrificarẽtur pacifica univerſæ Eccleſiæ?

Pacifica Eccleſiæ ita fiebant; jugulabantur, & aſpergebatur ſanguis ita, ut ante dictum eſt: detrahebatur inde pellis atque eximebantur exta, quæ aſperſa ſale adolebantur: reliqua à ſacerdotibus maſculis in atrio comedebantur itidem, ut hoſtia pro peccato, & hoſtia pro delicto, quippe quæ erant ſanctiora, ut ſuprà diximus.

V. Quot & qualia privatorum eſſent hominum pacifica?

Quæ pacifica à privatis offerebantur hominibus, eorum erat genus triplex: unum, cui panis adhibebatur nullus, veluti pacifica feriarum, & lætitiæ, quæ propriè pacifica nominabantur: alterum autem eorum, quæ offerebantur ex voto ſponſioneque cui panis adhibebatur. Nimirum hoc illud eſt, quod *Euchariſtia* dicitur, atque panis huic adhibendus itidem panis Euchariſtiæ vocatur: tertium genus pacificorum erat illud, quod offerebat Nazaræus eo die, quo Nazaræatum ſuum compleverat, atque huic quoque panis adhibebatur: huic autem nomen erat *Aries Nazaræi*.

VI. Quænam eſſet ratio faciendi ſacra pacifica privata?

In iſtis tribus generibus hæc erat faciendi ratio: jugulabantur hoſtiæ, & excipiebatur ſanguis ita, ut diximus: deinde corium erat detrahendum, atque eximenda exta: tum in artus diſſolvenda caro: poſt ſecernendum erat pectus & femur dextrum, & his conjuncta exta imponebantur offerentium manibus, quibus manum ſuam ſacerdos ſupponebat, atque omnia ante Dominum agitabat in parte orientis: nam quidquid agitari oportebat, in parte orientis agitandum erat.

VII. Sacra fuiſſe partes in quatuor agitanda.

Qualis igitur erat iſta agitatio? Nempe movebatur huc & illuc, ſurſum & deorſum. Quod ſi ſacrificium eſſet Euchariſticum, ſumenda de pane, qui huic adhibebatur, pars decima, quæ cum pectore, femore, & extis conjungeretur: tum cuncta in manibus offerentium agitabantur ſic, ut modò diximus.

VIII.

Atque in manibus offerentium hic erat rerum diſponendarum ordo: in ipſis offerentium manibus collocabantur adipes:

ſuper has autem pectus & femur: & ſuper iſta duo renes, & reticulum jecoris; & cùm adhiberetur panis, is collocabatur ſuperior, tum cuncta ſimul agitabantur.

IX. Sacrificium ſi fuiſſet *Aries Nazaræi* eximebantur exta, & ſecernebantur pectus & femur, & reliquum arietis coquebatur in atrio mulierum: tum ſacerdos ex ariete coctum armum ſumebat, ſimul & partem decimam panis ejus, qui ſacrificio adhiberetur, quæ conjungebantur cum pectore, femore, & extis, cunctaque collocabantur in Nazaræi manibus: tum manibus offerentium manus ſuas ſupponebat ſacerdos, & cuncta agitabat ita, ut ſuprà poſuimus.

X. In animante quidquid terram reſpicit uſque ad collum ex ſuperiori parte, & ex inferiori ad alvum, id pectus dicitur: cùm hoc igitur coſtæ duæ hinc illinc præcidebantur. Et armus appellatur id, quod eſt à genu commiſſura ad acetabulum videlicet pedis anterioris: hæc enim membra duo inter ſe junguntur. Jam armus qui hic dicitur, armus eſt dexter, cujus è regione quod eſt in pede poſteriori, hoc nimirum illud eſt, quod paſſim dicitur femur. ¶

XI. Poſt agitationem ſale aſpergebantur exta, atque in altari

Quid è pacificis comedendum eſſet ſacerdotibus? *Lev.* 7. 34.

adolebantur: pectus autem & femur à ſacerdotibus comedebantur ſicut eſt in Lege, *Pectuſculum enim elevationis, & armum ſeparationis:* reliqua verò pacificorum comedebantur ab ipſis offerentibus. Nec verò ſacerdotes adquiſierant pectus & femur niſi poſtquàm exta adoleverant.

XII. Et quidquid panis cum ſacrificio Euchariſtico agitabatur, & cum *Ariete Nazaræi*, atque armus coctus comedebantur à ſacerdotibus: reliquum autem panis & carnis offerentibus erat comedendum. Atque panis agitatus, & ſimul unà pectus, & femur ex ſacro priori ſublatum vocabatur *Separatum ex Euchariſtia:* armus autem coctus, ac pectus, & femur ex ſacro poſteriori ſublatum, & ſimul panis agitatus vocabantur *Separatum ab Ariete Nazaræi.*

XIII. Qui panis ſeparabatur ex Euchariſtia, is pro dubia oblatione hab:batur. In hoc adeo non item, ut in oblatione certa fraudi

¶ Imitatus ſum Verſionem Vulgatam, quæ etſi ſæpius זרוע juxta & שוק *armum* vertit, tamen eadem ubi diſtinctione opus eſt זרוע *armum*, שוק autem *femur* reddit, ſicut videre licet Num. cap. 6. v. 19. & 20.

capitali locus erat, nec additioni quintæ partis: neque porro hic itidem uti certa oblatio ad res inficiendas valebat.

Si qui ſacrificium offerret Euchariſticum ſacerdos eſſet, ipſe panis reliquias comederet non ſecus ac ſi hoc ſacrificium Euchariſticum fuiſſet alicujus Iſraëlitæ. Nam qui panis adhibebatur ſacrificio Euchariſtico, vel *Arieti Nazaræi* non * vocabatur fertum. XIV.

Homines duo ſi ſocietatem offerendorum pacificorum iniſſent, eorum alter, ſiquidem ſocius licentiam dediſſet, agitationem faceret: immo ſi centum fuiſſent pro omnibus unus agitationem faceret: non erat ita de manuum impoſitione. XV. Sacrorum agitationẽ fieri per unum pro multis.

Si ſacrificium offerret mulier, omnino illa agitationem non faceret: faceret autem ſacerdos. Nam ſacrificium illius agitari neceſſe erat: atqui ipſa ad agitationem faciendam non erat idonea. Etenim nulla unquam mulier niſi quæ in ſuſpicionem adulterij erat vocata, aut Nazaræa ſacrorum faciebat agitationem, quemadmodum alio loco diximus. Jam hæc agitatio ſacrorum admotionem ſemper antecedebat. XVI. A mulieribus non agitari ſacra.

Qualis igitur erat panis ille, qui ſacrificio Euchariſtico adhibebatur? Nempe ſumebant viginti decimas ſimilæ, quarum è denis panem fermentatum efficiebant, & ex denis aliis panem azymum. Jam denæ illæ decimæ è quibus fiebat panis fermentatus diſpertiebantur in placentas decem. XVII. Qualis eſſet panis pacificis adhibendus?

Jam de ratione fermentandi afferebatur fermenti quod ſatis erat: indebatur hoc in menſuram quæ porro replebatur. Atenim menſura poſtmodum farinæ plus minuſque continebat pro ratione fermenti, quod interdum ſpiſſum erat & durum, interdum molle: verum. Sed non erat menſuræ cura niſi pro tempore præſenti, & ideo ſat habebant ſi menſuram cujuſque decimæ ſemel prorſus expleverant. Jam verò ex denis azymi panis decimis fiebant æquales inter ſe placentæ triginta, quarum ſingulæ denæ ſui quæque generis erant. Nempe erant illarum denæ in furno coctæ, denæ factæ in modum laganorum, & denæ frictæ. XVIII.

XIV. *Vocabatur fertum.* Namque fertum ſacerdotis adolebatur in altari totum, ut apertè præcipitur Lev. 6. 23. *Omne enim ſacrificium ſacerdotum igne conſumetur, nec quiſquam comedit ex eo.* Monuimus autem paulò ſuprà quod מנחה Hebræis, id Latinis *fertum*, ſeu *mo... m ſparſam* dici, atque à Vulgato Interprete *ſacrificium* ſimpliciter appellari.

XIX. Ac frigendi ratio erat iſta. Diluebatur placenta aquâ ferventi, ac coquebatur parumper: tum in ſartagine, ſimilique vaſis genere ſic, ut fere fiunt cruſtula, * torrebatur, atque ſuo etiam perfundebatur oleo: hoc eſt illud quod paſſim dicitur, frigere.

XX. Sed quid tandem olei in has triginta placentas impendebatur? Dimidium logi: hæc enim menſura Moſi in Sinaï tradita fuit: ex hoc oleo quarta pars impendebatur in id quod frigendum erat: pars octava in placentas: & octava in lagana.

XXI. Jam placentarum ſimila macerabatur octava parte logi olei: tum ſubigebatur, & coquebatur: lagana verò poſtquàm cocta fuerant ſua etiam octava parte logi olei perfundebantur. De cunctis ſacerdos ſumebat placentas quatuor, unam ex unoquoque genere, quia ſcriptum legitur, *Unum (panem) ex omni oblatione.* Lev. 7.14.

XXII. Verùm enim ſi quis panes cum Euchariſtico ſacrificio coquendos diviſiſſet tantùm in placentas quatuor, nihilominus officio feciſſet ſatis: neque enim ſunt præſcriptæ quadraginta, niſi quia * ita rectius ſit & laudabilius. Attamen oportuiſſet, ut de maſſa farinacea necdum cocta placentam integram demeret ſacerdos pro unoquoque oblationis genere: fruſtum autem de pane cocto non demebatur. Nam quod in Lege eſt, *Unum ex omni oblatione:* id hoc ſignificat ſacerdos ne committat, ut fruſtum inde demat. Ibidem.

XXIII. Jam qui ad *Arietem Nazaræi* panis adhibebatur talis erat: ſumebantur ſimilaginis ſex decimæ, & unius decimæ tripertitæ partes duæ. Ex his fiebant æquales inter ſe placentæ viginti, omnes azymæ. Earum decem erant lagana, quæ videlicet poſtquàm cocta fuerant etiam perfundebantur oleo, & decem placentæ, quarum ſimilago oleo macerabatur, quæ omnes in furno coquebantur: impendebatur in illas * olei quartarius; hæc

XIX. *Torrebatur.* Eſt hîc mendum in textu, קולט pro קולה, ſed corrigitur in linea proximè ſequenti, in qua extat כדרך שקולין, ad quod verbum poſterius refertur illud ſuperius: tum verò apud Commentarium, cui nomen כסף משנה, reſumitur textus, & habetur קולה correctè: præterea autem totus hic locus retractatur cap. 13. hujus Trac. art. 3. ubi quoq; correctè legitur קולה

XXII. *Ita rectius ſit*, &c Hebraicè למצוה, quam vocem uſurpari pro eo quod rectum ſit ac laudabile, tametſi præceptum non eſt, monui Tract. 1. cap. 7. art. 2. idque ex hoc loco tam eſt certum & evidens, quàm quod maximè.

XXIII. *Olei quartarius.* Qui paſſim commemoratur quartarius capiebat quartam

hæc enim menſura Moyſi à Sinaï uſque tradita fuit. Ex his ſacerdos placentas demebat duas, unam ex quoque genere.

Duo genera panis in Nazaræi ſacrificio, itemque quatuor genera panis in Euchariſtico requirebantur aliud ab alio. Atque utriuſque ſacrificij panis fiebat extra atrium. XXV.

Animantium primogenitarum, atque decimarum, & Agni Paſchalis ſacrificium ita fiebat. Poſtquàm eorum ſanguis aſperſus erat ſic, ut ſuprà docuimus, corium ipſis detrahebatur, & eximebantur exta, quæ ſale aſperſa adolebantur: tum reliqua caro primogenitarum animantium quidem comedebatur à ſacerdotibus: decimarum autem ab offerentibus: at reliqua caro Agni Paſchalis ritè comedebatur ab his qui ipſi annumerati fuerant. Sed hac de re tota in Tractatu de Sacrificio Paſchali diſputabitur. XXV. Qualis eſſet ſacrificatio primogenitorum, decimarum, & Agni Paſchalis?

CAPUT DECIMUM.

ART. I. Quænam ſacra ex Lege comederentur à ſacerdotib.? Exo. 29. 33.

PRÆCEPTUM eſt jubens ut * comedatur hoſtia pro peccato, item & hoſtia pro delicto: ſcriptum eſt enim, *Comedent, ut ſit placabile ſacrificium:* nempe comedebant ſacerdotes, & piabantur domini. Eadem ratione ſacrificia reliqua, quæ à ſacerdotibus comedebantur, ut comederentur, præceptum erat.

Item præceptum eſt jubens ut * reliquiæ fertorum comedantur: ſcriptum eſt enim, *Reliquam autem partem ſimilæ comedet Aaron cum filiis ſuis.* II. Lev. 6. 16.

Hoſtia pro peccato, & hoſtia pro delicto, & fertorum reliquiæ non comedebantur niſi à ſacerdotibus maſculis, qui * erant in atrio. Quæ cùm comederentur, in ipſo templo comedebantur: ſcriptum eſt enim, *Sacrificium & quidquid pro peccato atque delicto ..... In Sanctuario comedes illud: mares tantùm edent ex eo.* Jam ſacrificia pacifica Eccleſiæ erant inſtar ho- III. Quæ ſacra comederētur à ſolis ſacerdotib. maſculis? Num. 18. 9. Ibid v. 10.

tam partem logi, quem ſextario Attico parem fuiſſe jam ſæpe diximus.

ART. I. *Comedebatur hoſtia pro,* &c. Si tamen non eſſet ſummi ſacerdotis, nec totius Eccleſiæ: nam horum hoſtia pro peccato non comedebatur, ſed extra caſtra ſeu extra Hieroſolymæ mœnia cremabatur. Vide notam, quam ad ar. 7. cap. 5. hujus Tract appoſuimus.

II. *Reliquiæ fertorum.* Quid cùm in fertis, tum in cunctis ſacris præcipua pars, quidque reliquiæ diceretur Tract 1. ad art. 13. cap. 6. expoſui.

III. *Erant in atrio.* Rebus divinis vacantes.

ſtiæ pro peccato & hoſtiæ pro delicto, ſicut antea poſuimus.

IV. Quæ ſacra comederentur à ſacerdotibus feminis? *Num.* 18. 11 *Ibid. v.* 19.

Pacificorum pectus & femur comedebantur à ſacerdotibus maribus juxta atque feminis: nam ad illa ſpectat id quod ſcriptum legimus, *Tibi dedi, & filiis tuis, ac filiabus tuis.* Item & quidquid demebatur de ſacrificio Euchariſtico, & de *Ariete Nazaræi*: ſcriptum eſt enim, *Omnes oblationes Sanctuarij, quas offerent filij Iſraël Domino tibi dedi, & filiis, ac filiabus tuis.*

V. Quibus ſacris ſacerdotum domeſtici veſcerentur? *Ibid.* 18. 18. *Lev.* 10. 14

Eadem ratio erat animantium primogenitarum, de quibus ſcriptum videmus, *Carnes vero in uſum tuum cedent ſicut pectuſculum conſecratum, & armus dexter.* Jam quæcunque comedebantur à ſacerdotibus feminis, comedebantur & à ſacerdotum ſervis, atque etiam ab horum ſervorum uxoribus item, ut oblatio prima. Porro hæc omnia comedebantur in urbe tota: ſcriptum eſt enim, *Pectuſculum quoque quod oblatum eſt, & armum, qui ſeparatus eſt, edetis in loco mundiſſimo*, non dicitur in loco ſancto, quod eſſet atrium, ſed *mundiſſimo*, quod erat univerſa Iſraëlitarum caſtra, quibus poſtmodum reſpondebat urbs Hieroſolyma. Eadem erat ratio decimarum, & Agni Paſchalis, quippe quæ itidem, ut pacifica erant ſacrificia minus ſancta. Jam feneſtræ, & mœnium ſpiſſitudo pro interiori ſpatio putabantur.

VI. Varia ſacrorum genera per quod temporis ſpatium comederentur? *Lev.* 7. 16. *Ibid. v.* 18.

Pacifica comedebantur quo die mactata fuerant, & tota nocte conſequenti, & poſtero die toto ad occaſum ſolis, quia ſcriptum eſt, *Eadem ſimiliter edetur die: ſed & ſi quid in craſtinum remanſerit veſci licitum eſt. Et ſi quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit*, &c. Ex quo intelligitur ea comedi per dies duos & noctem unam, tam portionem ſacerdotum, quàm portionem dominorum. Eadem erat ratio primogenitarum animantium & decimarum, quæ itidem, ut pacifica, ſacrificia erant minus ſancta.

VII. *Lev.* 7. 15.

Sacrificium vero Euchariſticum quanquam erat & ipſum ſacrificium minus ſanctum, tamen non comedebatur niſi eodem ipſo die mactationis, & conſequenti nocte. Namque de hoc ita præceptum eſt, *Cujus carnes eadem comedentur die, nec remanebit ex eis quidquam uſque mane.* Similiter & *Aries Nazaræi*. Et qui ſacrificiis iſtis adhibebantur panes, ſacrificiorum inſtar erant: nec quidquam inter portionem ſacerdotum & portionem offerentium differebat. Eadem erat ratio hoſtiæ pro

peccato, & hoſtiæ pro delicto, & pacificorum Eccleſiæ, & reliquiarum fertorum, quæ omnia una die nocteque comedebantur. Nam quod ſcriptum eſt, *Eadem comedentur die*, ad cuncta ſpectat ſacrificia præter pacifica, de quibus Lex nominatim explicat, & primogenita ac decimas, quæ ſunt iſtorum ſimilia.

Quæcunque comedebantur una die nocteque ex edicto Legis quidem comedi licuit uſque dum aurora ſurgeret: ſapientes autem, quò homines à peccato amoverent, edixerunt, ne comederentur niſi ad mediam noctem. VIII.

Sacrificia cuncta ſeu ſanctiora, ſeu minus ſancta non comedebant niſi homines mundi, & iidem circuncifi: Etenim purgatus ab inquinamento qui jam ſolis occubitum expectâſſet, necdum piaculare ſacrum feciſſet, is etiam ſacrificiis non veſcebatur. Obſtructus ne ſacrificiis veſceretur interdictum erat, quia erat dubium, utrùm is eſſet incircunciſus. Androgynus autem, ut mihi quidem videtur, ſacrificiis minus ſanctis veſceretur licebat. IX. Quinā homines à cūctis ſacris veſcendis arcerentur?

Sacrificia licebat quovis modo ad veſcendum condire. Atque etiam ſacerdotes ſuam portionem ſacrificiorum ſeu minus ſanctorum, ſeu ſanctiorum quovis modo ad veſcendum condire fas erat. Et variare pulpamenta, eaque comedere toſta, cocta, elixa, hiſque condimenta commiſcere communia, non item oblationis primæ, ne fortè oblatio prima veniret in manus hominis minus idonei. Porro licebat, ut ex reliquis horum oſſibus quivis complacita ſibi vaſa faceret. X. An liceret ſacra comedenda condire ſuum ad arbitrium?

Si haberent ex iſtis paſtum nimis modicum, adjungebant cibi communis aut oblationis primæ tantum, quantum ad ſaturitatem ſufficiebat: ſi contra paſtum ex iis haberent amplum, nihil adjungebant neque cibi communis, neque oblationis primæ, ne paſtus fieret immanis. Eadem tenebatur ratio in reliquiis fertorum. XI.

Non coquebatur hoſtia pro peccato, vel hoſtia pro delicto cum eo quod demebatur de ſacrificio Euchariſtico, aut de *Ariete Nazaræi*: namque comedentium numerus ad pauciores redigeretur, & locus his edendis idoneus redderetur etiam anguſtior. Porro id quod demebatur de ſacrificio Euchariſtico & de *Ariete Nazaræi* non coquebatur cum primogenito, XII. Varia ſacrorum genera ſimul concoquere non licuiſſe.

aut cum pectore & femore pacificorum, quòd his edendis minus temporis relinqueretur. Porro autem id quod de pacificis heſternis erat demptum, non coquebatur cum hodierna hoſtia pro peccato, & hoſtia pro delicto, quod his minor comedentium numerus relinqueretur, ſimul & comedendi locus & tempus anguſtiora redderentur. Sed enim hoſtiam pro peccato concoquere cum hoſtia pro delicto licebat: Et ſacrificium Euchariſticum cum *Ariete Nazaræi*. Item & primogenitum cum pectore & femore pacificorum. Si quod ſacrificiorum ſanctiorum, aut * carnis abominandæ fruſtum, aut denique reſiduum quid concoqueretur cum fruſtis aliis, hæc forent hominibus alienis interdicta, conceſſa ſacerdotibus.

XIII. Caro ſacrificiorum ſanctiorum aut minus ſanctorum ſi concocta fuiſſet cum * carne deſiderij, iſta quidem deſiderij caro hominibus immundis interdicta, mundis conceſſa fuiſſet.

XIV. De holocauſto ſcriptum legitur, *Sacerdos qui offert holocauſti*
Lev. 7. 8 *victimam, habebit pellem ejus.* Et de hoſtia pro peccato ſcri-
Ibid. 6. 26 ptum legitur, *Sacerdos qui offert comedet eam*: Et de hoſtia pro
Ibid. 7. 7. delicto ita dicitur, *Ad ſacerdotem, qui eam obtulerit, pertine-*
Ibid. v. 14 *bit.* Et de pacificis ſcriptum videmus, *Et erit ſacerdotis, qui*
Ibid. v. 9. *fundet hoſtiæ ſanguinem.* Et de ferto dicitur, *Ejus erit ſacerdo-*
tis, à quo offeretur. In his omnibus ſcriptura non loquitur niſi de ſacerdotibus idoneis, ut qui ſacerdos erat idoneus ad rem divinam faciendam, hic quoque ejus partem ad veſcendum obtineret, & qui non erat idoneus cùm ſacrificium fieret, ut ſi immundus erat, is nullam ejus partem ad veſcendum acciperet, ne veſperi quidem cùm jam purgatus eſſet. Jam omnia dividebantur inter ſacerdotes ejus familiæ, quæ de die miniſtrabat. Hi omnes omnia inter ſe Sanctuarij ſacra partiebantur ita, ut æquabilis eſſet eorum partitio, neque plus obtingeret ei, qui ad aram fecerat, quàm ejus fratri, qui ſimul unà in Sanctuario occupatus nihil ad aram fecerat.

Inter quos ſacerdotes ſacra partirentur?

XV. Quid eſt igitur, quod ſcriptura diſcernat ferta cocta à ferto ſimilaginis? Etenim de coctis ſcriptum videmus, *Omne ſacrificium ſimile quod coquitur in clibano ...... ejus erit ſacerdotis à*

Quænā eſſet fertorū diviſio? *Lev. 7. 9. & 10.*

XII *Carnis abominandæ.* Hebraïcè פגול quo nomine appellatur Lev. 7. v. 18. Et ibid. 19. v. 7. quidquid ex victimis pacificis remanſerit in tertium poſt immolationem diem.

XIII. *Carne deſiderij.* Hæc eſt ea, de qua præcipitur Deut. 12. v. 20.

quo offertur. Sed omne munus oleo conſperſum, aut aridum cunctis filiis Aaron menſurâ æquâ per ſingulos dividetur. Nempe fertum coctum ſi diſpertiretur inter ſacerdotes familiæ miniſtrantis, & vel hoc panis unicuique obtingeret, quod oleæ magnitudinem adæquaret, id nihilominus aptum ipſi fuiſſet, quippe quod extemplo comederet: ſimilago verò ſi divideretur inter eos unicuique forſan obveniſſet plena manus, aut eo minus, quod neutiquam ad depſendum vel ad coquendum erat idoneum: erat igitur rationi conſentaneum, ut partiendo opponeretur ferto fertum, non verò ejuſdem generis fertum unum & idem ſeorſim inter omnes ſacerdotes familiæ miniſtrantis divideretur æqualiter: quare neceſſe fuit, ut de iſto ſcriptura nominatim diceret, *Cunctis filiis Aaron menſurâ æquâ per ſingulos dividetur*, cujus eſt ea vis, ut hoc genus ferti ſeorſim inter ſe partiantur. Hinc edictum illud ſapientum, nunquam partiendo fertum ferto opponendum, nec ſartaginis pulpamentum unum alteri ſartaginis pulpamento, nec ſimilago ſimilagini, ſed cujuſque ferti reliquiæ ſeparatim dividendæ. *Lev.* 7. 10.

XVI. Quænã partitio victimarum?

Porro partiendo non opponebatur volucri volucris, nec hoſtia pro peccato hoſtiæ pro peccato, nec pectus & femur pectori & femori: ſed unamquamque portionem ſacerdotes inter ſe partiebantur æqualiter.

XVII. Quibuſcum partiri ſacra non liceret?

Non partiebantur cum natu minori ſacrificia ne minus ſancta quidem, tametſi eidem ſacrificia etiam ſanctiora ad comedendum præbere licebat. Similiter cum muliere, androgynoque nulla omnino Sanctuarij ſacra partiebantur: ſcriptum eſt enim, *Vir cum fratre.* Sacerdos autem qui corporis vitio laborabat ſeu perpetuo, ſeu temporali, nec verò quidquam referebat, utrùm cum vitio natus, an primùm integer, tum deinde vitio temeratus eſſet, is ſacra participabat & comedebat; quia enim ſcriptum eſt, *Veſcetur tamen panibus, qui offeruntur in Sanctuario*, &c. Sic enim erat ſiquidem idem ad comedenda ſacra fuerat idoneus: ſin autem immundus eſſet, neutiquam ſacra participâſſet, uti ea veſperi comederet. *Ibidem.* *Ibid.* 21. 22.

XVIII. Quid ex ſacris ſumeret ſummus ſacerdos?

Summus ſacerdos veſcebatur ſacris, nulla facta partitione: namque ſumebat ex eis quidquid ipſi complacitum erat.

XIX.

Quiſquis erat ad comedenda ſacra tum idoneus, cùm res divina fiebat, is ſuam partem ſacrorum ad comedendum obtine-

bat. Et qui non erat cùm res divina fieret ad ſacra comedenda idoneus, is etſi ad rem divinam faciendam erat idoneus, idemque veſperi futurus erat idoneus ad ſacra comedenda, tamen ſacrorum portionem, quam ad veſperum reſervaret, obtinebat nullam. Sic igitur de die lavandus, ſic piaculi indigens, ſic lugens ſacerdos ſeu ſummus, ſeu privatus quo die propinqui hominis emortui corpus humabatur, ſacrorum portionem, quam veſperi comederent, nullam obtinebant.

XX. Quiſquis non erat ad ſacra comedenda idoneus, idem nec ad rem divinam faciendam idoneus erat. Excipe ſummum ſacerdotem lugentem, quem ſacra facere licebat, non licebat comedere, quemadmodum alio loco poſuimus. Et qui non erat ad ſacra facienda idoneus, nec ad comedenda idoneus erat. Excipe ſacerdotem vitio corporis affectum de quo nominatim in Lege explicatur.

XXI. Quiſquis victimarum carnem non participabat, nec participabat earum pelles. Et ſi quis fuiſſet immundus cùm victimæ ſanguis altari aſpergebatur, etiamſi mundus evaſiſſet cùm ejuſdem victimæ adolerentur adipes, tamen carnis ejus portionem adipiſcebatur nullam. Nam quod in Lege eſt, *Qui obtulerit* (Lev. 7. 33.) *ſanguinem pacificorum, & adipem, filiorum Aaron, ipſe habebit & armum dextrum in portione ſua*, hujus eſt ea vis, ut ſacerdos ſit mundus & idoneus ad rem divinam faciendam ab hora aſperſionis, donec adeps omnis adoleatur.

XXII. Si quis igitur poſt aſperſionem demum contaminaretur, atque extemplo lavaret, is haud dubiè mundus exiſteret etiam horâ adolendæ adipis. Erat igitur dubitandi locus utrùm hic particeps fieret, necne. Quare ſi quid cepiſſet, ab eo non repeteretur.

XXIII. Sacrum Eccleſiæ ſi quod offerretur cum inquinamento, etiamſi immundi quoque huic operarentur, id tamen iſti cum mundis non partiebantur eò, ut veſperi comederent, quippe qui ad comedendum ſacrum non erant idonei cùm fieret.

CAPUT UNDECIMUM.

ART. I. Verberum pœnâ coërceri, qui ex

SI quis de holocauſti carne tantum, quanta eſt magnitudo olcæ, comediſſet ſeu ante, ſeu poſtquam ſanguis ejus fue-

rat altari aſperſus, verberibus multaretur. Videmus enim in Lege ſcriptum, *Non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti & vini, & olei tui .... & omnia quæ voveris.* Atqui hac admonitione caveri, ne holocauſti caro comedatur auditione accepimus.

holocauſto quid comediſſet.

Deut. 12. 17

Atqui adeps, & caro, & ſimila, & oleum, & vinum libaminum ejus, illa quinque ſimul conjungebantur ad conficiendam oleæ magnitudinem. II.

Item & qui pro oleæ magnitudine comederet de quibuſvis extis ſive ante, ſive poſt ſanguinis aſperſionem verberibus multaretur tam ſacerdos, quàm Iſraëlita, quia prorſus erant in altari adolenda exta ſic tanquam holocauſtum totum. Etenim de ferto ſacerdotum ſcriptum videmus, *Igne conſumetur, nec quiſquam comedet ex eo.* Similiter igitur quidquid totum altaris erat, ne comederetur vetando ſancitum erat, & ſi quis ad magnitudinem oleæ ex eo comediſſet, verberibus coërceretur. Et ſi quis ad magnitudinem oleæ comediſſet de carne hoſtiæ pro peccato cremandæ, itidem verberibus coërceretur, quia ſcriptum eſt, *Hoſtia enim, quæ cæditur pro peccato, cujus ſanguis infertur in tabernaculum teſtimonij .... non comedetur, ſed comburetur igni.* III.

Et qui quid comediſſet ex alio ſacro, quod in altari totum eſſet adolendũ.

Lev. 6. 23.

Ibid. v. 30.

Quiſquis pro magnitudine oleæ comediſſet de carne ſacrificiorum vel minus ſanctorum ante, quàm eorum fuerat aſperſus ſanguis, verberibus coërceretur: ſcriptum eſt enim, *Non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti & vini & olei tui .... & quæ ..... ſponte offerre volueris,* cujus hæc eſt ſententia non poteris ea, quæ ſponte obtuleris, comedere in oppidis tuis ante, quàm ſanguis eorum fuerit aſperſus in oppido Dei Nimirum auditione accepimus hoc loco ſanciri ne quis comedat ſacrificium Euchariſticum, vel pacifica ante, quàm eorum ſanguis fuerit aſperſus: atque eadem ratio erat reliquorum ſacrificiorum & leviorum & graviorum. Jam ſex iſtæ res ſacrificij Euchariſtici, quæ ſunt adeps, caro, ſimilago, oleum, vinum, panis, illæ omnes unà conjungebantur ad efficiendam magnitudinem oleæ. IV.

Deut. 12. 17.

Eandem pœnã fuiſſe ejus, qui ex ſacrificiis minus ſãctis quid ediſſet ante ſanguinis aſperſionẽ.

Si quis extra atrium de carne ſacrificiorum ſanctiorum comediſſet id, quod oleæ magnitudini ſe exæquaret, verberibus multaretur, quia ſcriptum eſt, *Non poteris comedere in oppidis* V.

Ibidem.

tuis decimam frumenti & vini, & olei tui, primogenita armentorum & pecorum: nam hoc loco caveri ne quis extra atrium comederet de carne victimarum pro peccato, & pro delicto, auditione acceperunt. Eademque ratione ſi quis extra Hieroſolymam comediſſet ſacrificia minus ſancta, verberibus multaretur: Etenim Hieroſolymæ mœnia ſacrificiis minus ſanctis erant idem, quod murus atrij ſacrificiis ſanctioribus. Atque ejuſdem generis erat caro hoſtiæ pro peccato & delicto, ac reliquiæ fertorum.

Quænā pœna eſſet ejus qui ſacra comediſſet extra locū definitum?

VI. Caro ſacrificiorum ſanctiorum ſi extra murum atrij portaretur, ſi caro ſacrificiorum minus ſanctorum extra mœnia Hieroſolymæ, temerabatur, atque interdicta erat in perpetuum, eaque ſi reſtitueretur in locum ſuum, tamen ne comederetur, interdictum erat: tum ſi quis ex ea comediſſet id quod adæquaret olivæ magnitudinem, verberibus coërceretur: ſcriptum eſt enim, *Carnem quæ à beſtiis in agro rapta fuit non comedetis*: atqui caro ſi trans ſuum murum portaretur, evadebat aſſimilis ei, quæ fuerat à feris rapta, quemadmodum Tractatu de Cibis Vetitis diſputavimus.

Exod. 22. 31

VII. Caro ſacrificiorum minus ſanctorum ſi fuiſſet in templum illata, nihilominus idonea erat.

VIII. Homo alienus ſi de carne ſacrificiorum ſanctiorum ad olivæ magnitudinem comediſſet in atrio, idque poſt ſanguinis aſperſionem, verberibus multaretur. Eſt enim in Lege, *Comedent, ut ſit placabile ſacrificium .... Alienigena non veſcetur ex eis,* &c. Homo igitur alienus ſi comederet id quo loco comedebat ſacerdos, & quo tempore comedi conveniebat, verberibus multaretur: idem ſi veſceretur carne ſacrificiorum ſanctiorum extra locum idoneum, verberibus multaretur ideo, quod eam extra locum comediſſet; ſed non propterea, quòd alienus ſacrum comediſſet, ſiquidem hoc eo loco ſacerdotibus aptum non erat. Item ſi his ſacrificiis veſceretur in atrio, ſed ante ſanguinis aſperſionem, verberaretur non quòd alienus eſſet, ſed quòd ante ſanguinis aſperſionem comediſſet.

Ibid. 29. 33.

Quænam pœna eſſet hominis alieni ſi ſacra comediſſet?

IX. Homo alienus ſi comediſſet ex volucri hoſtia pro peccato, vel id quod oleæ ſe magnitudini exæquaret, bis verberaretur, ſemel quod alienus ſacrum comediſſet; & iterum quòd comediſſet morticinum. Nam quidquid obtorquendo collo occidebatur,

batur, id morticinum erat: nec continuò ſi ſacerdotibus conceſſum erat, alienis etiam conceſſum erat. Itaque duo ſimul concurrebant vetita, quemadmodum alio loco diximus.

CAPUT DUODECIMUM.

FERTA quoque fuerunt ſacrificiorum numero. Et quæ ferta ſeparatim per ſe offerebantur, nec veniebant nomine libaminum, ea partim Eccleſiæ, partim privatorum erant hominum. ART. I. Ferta fuiſſe ſacrificiorum numero.

Omnino fuerunt omnia ferta ex ſimilagine triticea præter fertum illud mulieris in adulterij ſuſpicionem vocatæ, & manipuli agitationis, quæ erant hordeacea. II. Ferta quo è frugum genere fierent?

Erant igitur Eccleſiæ ferta tria: manipulus agitationis, qui in altari ſacrificabatur ſic, ut deinceps explicabitur: & duo panes illi, qui die Pentecoſtes offerebantur; hi verò fertum dicebantur quidem, ſed in altari non ſacrificabantur, & fermentati erant. Atque ad hos ſpectat id, quod ſcriptum legimus, *Primitias tantùm eorum offeretis ac munera: ſuper altare verò non imponentur:* tertium fertum erat panis propoſitionis, qui ſingulis hebdomadis fiebat. Is quoque in altari non ſacrificabatur, ſed totus comedebatur à ſacerdotibus, ut inferiùs explicabitur. III. Quot & qualia forent Eccleſiæ ferta? *Lev.* 2. 12.

Privatorum autem hominum erant ferta novem, quæ cuncta in altari ſacrificabantur: en illa. Fertum peccatoris: hoc erat viri pauperis, quem debitam hoſtiam pro peccato exolvere * facultates non ſinebant. Et fertum mulieris adulterij ſuſpectæ, quod eſt *fertum Zelotypiæ*, de cujus ratione copioſè jam à nobis diſputatum eſt: Et fertum id, quod ſacerdotum quiſque cùm primùm ad rem divinam adminiſtrandam aggrederetur ſuâ ipſius manu ſacrificabat, atque adeo *fertum initiamentorum* appellabatur: Et fertum quod ſummus ſacerdos ſingulis diebus offerebat: hæc illa ſunt, quæ vocabantur *Cruſtula*. Porro fertum ſimilaginis ex voto, aut ſponte oblatum: fertum ſartaginis ex voto, aut ſponte oblatum: fertum craticulæ ex voto, vel ſponte oblatum: fertum certi cujuſdam in furno coƈti panificij ex voto, vel ſponte oblatum: fer- IV. Quot & qualia privatorũ hominum eſſent ferta?

IV. F*acultates non ſinebant.* Vide quæ de hac re diximus Traƈt. 3. cap. 3. art. 12. in nota, cujus initium, *Sacrificium offerret gradatum*, &c.

tum laganorum ex voto, vel ſponte oblatum.

V. Quænā fertorum in altari ſacrificandorum eſſet menſura?

V. Quæcunque ferta in altari ſacrificabantur, eorum omnino nullum minus decimâ continebat. Et quævis hujus diminutio cunctis erat impedimento. Ac quinque illa fertorum genera, quæ ex voto, vel ſponte offerebantur, cuique, quantum lubuerat augere, licebat, vel ad mille uſque decimas: fertum autem manipuli, & fertum peccatoris, & fertum zelotypiæ, & fertum initiamentorum, fertum cruſtulorum, ſingula decimam unam continebant, nec eo plus, minuſve.

VI. Ferta in altari ſacrificanda priùs ad altare admoveri oportuiſſe.

VI. Quæcunque ferta ſuper altare ſacrificabantur, oportebat ad altaris latus aquilonare * admoveri contrà acumen cornu meridiei occidentique intermedij: eadem agitari neceſſe non erat. Excipiuntur fertum mulieris in adulterij ſuſpicionem vocatæ, & manipulus agitationis, quæ ambo & agitari neceſſe erat, & altari admoveri.

VII. Thus & oleum adhibendū fertis in altari ſacrificandis.

VII. Quæcunque ſuper altare ſacrificabantur ferta, oleum & thus requirebant: olei logum pro ſimilaginis unaquaque decima; & pugillum thuris pro ferto toto, ſeu illud ex una tantùm decima, ſeu ex decimis ſexaginta conſtaret. Plus enim ſexaginta decimis in uno & eodem vaſe non apportabatur, ut inferiùs explicabitur. Excipiuntur autem ferta zelotypiæ & peccatoris; de hoc enim ſcriptum eſt, *Non mittet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet.*

Lev. 5. 11 & Num. 5. 15.

VIII. Quæ ſi quis adhibuiſſet, tum ferta ſacrificâſſet, de oleo ſeorſim, & ſeorſim de thure verberum ictibus undequadraginta multaretur. Sin autem fertis iſtis aut vas aliquod in quo oleum ineſſet, aut thus ſuperpoſuiſſet, nec quidquam commiſiſſet, neque porro ferta temerâſſet. Fertis autem initiamentorum & cruſtulorum adhibebatur oleum, ut deinceps explicabitur.

IX. Quibus è fertis plenus pugil-

IX. Ex ſingulis, quæ in altari ſacrificabantur, fertis demebatur plenus pugillus. Is in altari adolebatur totus: reliquum à ſacerdotibus comedebatur. Excipe fertum illud, quod offere-

VI *Admoveri contrà*, &c. Ad hunc ritum altaribus admovendi ſacra ſpectare videtur quod ſemel & iterum cecinit Maro lib. 2. Georgic.

Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram.

Et lib 9. Æneïd.

Et ſtatuam ante aras aurata fronte juvencum.

Et quod Pſ. 118. v. 27. ſcriptū videmus. אסרו חג בעבותים עד קרנות המזבח, quod cùm Paraphraſis Chaldaica, tum Aben-Ezra, R. Salomo Jarchi, ceterique Scriptores omnes ad unum ſic interpretantur, *Ligate agnum funibus uſque ad cornua altaris*, quod eſt idem, ac ſi dicas, ligatum funibus agnum adducite adUſque cornua altaris.

batur à ſacerdotibus maribus: ex eo non demebatur plenus pugillus; ſed totum quantum erat, adolebatur, quia ſcriptum eſt, *Omne enim ſacrificium ſacerdotum*, &c. Ex quo intelligitur fertum initiamentorum, cruſtulaque, item & fertum peccatoris, aut ſpontaneum ſi fuiſſent à ſacerdote, tota in altari comburenda fuiſſe, non autem plenum pugillum duntaxat ex illis eſſe demptum. Jus eſſet in altari adolendus? *Lev. 6. 23.*

Quod erat à ſacerdote femina fertum, ex eo ſic tanquam ex X.
ferto Iſraëlitæ demebatur plenus pugillus; reliquum comedebatur. Pueri cum pueris ſi confunderentur ita, ut dubitaretur ex quo illorum quiſque natus eſſet, horum è ferto item, ut è ferto Iſraëlitarum plenus pugillus demebatur, & reliquum non comedebatur velut fertum ſacerdotum.

Quid igitur illo faciebant? Nempe pugillus ille ſacrificabatur XI.
ſeorſim, & reliquum diſpergebatur per receptaculum cineris.

Quæcunque erant ſacerdotibus nuptæ mulieres ſeu ſacerdo- XII.
tes & ipſæ, ſeu Iſraëlitæ, harum è ferto quod poſt demptum pugillum plenum reliquum erat non comedebatur: id adeo, quia in eo ferto pars inerat viri, quam utique comedi non licebat: neque porro harum fertum igni conſumebatur totum, quia & ferti pars ad mulierem pertinebat. Itaque plenus ille pugillus ſacrificabatur ſeorſim, & reliquum diſpergebatur per receptaculum cineris. Jam plenum illum pugillum paſſim per totum atrium demere fas erat: & ſi templo in ipſo demeretur, nihilominus rectum erat.

Fertum in vaſe ſuper terra poſito conſecrabatur; & pugillus XIII.
ille demebatur etiam de vaſe ſuper terra poſito: rurſus pugillus ille non conſecrabatur in vaſe ſuper terra poſito. Sed ex qua tandem hora reliqua ferti ad veſcendum concedebantur? Nempe ex quo ignis majorem pugilli partem pervaſerat.

Cuncta, quæ in altari ſacrificabantur ferta, azyma erant: XIV.
porro autem & fertorum reliquias, quas ſacerdotes edebant, quanquam conceſſum erat, ut eas omni eduliorum genere etiam melle conditas comederent, tamen eaſdem fermentatas non comedebant. Nam quod ſcriptum eſt, *Non fermentabitur, quia pars ejus*, &c. Hujus ea vis eſt, ne ſuam quidem portionem fermentabunt. Si quis igitur ferti reliquias fermentâſſet, verberibus multaretur. Immo has ab aliquo jam fermentatas Quæ in altari ſacrificabantur ferta fuiſſe azyma. *Lev. 6. 17.*

ſi quis etiam fermentaret, hic quoque noxius foret: nimirum unumquodque opus quod in ferto dabatur effectum pœna verberum ſequebatur.

XV. Ut ſi quis fertum fermentâſſet vel pinſendo, vel miſcendo, vel diſſecando, vel coquendo verberibus multaretur: nam
Lev. 2. 11. quod ſcriptum eſt, *Abſque fermento fiet*, & alio loco, *Non cô-*
Ibid. 6. v. 7 *quetur fermentata*, id hoc ſibi vult ſingula ejus opera ſuam ſeorſim ſequi pœnam: Et ſi quis ab principio fertum fermentâſſet ad finem uſque, de ſingulis ejus operibus multaretur.

XVI. Si quis ſuper mola ſparſa fermentum poſuiſſet & abiſſet, ac tamdiu ceſſaſſet, ut illa fermentaretur per ſe ipſa, is quoque verberibus multaretur: nam ſuperpoſuiſſe fermentum eſt effectum quid dare.

XVII. Fertorum reliquias quibuſcunque rebus condire licuiſſe.
Si quis ferti reliquias condiret fœniculo, ſeſamis, cunctiſque condimentorum & oleorum generibus, nihilominus idoneæ fuiſſent. Id enim azymum erat tamen, ſed azymum conditum nominabatur.

XVIII. Si quis fermentum temeratum fermentâſſet, impunè eſſet.
Lev. 2. 11. Scriptum eſt enim, *Quæ offertur Domino abſque fermento fiet*: nempe quod erat Domino idoneum; temeratum non item. Si quis fertum idoneum fermentâſſet, atque id extra Sanctuarium portaretur, & hoc idem tranſlatione temeratum fermentaret denuo, is neutiquam verberibus multaretur. Si quis fertum fermentaret in altaris faſtigio, non multaretur verbe-
Ibidem. ribus: Scriptum eſt enim, *Quæ offertur*; atqui iſtud jam oblatum fuerat: itaque idoneum erat.

XIX. Si quis panes propoſitionis fermentaret, verberibus multare-
Ibidem. tur, quia ſcriptum eſt, *Omnis oblatio.* In ferto autem libaminum nullus erat pœnæ verberum locus: hoc enim ſi aquâ ſubigeretur, temeraretur ante, quàm fermentaretur: ſin autem ſubigeretur vino libaminum, id quidem liquor eſſet fructuum, qui omnino fermentare non poteſt.

XX. Omnino fertorum triticum macerabatur nunquam, ne fortè fermentaretur, quippe quod maceraretur extra Sanctuarium; ubi non erant omnes ita ſolliciti, atque intenti ad obſervandum. Manipuli verò fertum, quoniam univerſæ erat Eccleſiæ, macerare licebat: Eccleſia enim adeo ſollicita erat, atque ad ſervandum attenta.

Quæ ferta cunque in furno coquebantur, ea pinſebantur XXI.
aquâ tepidâ, tum ſervabantur ne fermenteſcerent. Namque ea pinſebantur & coquebantur intus in atrio, at homines intus in Sanctuario miniſtrantes ſolliciti erant & ſtrenui.

Quo loco ſacrificia ſanctiora lixabantur, eodem ferta coque- XXII.
bantur: ſcriptum eſt enim, *Iſte eſt locus, ubi coquent ſacerdotes* Ezech. 46. 20.
pro peccato, & pro delicto: ubi coquent ſacrificium, &c.

Fertorum fruges molebantur & ſuccernebantur extra San- XXIII.
ctuarium: pinſebantur autem ferta & coquebantur intra San- Num ho-
ctuarium. Atque omnia ipſorum opera ab alieno uſque homi- mines alie-
ne fieri licebat, donec afferebantur ad locum, quo demebatur nos aliquid
ex illis plenus pugillus. Erant in atrio ſartago, craticulaque, in fertis ef-
eæque erant è vaſis divinis ambæ, & contenta conſecrabant. ficere lice-
Porro erat in Sanctuario furnus è metallo. ret?

CAPUT TERTIUM-DECIMUM.

PRÆCEPTUM eſt jubens, ut quodvis fertum apparetur ART. I.
ex ratione à Lege præſcripta.

Summi igitur ſacerdotis cruſtula ad hunc parabantur mo- II.
dum. Ferebatur ſimilæ decima integra ac conſecrabatur, & Summi ſa-
poſtea demum dividebatur dimidiâ illâ decimâ, quæ in templo cerdotis
erat. Nam ſi media decimæ pars ſacrificabatur; at certè non cruſtula
conſecrabatur media. Porro ad eam adhibebant tres olei logos: quomodo
nam quod eſt in Lege, *Oleo conſpergetur*, hujus eſt ea vis, ut huic pararen-
adhibeatur olei tantum, quantum adhibendum libaminibus tur?
agni: tum imbuta oleo ſimilago fervidâ perfundebatur aquâ; Lev. 2. 7.
& pinſebatur, atque efficiebantur placentæ ſex ex unaquaque media decima, atque adeo fiebant omnino placentæ duodecim.

Jam placentarum unaquæque ſeorſum fiebat: nempe San- III.
ctuarij quartarius adhibebatur ad dividendos tres illos olei logos, ex quibus in ſingulas placentas ſinguli quartarij diſtribuebantur. Ac primùm quidem placenta parumper in furno coquebatur: tum frigebatur in ſartagine cum eo quod ex ejus quartario olei ſupererat. Nec verò valdè coquebatur: nam quod in Lege adjungitur * *Coctiones*, id ſignificat medium Ibid. 6. 21.

III. COctiones. In ſacro textu Hebraïco eſt תפוני, à themate אפה, quod eſt *coxit*: at Vulgatus Interpres convertit *calidam*.

quiddam inter coctum & crudum.

IV. Ut cruſtula ſummi ſacerdotis ſacrificarentur? Poſt hæc per conjecturam in duas unaquæque placenta dividebatur partes, quarum una mane ſacrificabatur, & altera veſperi. Porro autem unaquæque pars complicata duplicabatur; atque in fruſta diſcindebatur ſic, ut unumquodque fruſtum complicatum eſſet atque geminatum. Ac dimidium eorum manè ſacrificabatur cum dimidio pugillo thuris, & dimidium reſiduum veſperi cum dimidio pugillo thuris. Quod ſi fertum initiamentorum eſſet, id non dividebatur, ſed ſacrificabatur totum ſimul unà cum toto pugillo thuris; ſed utrumque igni conſumebatur totum.

V. Ut fieret fertum ſimilaginis? Jam fertum ſimilaginis ita fiebat: ſimilaginis aut una, aut plures ex voto apportabantur decimæ, & olei quantum conveniebat: ad metiendum adhibebatur decima Sanctuarij. Primùm igitur infundebatur in vas illud olei aliquid: deinde addebatur ſimilago; rurſuſque addebatur aliquid olei, quod cum ſimilagine commiſcebatur: tum totum hoc infundebatur in vas ſacrum, in quod etiam aliquid ſuperfundebatur olei. Et quod primùm infundebatur oleum, & quod denuo commiſcebatur ſimul cum eo quod ſuperfundebatur tertiò, totum ſimul logum in unamquamque ſimilaginis decimam conficiebat. Deinde ſuum etiam thus addebatur.

VI. Ut fieret fertum ſartaginis, atque craticulæ? Fertum ſartaginis atque craticulæ ita fiebat: infundebatur in vas aliquid olei: deinde addebatur ſimila; rurſuſque addebatur olei aliquid, quod cum ſimilagine commiſcebatur: tum pinſebatur mola aquâ tepidâ, atque ex voto coquebatur, aut in ſartagine, aut in craticula: poſt diſcindebatur in fruſta, atque in vaſe ſacro imponebatur, & perfundebatur reliquo olei: denique thus ejus addebatur.

VII. Diſcrimen ſartaginis & craticulæ? Sed quid tandem erat diſcriminis inter ſartaginem & craticulam? Nempe craticula erat inſtructa orâ, & quæ in hac coquebatur mola mollis erat, quippe cui ne excederet ora obſtabat: ſartago autem orâ carebat, & in iſta coquebatur mola oppidò dura, ne hinc & inde excurreret.

VIII. Quale erat fertum in clibano coctum? Et fertum in clibano coquendum quale tandem erat? Nempe ſi placentæ erant, commiſcebatur oleo ſimilago, atque pinſebatur aquâ tepidâ: tum coquebatur, atque in fruſta diſſecabatur: poſt in vaſe ſacro imponebatur, atque thus ejus ſuperpo-

nebatur: porro autem oleo non perfundebatur, quia ſcriptum eſt, *Panes ſcilicet abſque fermento conſperſo oleo.* Lagana verò fiebant ita: ſimila conſpergebatur aquâ tepidâ; tum lagana etiam perfundebantur oleo, quia ſcriptum eſt, *Et lagana azyma lita oleo.* Ac mihi quidem ita videtur lagana tum demum fuiſſe etiam oleo perfundenda poſtquàm cocta fuerant. Qualia porro lagana? *Lev.* 2. 4. *Ibidem.*

IX. Qualis igitur perfundendi ratio? Afferebatur olei logus: ex eo perfundebantur lagana ſemel & iterum, uſque dum logus olei conſumeretur totus.

X. Omnino quatuor hæc erant fertorum coquendorum genera. Ea verò fere diſtribuebantur ita, ut ex una decima placentæ fierent decem: quæ ſi plures paucioreſvè fierent, rectum fuiſſet tamen. Jam hæc erat ratio ſecandi in fruſta. Primùm placenta complicando duplicabatur, & deinde quadruplicabatur, atque dividebatur. Sin fertum eſſet ſacerdotum maſculorum, id indiviſum in fruſta ſecabatur: ſingula fruſta magnitudine olivam æquabant; quanquam ſi majora minorave feciſſes fruſta, nihiloſecius idonea fuiſſent.

XI. Si quis fertum nec cum oleo miſcuiſſet, nec in fruſta diſſecuiſſet, nec admoviſſet altari, nec lagana oleo denuo perfudiſſet, tamen idonea fuiſſent: neque enim præſcripta fuere illa niſi virtutis ergo, * quia ſic rectius ſit.

XII. Modum offerendi ac conſecrandi fertum. Jam in apportando ferto ratio tenebatur iſta. Exportabat ſua quiſque domo ſimilam, eamque impoſitam quaſillis ex auro, vel ex argento, vel etiam ex alio metalli genere: nam opus erat aliquid ejuſmodi, quod vaſi ſacro conveniret. Ac ſi fertum ſimilaginis eſſet, id in vaſe ſacro ponebatur, eoque pacto conſecrabatur. Sin autem eſſet aliquod eorum fertorum, quæ in clibano coquebantur, id in Sanctuario coqui, atque in fruſta ſecari oportebat ſic, ut ſupra poſuimus: tum verò fruſta in vaſe ſacro deponi: deinde ſuperponi præfinitum oleum & thus, atque ad ſacerdotem ferri. Is enim fertum ad altare portabat, atque in ejus cornu inter meridiem & occidentem intermedio ad aciem admovebat, quod ſanè ſufficiebat: poſt omne thus ſeponebat ad latus, atque ubi redundabat oleum, inde plenum è ferto pugillum eximebat ſic, ut ſcriptum eſt,

XI. *Quia ſic rectius ſit.* Eſt hæc loquendi ratio jam aliquoties à nobis explicata ſuperiùs. Vide cap. 9. art. 22. hujus Tractatûs.

Levi. 2. 2. *Simila & olei.* Id quod erat pugillo exemptum rurſus in vaſe ſacro imponendum, atque ita conſecrandum erat: quod ſi quis plenum illum pugillum partiretur, atque in duo vaſa ſacra diſtribuiſſet, neutiquam ſacratum fuiſſet: tum conſecrabat ac reſumebat omne thus, quod reponebat ſuper exempto ferti pugillo illo, qui in vaſe inerat, atque ſuper altare portabat: hîc ſale conſpergebat, tum de vaſe ſacro in ignem effundebat. Quod ſi fertum ſacerdotum erat, nihil inde pugno demebatur, ſed totum ſale conſperſum in ignem conjiciebatur.

XIII. Modũ demendi plenum pugillum è ferto. Cùm de fertis plenitudo pugilli erat eximenda, ſacerdos pugnum, ut fere fit, comprimebat: nempe complicabat digitos ad volam manûs, atque portionem ferti apprehendebat. Idem ſi ſummis digitis tantùm, aut ſi digitorum lateribus portionem è ferto exemiſſet, id de integro non erat in altari incendendum: ſin incenſum fuiſſet, gratum eſſet tamen. Qui ſi pugillum juſto feciſſet ampliorem, ut ſi dilatatis admodum digitis de ferto plenum pugnum dempſiſſet, id verò temeratum fuiſſet.

XIV. Quod pugillo eximebatur de ferto debebat amplitudine olivas ad minimum æquare duas. Atque ubi pugilli quamvis parva particula deſideraretur, totum fertum impediebat. Jam pugillus & thus ſe ſe mutuò impediebant, Et olei tantillum ſi deſideraretur, fertum impediebat totum: neque enim minus logo olei tribuebatur unicuique decimæ, quemadmodum ſupra diſſeruimus.

CAPUT DECIMUM-QUARTUM.

Art. I. Quænã ſacra ex voto ſponſioneque offerri liceret? CUIVIS hominum licebat ſpondere æquè & vovere holocauſta, pacificaque, & quodcunque libuerat de quinque his fertorum generibus, quæ ex voto, atque ex ſponſione offerebantur. Porro licebat etiam libaminum munus aliquod ſeorſim ſpondere, aut vovere, & quidem quodcunque viſum fuerit ex tribus illis libaminum muneribus, de quibus ante dictum eſt. Porro autem licebat ſpondere vovereque ſeorſim aut vinum, aut thus, aut oleum, aut etiam ligna in rogum altaris extruenda. Nam & hæc quoque quaſi quoddam erant ſacrificij

2. Eſdræ 13. 31. genus. Etenim videmus ſcriptum, *Et in oblatione lignorum.*

II. Homines duo licebat ut communiter ſponderent, voverentque

que ſacrificium, holocauſtum, vel pacifica. Quin etiam ad offerendum vel unum pullum turturum columbarumve conſociationem fieri licebat: non licebat autem ferti offerendi ſocietatem facere. Hæc enim traditionis ſunt.

Liceretne ſocietatem ſacrificiorum faciendorum inire?

III. Si quis autem moriens fertum offerendum reliquiſſet filiis duobus, hoc illi offerrent ſcilicet.

IV. Sed quale votum, qualis tandem ſponſio fuit? Nempe ſi quis ita diceret, ecce ego in me recipio holocauſtum, ecce ego recipio in me pacifica, ecce ego in me recipio fertum: vel en ego pretium hujus pecoris in holocauſtum, vel pacifica ad me recipio, hoc votum erat. Si quis autem ita diceret, en erit pecus iſtud ipſum, vel ipſius pretium pro holocauſto, pro pacificis: en erit decima iſta pro ferto, hæc videlicet ſponſio fuerat.

Quale votum, qualis ſponſio eſſet?

V. Quid autem inter vota ſponſioneſque differebat? Voto obſtrictus ſi poſtquàm aliquid ſacrificio ſegregâſſet, id perderetur, aut ſubriperetur, damnum præſtaret adeo, donec ita, ut voverat, ſacrum feciſſet: ſed qui fuerat ſponſione obligatus, quoniam hoc ipſum nuncuparat, id ſi poſthàc moreretur, aut ſubriperetur nequaquam damnum præſtabat.

Quid eſſet differentiæ inter votũ & ſponſionem?

VI. Si quis ita diceret, hujus ego pretium bovis in holocauſtum ad me recipio, aut hujus ego domûs pretium in rem divinam ad me recipio, tum bos moreretur, cecidiſſet domus, pretium exolveret oportebat: ſi quis autem ita diceret, en ego holocauſtum in me recipio ea lege, ne damnum præſtem, omnino damnum non præſtabat.

VII. Jam hoc à nobis ante fuit expoſitum, extra Sanctuarium ſi qua conſtrueretur ædes, in qua ſacra fierent, eam non eſſe pro æde idololatriæ habitam. Si quis igitur ita diceret, en ego in me recipio holocauſtum, quod in Sanctuario faciam, atque feciſſet in æde illa, promiſſum non patrâſſet: contrà ſi diceret, quod faciam in æde illa, atque feciſſet in Sanctuario, promiſſo ſatisfeciſſet: ſatisfeciſſet quoque ſi ſacrum in æde faceret, quippe qui conſimilis erat ei, qui voviſſet holocauſtum ea lege, ne damnum præſtaret; ſed propterea quod extra Sanctuarium feciſſet, pœna ejus erat כרת *Keret.* Et ſi quis diceret, en ego Nazaræum me conſtituo hac lege, ut tempore præfinito in illa æde tondear, ſi tonſus in ea fuiſſet, omnino promiſſum compleret. Nimirum perinde erat quaſi voviſſet, ſe ſe maceraturũ,

atque maceráſſet : Nazaræatum verò ne attigiſſet quidem.

Hoſtia pro peccato, atque hoſtia pro delicto non ferebantur

VIII. Quænam ſacra ex voto ſponſione neque fieri non liceret? niſi ob peccatum: non offerebantur autem neque ex voto, neque ex ſponſione. Si quis igitur diceret, en ego in me hoſtiam pro peccato, aut hoſtiam pro delicto recipio; aut ſi diceret, en ego iſtam animantem hoſtiam pro peccato, aut hoſtiam pro delicto conſtituo, nihil diceret. Si quis autem hoſtiam pro peccato deberet, aut hoſtiam pro delicto, idemque diceret, en ego iſtam animantem deſtino ad meam pro peccato, aut pro

IX. Si quis ſacra ab aliis debita in ſe recepiſſet, ea pro facultatibus debitorum exolvenda fuiſſe. delicto hoſtiam, vel ita, en ego argentum hoc decerno ad hoſtiam meam pro peccato, proque delicto, ratum erat.

Si quis diceret hujus ego hominis leproſi, aut hujus ego puerperæ ſacrum in me recipio, is ſacrum pauperis faceret ſiquidem ille leproſus homo, illaque puerpera pauperes erant. Qui ſi divites eſſent, hic qui votum ſuſcepiſſet, ſacrum faceret hominis opulenti, ut ipſe pauper eſſet.

X. Si quis diceret, ego hujus illius hominis hoſtiam pro peccato in me recipio, & holocauſtum, & hoſtiam pro delicto, & pacifica, hic ſiquidem volebat, ſinebat illum ſacra facere, atque expiatus erat. Idem hic ſi vellet cùm victimæ ab aliis pecoribus ſegregarentur, rurſuſque nollet cùm ſacrificarentur, nihiloſecius ille holocauſtum pacificaque offerret, hic expiaretur. Nam ſi tunc nollet, at certè volebat cùm hoſtiæ ſegregabantur ab aliis pecoribus. Hoſtiis autem pro peccato & pro delicto,

XI. niſi à principio ad finem vellet, non expiaretur.

Si quis diceret, en ego vota ſuſcipio ea, quæ fere ſunt hominum non proborum, qui quidem temerè *effunduntur in vota Nazaræatûs & oblationis, atque etiam in jusjurandum, his ille obligaretur omnibus. Sin ita diceret, en ego ſuſcipio vota talia, qualia ſunt idoneorum hominum, is omnino nullo teneretur. Sin diceret, en ego in me recipio talia, qualia ſolent ſpondere homines * idonei, is quidem Nazaræatûs & oblationis voto obligaretur. Jam oblationis cognomina nuncupare

XII. In voto nũcupando i- proinde erat, ac ſi ipſamet obligatio nuncuparetur.

Nemo nec voto nec ſponſione obligabatur, niſi nuncupáſſet idem, atque in animo cogitáſſet: ut ſi dicere vellet, en ego in

XI *Effunduntur in.* Et quodvis votum ac jusjurandum aliquo ſacri genere expiari oportebat.

I *Idonei.* Quod hominum genus non committit, ut inconſideratè vota nuncupet.

me recipio holocauſtum, & dixiſſet pacifica, aut ſi conſilium eſſet dicere, en ego hoc conſtituo holocauſtum, & dixiſſet pacifica, dictum indictum erat. Si conſilium eſſet vovere holocauſtum, & dixiſſet oblationem, aut ſi conſilium eſſet vovere anathema, & dixiſſet ſacrum, vox ejus rata foret: nam holocauſtum eſt oblatio, atque anathema item eſt ſacrum: eademque ratio eſt ſimilium iſtis. In votis & ſponſionibus nihil proloqui neceſſe erat: quidquid in animo decretum fuerat etiamſi non eſſet prolatum, nihilominus hominem obligabat: ut ſi quis apud animum ſuum hoc illud holocauſtum conſtituerat, aut ſe holocauſtum oblaturum, ſanè hic offerre debebat. Nam quod eſt in Lege, *Omnis voluntarius & prono animo*, hujus eſt ea ſententia, ut quiſque vel ipſa voluntate liberali ſic obligaretur, ut offerre deberet. Atque omnia ſacrorum vota his ſimilia ſponſioneſque ſic ſe habebant.

[dem cogitandum ac dicendum.]

[*Exod.* 35. 5.]

XIII. [Cuncta ſacra debita primo quoque die feſto Hieroſolymam portanda. *Deut.* 12. 5. & 6.]

Sicut quiſque vota & ſponſiones, ita cuncta à ſe debita ſacra, æſtimationes, pretia, decimas, & dona pauperum ut primo quoque die feſto Hieroſolymam apportaret à Lege jubendo ſancitum eſt: nam quod ſcriptum videmus, *Ad locum* ..... *venietis. Offeretis in loco illo*, &c. hujus eſt ea ſententia, ut quocunque tempore veneris illuc diem ſolemnem celebraturus, apportes unà tecum quidquid debeas, atque tua omnia Deo diſſolvas nomina. Si quis igitur ſolemnitatem unam præterire ſineret, neque ea quæ debebat ſacra Hieroſolymam portâſſet, juſſum prodidiſſet: ſi quis autem tres ſolemnitates præterire ſineret, nec Hieroſolymam portâſſet ea ſacra, quæ ex voto, vel ex ſponſione debebat, itemque non diſſolviſſet æſtimationes, anathemata, & pretia, is vetitum violâſſet: ſcriptum eſt enim, *Non tardabis reddere*. Nimirum contra vetitum nemo fecerat, niſi qui omnes anni ſolemnitates prætermiſiſſet. Jam de vetito illo verberabatur nemo, quippe cùm nihil effectum daretur.

[*Deut* 23. 21]

XIV. Si quis pecudem quandam altari ſacrâſſet, idemque duas ſolemnitates jam præterire ſineret; tum pecudem vitio affectam cum alia pecude commutâſſet, porro nihil contra vetitum committeret, niſi rurſum tres ſolemnitates prætermitteret, quin illam alteram pecudem ſolveret. Jam contra hoc vetitum, *Non tardabis reddere*, vir æquè ac mulier committere

poterat: hæres autem alicujus non poterat.

XV. Jam quæcunque ſacra quis tres ſolemnitates ſolvere prætermiſiſſet, tamen non erant temerata: ea ipſa poſtmodum etiam ritè ſacrificabantur: ſed idem hic poſt ſolemnitates tres quotidie contra vetitum, *Non tardabis*, faciebat. Et Senatus juſſus erat operam dare, ut ille porro prima quaque ſolemnitate ſacra ſua ferret.

XVI. *Lev. 1. 3.* Et quanquam ſcriptum eſt, *Sponte ſua*, urgebat tamen uſque adeo, donec dicebat ſe velle. Seu quis igitur id quod voverat à rebus aliis non ſegregâſſet, ſeu ſegregatum porro non ſacrificaret, vi cogebatur, ut ſacrificaret.

XVII. *Ablatis pignoribus coërceri, qui ſacra debita non ſolverent.* Quicunque igitur holocauſta debebant, pacificaque ablatis pignoribus coërcebantur. Nemo enim homo niſi volens perlitabat, ſicut ſcriptum videmus, *Sponte ſua*, at urgebatur uſque adeo, donec dicebat ſe velle: ſed qui debebant hoſtias pro peccato, & hoſtias pro delicto, hi non cogebantur pignoribus: neque enim metuendum erat, ne iſti, cùm expiati non eſſent, committerent, ut ſacra ſua differrent. Excipe Nazaræi hoſtiam pro peccato, quam ille, quoniam hominem à potando vino non retardabat, ne differret metuendum erat: quare pignoribus coërcebatur.

CAPUT DECIMUM-QUINTUM.

ART. I. *De formulis voti nūcupandi.* SI quis voto nuncupando ita diceret, eſto partus hujus pecudis holocauſto, & ipſa pacificis, ratum erat: ſi ſic, ſit ipſa pacificis & partus ejus holocauſto, ſiquidem fuerat id in animo deſtinatum, omnino erat rata vox: ſin autem poſtquam apud animum ſtatuerat, & lingua etiam nuncuparat fore pacificis, tum demum mutatâ ſententiâ partum pecudis pronuntiaret holocauſtum, nihilominus pacificis erat. Etenim in ſacris pronuntiandis nullus erat mutationi locus, ne in pronuntiatione quidem ipſa.

II. Si quis ita diceret, ſit hujus pecudis pes anterior holocauſto, vel holocauſto ſit hujus pecudis pes poſterior, pecus oportebat, ut venum iret iis, qui holocauſta debebant, & redacta inde pecunia communis erat extra pretium illius membri. Nimirum ita res erat ſiquidem emptor hic, qui debebat holocau-

ſtum, holocauſtum certi cujuſdam pretij voviſſet. Si quis ita diceret, ſit holocauſto caput aut cor hujus pecudis, quoniam membris ex iſtis anima pendet, holocauſto erat tota. Si quis unum è volucri membrum conſecraret dubium erat, utrùm volucris tota ſacrata fuiſſet, necne.

Si quis ita diceret, ſit pecus iſta dimidia holocauſto, & dimidia pacificis, omnino ſacrata fuerat; verùm non immolabatur: paſcebatur igitur, donec vitio afficiebatur: tum verò vendebatur, atque dimidio ejus pretio holocauſtum, & dimidio hoſtia pacifica comparabatur. Nam ſi quis hoſtiam pro peccato deberet, idemque aut ita dixiſſet, ſit dimidia hoſtiæ pro peccato, & dimidia holocauſto, vel pacificis: aut ita, ſit dimidia holocauſto, vel pacificis, & dimidia hoſtiæ pro peccato, hanc quidem pecudem per ſeipſam mori ſinebant: ſed hac de re explicabitur in diſputatione de hoſtiis pro peccato morticinis. III.

Cùm pecus aliquod commune duorum eſſet hominum inter ſe ſociatorum, & horum alter primò conſecrâſſet dimidium pecoris ſuum, tum deinde alterius dimidium quoque coëmiſſet, atque ſacrâſſet, pecus iſtud ſacratum erat, atque immolabatur. Nam ſi pecus iſtud rejiceretur ab initio cùm dimidium ejus conſecraretur, non idcirco rejiceretur etiam poſtea. Quod ſi ſic conſecratum commodè pecuniâ redimeretur, at certè animans erat: animantia verò haud ita facilè rejiciebantur. Ac quoniam erat totum ſacris aptum, & immolabatur, & aliam quoque hoſtiam * cum illa mutatam conſecrabat. IV.

Si quis ita diceret, ſit pretium hujus pecudis holocauſto, aut ſit holocauſto pecus iſta, ſiquidem ipſa fuerat idonea, quæ immolaretur, ſanè corpus ejus ſacratum erat, adeoque ipſa pro holocauſto immolabatur: ſi non erat idonea, venibat, & ejus pretio holocauſtum comparabatur. V.

De pecude immunda, atque ejus aſſimili aliqua è numero illarum, quæ ſacrificiis prohibentur, in quas omnino conſecratio non cadit, ſi quis dixiſſet, ſint iſtæ holocauſtum, dictum indictum eſſet, quemadmodum Tractatu de Rebus Altari Prohibitis expoſuimus. VI.

IV. *Cum illa mutatam.* Hoc videlicet illud eſt, de quo præcipitur Lev. 27. v. 10. *Et mutari non poterit........ quod ſi mutaverit, & ipſum quod mutatum eſt, & illud pro quo mutatum eſt, conſecratum erit Domino*

VII. Si quis ita diceret, intra hos dies proximos triginta totos ſit hujus vaccæ pretium in holocauſtum, poſt illos ſit in pacifica: aut contrà ſit ejus pretium intra hos triginta dies totos in pacifica, poſt illos in holocauſtum, erat ejus rata vox: itaque ſi pretium ejus ferret intra hos dies triginta, eo compararet hoc quod votum erat: ſi ferret poſt hos dies triginta, item eo compararet id quod voverat.

VIII. Si quis beſtiam haberet prægnantem, idemque diceret, hæc ſi marem enixa fuerit, en ego illum conſtituo holocauſtum; ſi feminam, ſacrificium pacificum, pro holocauſto immolaretur ſi mas ex ea natus eſſet, & pro ſacrificio pacifico ſi fuiſſet orta femina. Jam ſi ex ea fuiſſent mas & femina ſimul orti, ille pro holocauſto, hæc pro ſacrificio pacifico immolaretur: ſin ea duos unà peperiſſet mares, horum alter pro holocauſto immolaretur, alter venderetur in holocauſti neceſſaria: ſed enim pretium omnino profanum erat. Item ea ſi peperiſſet duas unà feminas, earum altera in ſacrum pacificum immolaretur, altera venderetur in ſacri pacifici neceſſaria, & pretium id omnino profanum erat. Sin obſtructum androgynumque peperiſſet, non illi ſacri, ſed profani erant, quemadmodum alio loco poſuimus. Si quis fœtum etiam contentum in alvo beſtiæ vitio affectæ, ſimiliſque ejus ſacrâſſet, ſanè ſacratus hic fuiſſet.

CAPUT DECIMUM-SEXTUM.

ART. I. De votorũ ſolutione legitima.

SI quis pecudem majorem voviſſet, & ferret minorem, nequaquam ſatisfaceret: contrà ſi voviſſet pecudem minorem, & majorem ferret, votum exequeretur. Ut ſi quis diceret, en ego voveo agnum in holocauſtum, aut in pacifica, idemque ferret arietem: item ſi voviſſet vitulum, & ferret bovem: itemque ſi voviſſet hœdum, & ferret hircum, feciſſet ſatis.

II. Si quis voviſſet holocauſtum ex agnis aut arietibus, & hic idem * ferret פלגס, dubium erat an votum reddidiſſet, necne. Item & ſi quis holocauſtum avium voviſſet ex turturibus, aut è columbarum pullis, & hic idem ferret ex hoc aut illo genere ubi primùm in iis compareret aureus ille fulgor, de voti ſolutio-

II. *Ferret.* פלגס. De hac voce dictum eſt cap. I. hujus Tractatûs ad art. 14.

ne addubitabatur. Si quis animantem voviſſet nigram, & ferret candidam; contráve candidam voviſſet, & ferret nigram: ſi voviſſet marem, ferretque feminam; contráve feminam voviſſet, & ferret marem, votum non exequeretur

Si quis votum indefinitum nuncupâſſet, oportebat, ut ex eo genere quod voverat majora ferret: ſin ejus loci incolæ certum quoddam genus indefinitè dicere conſueſſent, pro conſuetudine incolarum ferret: ut ſi quis holocauſtum ex armento voviſſet, bovem ferret oportebat. Sin voto nuncupando ita dixiſſet, en ego voveo holocauſtum, & ejus loci incolæ conſueſſent purè holocauſtum appellare etiam holocauſtum avium, vel unum aut turturis, aut columbæ pullum ferre poterat. Sin autem conſuetudo non pateretur, ut præter holocauſtum bubulum quidquam purè holocauſtum diceretur, bovem offerret oportebat. Eadem erat ratio omnium horum ſimilium. III.

Quiſquis bovem, arietem, agnum, vitulum, & horum ſimilia voverat, neque ferebat quod in eo genere macerrimum eſſet, quippe quod vilius erat, neque porro neceſſe habebat ferre id quod eſſet in eo genere adeo pulchrum, adeo pingue ut nihil ſupra: ſed ferebat medium quiddam: quanquam ſi quid macrum obtuliſſet, voto tamen liberatus eſſet. IV.

Si quis ita diceret, en ego voveo bovem, qui minam valeat, bovem ille ferret, qui eodem ipſe loco minâ æſtimaretur extra ejus libamina. Qui ſi duos unius minæ boves offerret, votum non redderet. V.

Si quis ita dixiſſet, holocauſtum ſit bos iſte, atque vitio afficeretur, duos, ſi placebat, illius pretio emptos ferebat. Immo ſi vel unum arietem illius pretio emptum ferret, votum ſolveret. Si quis dixiſſet, ſint holocauſtum boves iſti duo, atque vitio afficerentur, vel unum alium, ſi libebat, horum pretio emptum ferebat: item, ſit holocauſtum aries iſte, iſque vitio afficeretur, agnum illius pretio emptum ut ferret, licebat. Item ſi quis agnum quendam voviſſet, tum ille temeraretur, in ipſius erat manu, ut arietem illius emptum pretio ferret. VI.

Si quis diceret, en ego in me recipio holocauſtum, tum bovem ſegregaret, atque hic inde ſubriperetur, agno ſubſtituendo voti liberaretur: ſin dixiſſet, iſtum ego bovem, aut pretium ejus in holocauſtum voveo, fixum & ratum erat, ita; ut ſi bos VII.

ille temeraretur, nihil aliud niſi bos alter pretio illius emeretur.

VIII. Si quis diceret, ſit unus ex agnis meis ſacer, ſacer ſit unus è bobus meis, atque is haberet duos, horum major ſacer erat. Idem ſi haberet tres, omnino eorum major ſacer erat: verùm erat quòd mediocris quoque ſollicitaret. Quid igitur fiebat? Expectabatur donec mediocris afficeretur vitio, atque conſecratio in omnium maximum caderet ſolum. Idem ſi dixiſſet, bos è bobus meis ſit ſacer, ſacer erat eorum major, nec mediocris quidquam movebat.

IX. Si quis unum aliquod è pecoribus ſuis ſacro deſignâſſet, neque porro deſignati meminiſſet, & ſi cui pater dixiſſet unum è pecoribus ſuis ſacrum eſſe, hic ſuorum omnium pecus maximum ſacraret, atque ſuo ſe debito liberaret. Item & ſi quis holocauſtum ex armento voviſſet, & hoc idem conſtituiſſet, nec memoriâ teneret quid conſtituerit, bovem an vitulum, hic bovem ferret: ſin ex ovium grege quid holocauſtum conſtituiſſet, nec recordaretur quid pecoris conſtituiſſet, arietem ferret. Sin caprarum è grege quid conſtituiſſet, nec deinceps quid conſtituerit, meminiſſet, hircum ferret. Idem ſi non recordaretur cujus generis beſtiam holocauſtum conſtituiſſet, ferret bovem ſimul & arietem & hircum: & ſi dubitaret utrùm avem conſtituerit holocauſtum, his ſuperioribus adderet etiam & turturem, & columbæ pullum.

X. Si quis Euchariſticum aut ſacrum pacificum voviſſet, idque ex armento conſtituiſſet, tum quid conſtituerit non meminiſſet, is juvencum ſimul & juvencam ferret: cui ſi dubium id eſſet in ovium grege, arietem ferret & ovem: ſi dubium hoc eſſet in grege caprarum, hircum & capram ferret. Qui ſi non meminiſſet ex quo beſtiarum genere votum à ſe ſacrum conſtituerit, ferret juvencum & juvencam, arietem & ovem, hircum & capram. Si quis dixiſſet, en ego voveo holocauſtum ex ave, turturem ferret, aut columbæ pullum: idem ſi poſtquam ſacrum deſignâſſet, non recordaretur quo ex genere id, quod votum erat, ſacrum conſtituerit, turturem ſimul & columbæ pullum ferret.

XI. Si quis diceret, en ego voveo quid in uſum altaris, pugillum afferret thuris: nam præter thus nihil quidquam totum, ſicut erat, in uſum altaris inſumebatur. Idem ſi votum ſuum deſignâſſet,

gnâſſet, ac conſtituiſſet, nec deinde quid conſtituerit memi-
niſſet, ea ferret omnia quæ in altari conſumebantur tota. Itaque oportebat ut ferret & holocauſtum è pecude, & holocauſtum ex ave, & fertum libaminum, & thus, & vinum etiam ſeorſim.

Si quis diceret, en ego voveo ſiclum in uſum altaris, agnum ferret oportebat; neque enim præter agnum quidquam pro ſiclo dabatur, quod quidem in altari ſacrificaretur. Idem ſi quid deſignâſſet, neque porro deſignati recordaretur, pro ſiclo ferret quodcunque rei in altari ſacrificabatur. XII.

Si quis ita diceret, en ego voveo thus, non minus pleno pugillo daret: en ego voveo ligna, non daret pauciora fruſtis duobus: horum erat ſpiſſitudo eadem atque hoſtorij, & longitudo cubitalis: en ego voveo lignum, fruſtum ferret unum longitudine cubitali. Jam ſi quis mallet lignorum dare pretium, omnino id facere licebat. XIII.

Si quis oleum aut voviſſet, aut ſpopondiſſet, quid tandem fieri opus erat? Nempe eximebatur ex oleo plenus pugillus, qui ſale aſperſus projiciebatur in ignem, & reliquum ejus comedebatur à ſacerdotibus ſic, ut reliquiæ fertorum. Quid verò? De vino ſeorſim oblato quid fiebat? Aſpergebatur ſale, atque ſuper altaris fundamenta perfundebatur totum ut cuncta libamina: thus autem ſeorſim oblatum ſale aſpergebatur, prorſuſque in ignem dabatur. XIV.

Quiſquis votum voverat, id ei non licebat de pecunia decimæ ſecundæ diſſolvere: etenim hoc ille ſacrum ex voto debebat: at quicunque debebat ſacrum, id non diſſolvebat niſi de rebus communibus. XV.

Si quis ita dixiſſet, en ego voveo ſacrum Euchariſticum de rebus communibus, & panem ejus de decimis, nec panem ejus niſi de communibus ferre jus erat. Nimirum hic ſacrum voverat Euchariſticum: Euchariſticum autem ſacrum veniebat nunquam niſi cum pane de communibus. XVI.

Si nuncupando voto ita dixiſſet, en ego recipio me laturum ſacrum Euchariſticum de pecunia decimæ ſecundæ, & panem ejus de communibus, huic in manu erat, ut ferret ſic, ut voverat. Quanquam ſi cuncta de communibus tuliſſet, voto ſe liberâſſet utique. Item ſi voto nuncupando diceret, en ego voveo XVII.

ſacrum Euchariſticum ipſum, panemque ejus de decimis, inde ferre licebat. Nec verò panem ejus ferret de frumentis decimæ ſecundæ; ſed de pecunia è decimâ ſecundâ redacta, itidem ut victima, quæ & ipſa pecuniâ decimæ ſecundæ coëmebatur. Cùm verò nominatim dixiſſet ſe ſacrificij panem oblaturum de decimis, tamen ejuſdem libamina de pecunia decimæ ſecundæ non ferret. Nimirum libamina niſi de communibus ferebantur nunquam, quemadmodum alio loco diſputavimus.
Num.15.4. De his enim ſcriptum videmus, *Tunc offeret offerens oblationem ſuam*: id autem hoc ſibi vult, ut ea offerat de ſuo, non autem de illis quæ jam aliquo pacto ad Deum pertineant.

CAPUT DECIMUM-SEPTIMUM.

ART. I. De ſolutione ferrorũ ex voto debitorum.

SI quis voviſſet fertum in clibano coctum, non ferret coctum in furnulo, nec coctum in candentibus lateribus, nec coctum in * lebetibus Arabum.

II. Si quis diceret, en ego voveo fertum ſartaginis, idemque fertum craticulæ ferret, contráve voviſſet fertum craticulæ, & ferret ſartaginis, quod tuliſſet legitimum erat, at debito ſe neutiquam liberâſſet. Qui ſi ita diceret, voveo me laturum hoc in craticula coctum, & ferret coctum in ſartagine, contráque voveret ſe laturum hoc coctum in ſartagine, & ferret coctum in craticula; id verò temeratum eſſet. Eadem erat ratio cunctorum hujus ſimilium. Item & ſi quis diceret, en ego voveo duas ſimilæ decimas, eaſque uno vaſe ferendas, & ferret vaſis duobus; contráque ferendas vaſis duobus, & ferret vaſe uno, quod tuliſſet legitimum erat, at ſuo ſe debito non liberâſſet: huc enim ſpectat id quod ſcriptum legitur, *Sicut promiſiſti Domino*.
Deut. 23. 23.

III. Idem ſi diceret, voveo iſtas decimas uno vaſe ferendas, ferretque vaſis duobus: contráque ferendas vaſis duobus, & uno vaſe ferret, temerarentur illæ quidem: ſin eas vovendo non deſignâſſet, ſed ita dixiſſet, en ego voveo decimas duas, & ſegregando deſignâſſet, atque diſtribuiſſet in vaſa duo, rurſúſque ambas uno & eodem vaſe poſitas ferret, idoneæ erant iſtæ

ART. I. L*Ebetibus*. De lebetibus Arabum alio loco Majemonides. „ Eſt, inquit, foſſa quam foderunt „ in terra, in qua cibos coquant.

ſcilicet. Nam ſi ſcriptum eſt, *Sicut promiſiſti*, at certè non ſcriptum eſt, *Sicut ſegregâſti*. Si quis dixiſſet, en ego decimas voveo duas uno vaſe ferendas, ferretque vaſis duobus, atque monerent eum voviſſe uno vaſe laturum, & porro eas offerret vaſis duobus, temerarentur: ſin eas deinde vaſe uno offerret, utique erant idoneæ.

Si quis dixiſſet, en ego voveo decimas duas duobus vaſis ferendas, ferret vaſe uno, monerent eum voviſſe duobus laturum, atque has ille vaſis offerret duobus, idoneæ erant: Qui ſi illas vaſe uno offerret, pro fertis duobus inter ſe confuſis habebantur. IV.

Si quis ita diceret, en ego voveo fertum, ferret unum ex quinque illis fertorum generibus, quæ ex voto ſponſioneque ferebantur: ſin ita dixiſſet, en ego voveo ferta, ex illis quinque fertorum generibus ferret duo: ſi dixiſſet, en ego voveo genus fertorum ferret ferta duo ejuſdem generis: en ego voveo genera fertorum, ferta duo ex duobus generibus ferret. Item ſi dixiſſet genera ferti, ferret genera duo: ſin voto genus horum aliquod deſignâſſet, idque oblivíſceretur, quinque illa ferret. V.

Non ferebat homo privatus uno vaſe fertum, quod numerum ſexaginta decimarum excederet. Si quis plures ſexaginta voviſſet, uno vaſe ferret ſexaginta, & altero reliquum. Nam ſexaginta quidem decimæ unà omnes inter ſe permiſceri poſſunt, non poſſunt autem plures his. Nos enim ſupra docuimus permiſtionem in fertis nihil obſtare: verùm ſapientes ſciverunt, ut quidquid ad permiſcendum eſſet idoneum, in eo permiſtio nihil obſtaret, obſtaret autem in eo, quod ad permiſcendum aptum non eſſet. VI.

Si quis dixiſſet, en ego voveo centum & unam ſupra viginti decimas, is centum & viginti decimas vaſis ferret duobus, in unoquoque decimas ſexaginta, & decimam unam vaſe tertio. Si quis diceret, en ego voveo decimam, decimam ferret unam: en ego voveo decimas, ferret duas: ſi votum ſuum apertè pronuntiâſſet, nec meminiſſet quot decimas pronuntiâſſet, uno vaſe ferret decimas ſexaginta: ſin oblitus eſſet & quot pronuntiâſſet decimas, & quod ferti genus deſignâſſet, de quinque horum generum unoquoque ferret decimas ſexgainta. VII.

Si quis votum ſuum deſignâſſet, atque obliviſceretur tum VIII.

quot voviſſet decimas, tum quot voviſſet ſe vaſa adhibiturum ad votum deferendum, is munus vaſis ſexaginta deferret ita, ut ordiretur ab una decima, & deinceps decimas multiplicaret ad ſexaginta uſque: nempe primo vaſe deferret decimam unam, ſecundo vaſe decimas duas, tres decimas tertio uſque adeo, donec in extremo vaſe fuerant decimæ ſexaginta. Idem ſi obliviſceretur etiam quod ferti genus deſignâſſet, cujuſque generis vaſa ſexaginta hoc ordine deferret: ita fiebat, ut ex uno quoque genere ferret mille octingentas & triginta decimas.

In hac formula verbum iſtud fertum conjungitur, ac conſtruitur cum inſequenti verbo.

In iſta verò formula hoc verbum fertum diſcretè ponitur.

IX. Si quis dixiſſet, en ego voveo fertum hordeaceum, aut fertum dimidiæ decimæ, aut fertum ſine oleo, ſine thure, voto liber erat, quippe qui ſpoponderat quid ejuſmodi, quod neutiquam ſacrificabatur: ſin ita dixiſſet, en ego voveo fertum ex hordeis, ex lentibus, aut fertum citra oleum, & thus, aut fertum dimidiæ decimæ, erat interrogandus: qui ſi reſponderet ita ſe non alia de cauſa hoc voviſſe, niſi quia id putarat ſacrificare licere, ſi ſciſſet non ſacrificari niſi ſimilaginis decimam integram cum oleo thureque, ſe ſanè nihil voturum fuiſſe, voto liber erat. Sin ita reſponderet, quod ego ſi ſciſſem, voviſſem id quod ſacrificari ſolet, omnino teneretur ſacrificare id, quod aſſolebat.

X. Si quis voviſſet ſeſquidecimam atque diceret, ego ſi ſciens fuiſſem, voviſſem ita, ut ceteri ſolent, decimas ille ferret duas ſcilicet. Si quis dixiſſet, en ego voveo farinam, en ego voveo dimidiam decimam, & idem verbum hoc *fertum* non protuliſſet, liber erat perinde, ut ſi nihil voviſſet unquam. Item & ſi quis dixiſſet, en ego voveo ſacrum Euchariſticum ſine pane, ſacrum aliud ſine libaminibus, liber erat. Qui idem ſi diceret, ego ſi ſciſſem ſic non ſacrificari, prorſus ita voviſſem, ut ceteri ſolent, de more offerret oportebat.

XI. Si quis diceret, en ego voveo panes ſacrificij Euchariſtici, ferret & ſacrificium Euchariſticum ſimul & panes ejus: notum eſt enim & teſtatum ſine victima Euchariſtica panes ſacrificari nunquam, adeoque ſacrificij partem extremam ſolam commemorâſſe credebatur. Si quis diceret, en ego voveo panem quo liberetur ſacrum Euchariſticum hujus illius, panem illum ferret hic cum victima alterius.

XII. Omnino vinum ſolum ſeorſim ſpondere vovereque cuique

licebat: non licebat autem ſpondere, neque vini logum unum, neque porro logos duos, quia enim in libamina nec unus, nec duo logi impendebantur: porro non licebat vini ſpondere logos quinque, quippe qui non erant idonei, nec ad unius pecudis, nec ad duarum pecudum libamina. Licebat autem ſpondere aut tres, aut quatuor, aut ſex, aut etiam numerum iſto majorem, qui certè ad libamina multarum pecudum idoneus erat.

Ut ſi quis voviſſet logos ſeptem, hi libaminibus agni & arietis reſpondebant: ſi quis voviſſet octo, hi reſpondebant libaminibus duorum arietum: ſi novem, hi conveniebant libaminibus bovis, & agni, aut libaminibus trium agnorum: ſi voviſſet decem, hi conveniebant libaminibus bovis & arietis, aut duorum agnorum & arietis, & ſic ad infinitum. XIII.

Si quis voviſſet logos quinque, eum hortabantur, ut ſextum adderet, quippe cùm illos ſacro deſignâſſet. Si quis autem logum voviſſet unum aut duos, liber erat, quoniam non erant ad libamina idonei nec ipſi, nec eorum pars. Porro non licebat nec ſpondere, nec vovere minus logo olei: Etenim fertum omnium tenuiſſimum erat una decima, quæ quidem logum olei requirebat totum. XIV.

Si quis dixiſſet, en ego voveo vinum, non daret minus tribus logis: en ego voveo oleum, non daret minus logo. Si quis votum ſuum apertè explicâſſet, tum oblivіſceretur quot vini aut olei voviſſet logos, ferret logos quadraginta & centum. Nullus enim unus erat dies, quo Eccleſia plura faceret, quàm primo Tabernaculorum die ſolemni, cùm is in ſabbatum incideret: atqui eo die in libamina impendebantur logi centum & quadraginta olei, & totidem vini, quemadmodum Tractatu de Sacrificiis Jugibus & Extraordinariis demonſtrabitur. XV.

CAPUT DUODEVIGESIMUM.

OMNINO ſacrificia omnia cùm pecorum & avium, tum verò fertorum jubendo ſancitum erat, ut in DOMO SELECTA fierent. Namque ſcriptum videmus, *Ibique facies quæcunque præcipio tibi.* Item & jubendo ſancitum erat, ut quiſquis extra Terram Sanctam degens ſacrificia pecorum debe-

ART. I. Cuncta ſacrificia ad Domum Electam facienda. *Deut.* 12, 14.

bat, his inde ad Domum Electam agendis ſemetipſe fatigaret: *Deut. 12. 26* ſcriptum eſt enim, *Quæ autem ſanctificaveris, & voveris Domino, tolles*, &c. Atqui id quaſi per manus traditum eſt hoc loco agi de ſacris hominis extra Terram Sanctam degentis, ut ille in his ad Domum Electam deducendis occuparetur uſque.

II. *Quæ pœna eſſet ſacrificandis extra atriū?* Quicunque extra atrium quid ſacrificâſſet, juſſum feciſſet irritum ſimul & vetitum prodidiſſet: ſcriptum eſt enim, *Cave ne offeras holocauſta tua in omni loco, quem videris.* Et quiſquis ibi ſacrificâſſet ex contumacia, pœna ejus erat כרת *Keret*, quemadmodum ſcriptum videmus, *Ibid. v. 13* *Lev. 17 v. 8. & 9.* *Qui obtulerit holocauſtum ſive victimam, Et ad oſtium tabernaculi teſtimonij non adduxerit, interibit de populo ſuo.* Sin autem ſacrum ibi feciſſet imprudens, * ſtatum pro peccato ſacrificium ferret.

III. Immo & qui victimas jugulâſſet extra atrium, licet eaſdem non obtuliſſet, nihilominus tamen ſi feciſſet prudens, pœna *Ibid. v. 3. & 4.* ejus erat כרת *Keret*: habemus enim in Lege, *Quilibet ..... ſi occiderit bovem ..... ſive capram ..... ſanguinis reus erit: quaſi ſanguinem fuderit, ſic peribit.* Quas eaſdem ſi jugulâſſet imprudens, ſtatum pro peccato ſacrificium ferret.

IV. Sed unde habemus cautum eſſe ne quid extra atrium juguletur? Ex collatione ſcilicet: videmus enim in Lege ſcriptum, *Deut. 12 v. 14.* *Ibi offeres holocauſta tua*; porro autem, *Ibidem.* *Ibique facies quæcunque præcipio tibi:* quemadmodum igitur ne quid extra atrium offeratur, quoniam ejus rei pœna eſt, apertè cavetur, ſiquidem *Ibid. v. 13.* in Lege eſt, *Cave ne offeras holocauſta tua*, item & ne quid extra atrium fiat, quo verbo comprehenditur etiam jugulatio, quando pœna apertè adſcribitur, ſanè cautum eſt. Neque enim ſcriptura ullâ de re pœnas exigit, niſi eam ne facerent homines præmonuerit.

V. Si quis extra atrium jugulâſſet victimas & obtuliſſet, duplicem pœnam ſubibat, unam quia jugulâſſet, & alteram quòd

II. *Statum pro peccato ſacrificium.* Hoc illud eſt, quod à Talmudiſtis חטאת קבועה appellatur: Id Majemonides noſter ad initium Commentariorum in Tractatum Miſnicum, qui כריתות *Keritot* inſcribitur, ſic explicat. „ Hoc, „ inquit, nomine appellatur ſacrificium „ id, quod non immutatur divitiis, vel „ paupertate ejus à quo fiat. Nimirum „ erat aliud ſacrificium huic directò oppoſitum, quod pro facultatibus offe„ rentis tum augeretur, tum minueretur. Sed de hoc copioſè diſputavimus in ea nota, quæ Tract. 3. ad art. 12. cap. 3. fuit appoſita.

obtuliſſet. Si quis intra atrium jugulâſſet victimam, & hanc eandem extra atrium obtuliſſet, plecteretur quòd obtuliſſet: rurſumque ſi extra atrium jugulâſſet, & obtuliſſet intra atrium, de jugulatione plecteretur.

Nemo plectebatur de jugulatione victimarum, niſi illæ forent idoneæ, quæ in altari ſacrificarentur. Si quis igitur extra atrium jugulâſſet aliquam earum animantium, quæ altari prohibebantur, aut unam ex hoſtiis pro peccato iis, quas naturali morte occumbi jus erat, pœnâ liberabatur: nam quod eſt in Lege, *Coram tabernaculo Domini*, hujus ea vis eſt, ut quidquid non erat idoneum quod inferretur in tabernaculum Domini, de eo plecteretur nemo. VI. *Lev.* 17 4.

Si quis extra atrium victimam jugulâſſet eam, quæ tempore etiam indigeret aut ipſa per ſe, aut domini gratiâ, pœnâ liberaretur, quando victima tunc ipſum non erat idonea, quæ intra atrium ingrederetur. VII.

Etenim pecudes intra primos ſeptem dies poſt ortum per ſe ipſæ tempore indigebant: item & turtures ante, quàm certam ætatem attigiſſent: his adde beſtiam procreatricem & fœtum ejus, quorum ſi alterutrum hodie jugulaveris, alterum niſi die craſtino jugulare non licet. VIII.

Jam domini gratiâ indigebat tempore victima, cùm videlicet dominus præſtitutum ſibi tempus, quo ſacrificaret, necdum explevifſet: ut ſi ſeminis fluxione laborans vir, feminaque & puerpera intra præfinitum dierum numerum ſuam quiſque hoſtiam pro peccato jugulâſſent extra atrium, pœnâ liberarentur: itemque homo leproſus ſi intra præfinitum dierum numerum ſuas pro peccato, proque delicto hoſtias extra atrium jugulâſſet, pœnâ liber eſſet, quippe cùm victimarum dominus necdum eſſet idoneus, qui expiaretur. Iidem ſi intra præfinitum dierum numerum holocauſta ſua extra atrium jugulâſſent, pœnâ tenerentur: nimirum holocauſtum loco muneris habebatur, & hoſtia pro peccato hoſtiaque pro delicto præcipuum erat piaculum. Porro & Nazaræus ſi intra dies Nazaræatûs hoſtiam pro peccato ſuam jugulâſſet extra atrium, impunè eſſet. Idem hic ſi holocauſtum ſuum, aut pacifica ſua extra atrium jugulâſſet, pœnâ teneretur. Nempe hic ſolâ hoſtiâ pro peccato impediebatur, quominus abſolveret Nazaræatum, & IX.

* in ea ſola Nazaræatus præcipuè vertebatur.

X. Hoſtiam pro delicto incerto, item & ex ave hoſtiam pro peccato dubio ſi quis extra atrium ſacrificâſſet, impunè ferret: in his enim interdictio certa non erat. Si quis hominis leproſi hoſtiam pro delicto extra atrium jugulâſſet, nec jugulâſſet illius nomine, pœnâ teneretur: hæc enim hoſtia, quoniam non fuit hominis leproſi nomine jugulata commodè ritéque jugularetur intus, ut deinceps explicabitur. Et quamcunque victimam foris jugulâſſe, impunè ferres, impunè ferres etiam foris obtuliſſe.

XI. Si quis duos Solemnitatis Expiationum hircos extra atrium jugulâſſet ante peractam ſuper his peccatorum confeſſionem, ob utramque pœnâ כרת *Keret* teneretur: Etenim eorum uterque idoneus erat, qui ad peragendam confeſſionem Domino in conſpectum prodiret. Poſtquàm verò peracta confeſſio erat, de hirco emiſſario quidem omnino non plecteretur, quia porro iſte non erat idoneus, qui veniret ſub conſpectum Domini.

XII. Si quis ante, quàm templi portæ aperirentur, pacificas hoſtias foris jugulâſſet, impunè eſſet. Nimirum illæ deſiderabant etiam aliquid operis ante, quàm eſſent idoneæ, quæ immolarentur in conſpectu Domini, quemadmodum alio loco diximus. Si quis autem extra atrium victimam Paſchalem jugulâſſet, vel aliis à Paſchate quibuſvis anni diebus, pœnâ teneretur: nec verò quidquam referret, utrùm hanc nomine victimæ Paſchalis jugulâſſet, necne. Nam victima Paſchalis aliis à Paſchate diebus anni pro victimis pacificis ducebatur.

XIII. Beſtia communis, quæ eadem fœtum in alvo geſtaret altari ſacratum, omnino ne foris jugularetur, interdictum erat: ſed eam ſi quis jugulâſſet, tamen non verberaretur, quia enim non erat idonea, quæ in conſpectum Domini adduceretur.

XIV. Si quis pecudem clepſiſſet, atque conſecrâſſet, tum extra atrium jugulâſſet, pœnâ teneretur. Sed qua tandem ex hora ſatis erat in illius poteſtatem redacta pecus, ut ob hanc pœnâ כרת *Keret* teneretur? Nempe ex qua illam conſecraverat. Omnino ſic ſe res habebat, ſiquidem pecudem ille jugulâſſet poſtea demum, quàm de recuperatione ejus poſſeſſor legitimus deſperâſſet: nam antea conſecratio nulla foret.

IX. *In ea ſola Naz.* Non Nazaræatûs obſervatio, ſed complementum ſolutioque.

Si

Si victimam, quæ corpus totum haberet extra atrium, & intra atrium porrigeret collum, jugulâſſet aliquis, pœnâ teneretur. Nam quod eſt in Lege, *Si occiderit bovem, aut ovem, ſive capram in caſtris vel extra caſtra*, id hoc ſibi vult, qui in Sanctuario jugularet hoſtiam, cujus collum foret intromiſſum, cùm foris eſſet corpus reliquum; contráque corpus eſſet intus, cùm foris porrigeretur collum, eum pœnâ obligatum fuiſſe uſque adeo, donec beſtia tota introducta fuerat, quia ſcriptum eſt, *Et ad oſtium tabernaculi teſtimonij non adduxerit.* Verùm ſi quis hoſtiam in templi tecto jugulâſſet, quanquam locus hic immolationi non eſt ullatenus idoneus, impunè haberet tamen. XV. *Lev. 17. 3.* *Ibid. v. 9.*

Homines duo ſi cultrum unà tenerent, unáque victimam extra atrium jugularent, impunè haberent: ſcriptum eſt enim, *Si occiderit..... vel ſi occiderit*, unus videlicet, non item duo. Unus igitur aliquis ſi extra atrium victimas jugulâſſet, tametſi victimas jugulare Domino non erat illi in animo, nihilominus pœnâ obligaretur. Nam quod eſt in Lege, *Sanguinis reus erit: quaſi ſi ſanguinem fuderit*, hujus ſententia eſt, ſi ſanguinem iſtum putârit non pro ſanguine victimarum, ſed pro ſanguine illo communi, qui funditur, eum pœnâ obligari tamen. XVI. *Ibid. v. 3.* *Ibid. v. 4.*

Si quis victimam de nocte jugulâſſet extra atrium pœnâ teneretur, quia enim victima noctu jugulata extra atrium ſacris erat idonea: item ſi quis de nocte offerret aliquid ex ea victima, quam extra atrium noctu jugulâſſet, de oblatione quoque pœnam ferret. Si quis autem noctu victimam jugulâſſet intra atrium, idemque ſacrificâſſet eam extra, impunè haberet, quippe qui ſacrificâſſet ejuſmodi rem, quæ ſacris neutiquam erat idonea. Etenim ita res erat, nulla prorſus victima in Sanctuario noctu jugulata ad rem divinam apta fuerat. Eodem modo ſi quis intus in Sanctuario victimæ ſanguinem vaſe profano exceptum ſparſiſſet foris, impunè ferret. XVII.

Et ſi quis hoſtiæ volucris collum retortum ungue ſecuerit extra atrium, impunè ferret: porro ſi eandem ſacrificâſſet, impunè ferret quoque. Sin poſtquàm intra atrium hujuſmodi hoſtiæ volucris collum retortum ungue ſecuerat, eam inde foris ſacrificâſſet, de ſacrificatione pœnas daret. Nam ſi quis hoſtiam volucrem intra atrium jugulatam foris ſacrificaret, impunè haberet, quippe qui ejuſmodi rem ſacrificâſſet, quæ XVIII.

ſacris neutiquam erat idonea. Jam ſi quis hoſtiam volucrem foris jugulâſſet, & eandem foris ſacrificâſſet, pœna duplex erat. Nimirum hoſtia hujuſmodi cùm fuerat extra atrium jugulata ſanè erat ſacris idonea, perinde quaſi collum ejus tortum ungue ſectum fuiſſet intus.

CAPUT UNDEVIGESIMUM.

ART. I. Nullum eſſe ſacrificium niſi quod in altari fiat.

NEMO pœnâ tenebatur quòd extra atrium ſacrificâſſet, niſi ſacrificâſſet in ſummo altari foris extructo. Si quis ſacrificium feciſſet in petra, in lapide, impunè ferret: neque enim ſacrificium dicebatur, niſi quod fieret in altari, ut hoc extra Sanctuarium eſſet: videmus enim in Lege ſcriptum,
Gen. 8. 20 *Ædificavit autem Noë altare.* Porro de ſacrificio extra atrium facto pœna nulla erat, niſi hoc eſſet Deo factum. Nimirum quod
Lev. 17. 9. ſcriptum videmus, *Vt offerat Domino*, id ſignificat oportere, ut homini ſit in animo ſacrificium facere Domino.

II. Porro de ſacrificio ſic facto nulla pœna fuerat, niſi idem hoc idoneum eſſet, quod in altari item, ut holocauſtum igni con-
Ibid. v. 8 ſumeretur: habemus enim in Lege ſcriptum, *Qui obtulerit holocauſtum, ſive victimam*, ex quo concluditur quidquid itidem, ut holocauſtum igni aptum erat, de eo denique ſi extra atrium ſacrificaretur, pœnam eſſe.

III. Hinc dictum eſt, ſi quis victimæ ſanguinem extra atrium ſpargeret, aut ſi quis holocauſti membra adoleret, aut plenum pugillum ferti, aut thus, aut ſuffimentum, aut fertum ſacerdotum, aut fertum libaminum: item ſi quis extra atrium tres logos libaret vini, aut aquæ, eum pœnâ teneri. Eſt enim in
Ibid. v. 9. Lege, *Non adduxerit eam, ut offerat.* Nempe quodcunque ſacrificij genus acceptum erat intus, id ſi quis foris faceret, pœnâ tenebatur.

IV. Rurſus qui extra atrium ſparſiſſet ſanguinis reliquias, imo reliquias ſanguinis intus ſparſi, impunè haberet. Nam ſi præceptum eſt, ut ſanguinis ſpargerentur reliquiæ, at illæ quidem certè impedimento non erant. Et ſi quis extra atrium vini aut aquæ minus, quàm tres logos libâſſet ſeu ſolemnitate Tabernaculorum, ſeu reliquis anni diebus, impunè eſſet. Modus enim cùm deficeret, non erant ea, quæ intus accepta forent.

Et ſi quis de carne hoſtiæ pro peccato, de carne hoſtiæ pro delicto, de carne ſacrificiorum pacificorum tam privatorum, quàm publicorum; porro de reliquiis fertorum, de panibus illis duobus, de panibus propoſitionis aliquid extra atrium ſacrificâſſet, impunè ferret. Nam hæc omnia idonea erant, quæ comederentur: non erant autem quæ abſumerentur igni.

Si quis beſtiam integram ſacrificâſſet extra atrium, hic de extis pœnam ferret, tametſi eadem ille non exemiſſet: nihil enim obſtabat caro victimæ: itaque perinde erat, ut ſi ſola ſeorſim exta adoleviſſet. Si quis autem fertum ſacrificâſſet, ex quo non eſſet depromptus plenus pugillus, impunè eſſet, quia enim pugillus ille non erat à reliquo ferto ſejunctus atque ſecretus. Si quis autem exemiſſet è ferto pugillum plenum, atque rurſus indidiſſet, dum poſtea fertum totum extra atrium ſacrificâſſet, pœnâ obligaretur. V.

Si quis extra atrium ſacra fudiſſet, confudiſſet, comminuiſſet, ſale conſperſiſſet, agitâſſet, admoviſſet; ſi menſam diſpoſuiſſet, ſi lucernas accendiſſet, ſi plenum pugillum è ferto exemiſſet, ſi victimæ ſanguinem paterâ excepiſſet, impunè eſſet, quia nihil horum erat operatio perfecta. Nam quod eſt in Lege, *Qui obtulerit holocauſtum, ſive victimam,* hujus ea vis eſt, ut quemadmodum obtuliſſe perfecta eſt operatio, item & de quacunque perfecta operatione demum pœna ſit. VI. *Lev. 17. 8.*

Si quis vaccam rufam cremâſſet extra locum huic cremandæ definitum: item ſi quis hircum emiſſarium ſecundùm confeſſionem ſuper illum ritè peractam ſacrificâſſet extra atrium, impunè ferret. Nam quod eſt in Lege, *Et ad oſtium tabernaculi teſtimonij non adduxerit*, id hoc ſignificat, quidquid non ſit idoneum, quod veniat ad oſtium tabernaculi, de eo pœnam eſſe nullam. Quod ſi quis extra atrium ſacrificâſſet victimas temeratas illas quidem, ſed in ipſo temeratas Sanctuario, pœnâ teneretur. Hujuſmodi erant victimæ, quæ in atrio pernoctâſſent, quæque ex eo elatæ fuiſſent, quæque eſſent in atrio contaminatæ, quæque in atrio fuiſſent profanatæ cogitatione operantis: etenim hæ omnes comburendæ erant quemadmodum Tr. de Sacris Temeratis explicabitur. Si quis igitur harum aliquam contra fas extra atrium ſacrificâſſet, pœnam promeruiſſet. Nam quod ſcriptum eſt, *Vt offerat Domino*, ſignificat VII. *Ibid. v. 9.* *Ibidem.*

quidquid offeratur Domino, de eo pœnam eſſe: atqui iſta quidem ſacra fiebant Domino.

VIII. Quacunque de re extra atrium ſacrificatâ pœna erat, ex ea ubi primùm aliquis vel eam magnitudinem, quæ oleæ ſe exæquaret, ſacrificâſſet extra atrium, pœnam illam promeruiſſet. Nec quidquam referebat, utrùm ex re primùm intus ſacrificatâ relinqueretur quod magnitudine par eſſet oleæ, idque foris ſacrificaretur poſtea, an re intus etiam integrâ eximeretur tantùm, quanta ſit olea, foriſque ſacrificaretur. Sin rei ſacrificandæ quamvis parum intus detraheretur, tum poſtea reſiduum illius foris ſacrificaret aliquis, impunè eſſet.

IX. Ut ſi pugillo è ferto exempto, ſi thuri, ſi extis, ſi holocauſto, ſi ferto, quæ omnia fuerunt igni conſumenda; item ſi libaminibus intus minuta quædam particula detraheretur, tum reſiduum hoc eorum foris ſacrificaret aliquis, impunè eſſet. Nam
Lev. 17. 9. quod eſt in Lege, *Eam ut offerat Domino*, indicat de re integra foris oblata pœnam eſſe, de imminuta non item. Si quis rem ſacram è Sanctuario extuliſſet integram, atque illam imminutam foris ſacrificaret, hîc erat dubitandi locus: quare verberibus ille quidem non multaretur.

X. Si quis ſacrificaret extra Sanctuarium membrum victimæ in quo ſcilicet non eſſet tantum carnis, quanta eſt oleæ magnitudo, ſed idem hoc os inſitum oleæ magnitudini æquaret, pœnam ille promeruiſſet, quia enim carne conjungitur os. Quod ſi hanc eandem magnitudinem compleret ſal carni aſperſum, dubia res erat, ideoque verberibus homo non multaretur. Jam holocauſtum & ejus exta conjungebantur inter ſe ad conficiendam magnitudinem eam, quæ æquaret oleam.

XI. Si quis extra Sanctuarium ſacrificâſſet hoſtiæ membrum unum, & item alterum, de unoquoque membro pœnam promeruiſſet: ſi ſanguinem ſparſiſſet, & membra ſacrificâſſet, duplici pœnâ teneretur. Nimirum eſt in ſcriptura diſtinctionis aliquid inter ſacrificantem, & quidcunque aliud facientem,
Ibid. v. 8. quandoquidem in ea dicitur, *Qui obtulerit holocauſtum*, & pau-
& 9. lò poſt additur, *Ad faciendum illud*. Si quis autem foris ſacrificâſſet imminutum victimæ membrum, impunè ferret:
Ibidem. nam quod ſcriptum videmus, *Eam ut offerat*, indicat de re integra demum pœnam eſſe.

Homines duo ſi victimam unà jugulâſſent extra atrium, im- XII.
punè ferrent: duo ſi unà membrum victimæ caperent aliquod, atque extra Sanctuarium ſacrificarent, pœnâ tenerentur. Nam quod ſcriptum videmus, *Vir, vir ...... qui obtulerit holocau-* *Lev.* 17. 8
ſtum, ſignificat, etiamſi viri duo ſimul unà quid ſacrificarent, pœnâ teneri ambos.

Si quis aſperſionum aliquas extra atrium faceret, pœnâ te- XIII.
nebatur. Si quis ſanguinem hoſtiæ pro peccato excepiſſet paterá unâ, ex eaque primùm aſperſiones feciſſet extra atrium, tum etiam aſperſiones feciſſet alias intus, de aſperſionibus foris factis pœnam promeruiſſet. Sanguis enim ille omnis erat idoneus, qui libaretur intus. Idem ſi primò ſanguinem è patera ſparſiſſet intus, & poſtea ſparſiſſet etiam foris, impunè eſſet. erant iſtæ videlicet ſanguinis reliquiæ. Si quis autem victimæ ſanguinem pateris excepiſſet duabus, idemque vel ex ambis ſparſiſſet foris, vel ex earum altera primùm ſparſiſſet foris, & intus ex altera deinde, aut contrà primùm intus ſparſiſſet ex earum una, & deinde foris ex altera pœnam ille promeruiſſet ſcilicet.

Si quis de pugillo, thureque ferti alterum primò libâſſet foris, XIV.
contráque primò libâſſet intus, & deinde foris alterum, pœnâ teneretur. Item & ſi quis ex illis, quæ adhibebantur ad panes propoſitionis, duabus acerris thuris, unam primùm foris, contráque unam primò intus, & deinde alteram libâſſet foris, pœnam promeruiſſet.

Si quis his temporibus hoſtias jugularet atque ſacrificaret ex- XV.
tra atrium, pœnâ teneretur, quippe cùm ſint idoneæ, quæ ſacrificentur intus. Nimirum ſi templum nullum eſt, tamen ſacrificare licet, quia enim prima loci dedicatio valuit in præſens & in poſterum.

Ethnicorum hoſtias ſi quis noſtrorum extra atrium jugulâſſet, XVI.
pœnam promeruiſſet: item & ſi quis extra atrium ſacrificâſſet. Ethnicos enim ipſos quocunque loco Domino holocauſta ſacrificare fas erat, ſi modo ea in ara abs ſe extructa ſacrificarent: verùm noſtris interdictum erat, ne iſtis operam darent, neu eorum mandata conficerent, quia enim nobis interdicitur ne extra Sanctuarium ſacrificemus. Rurſus noſtris licebat, ut iſtos inſtituerent & erudirent ad ritum ſacrificandi Deo Opt. Max.

Finis quinti Tractatûs.

TRACTATUS VI.

DE SACRIFICIIS JUGIBUS, ET EXTRAORDINARIIS.

CAPUT PRIMUM.

Art. I. Holocauſta jugia quotidie fuiſſe mactāda duo. *Num.* 28. 3.

PRÆCEPTUM eſt jubens, ut * quotidie duo ſacrificentur agni in holocauſta, quæ Jugia dicuntur, manè unus, & alter veſperi. Scriptum eſt enim, *Duos quotidie in holocauſtum ſempiternum*, &c.

II. Quâ horâ mactaretur eorum primum?

Horum mactandorum fuit tempus iſtud. Matutinum mactabatur ſole necdum exorto quidem, ſed jam colluſtrante totam orientis oram. Sedenim in templo ſecundo evenit aliquando, ut Eccleſiam tempus urgeret, & fecere ſacrificium juge matutinum ad horam * diei quartam.

III. Quâ horâ mactaretur

* Veſpertinum verò mactari licebat, ubi primùm umbra porrigebatur ita, ut eam porrigi cunctis appareret: id fere fit horâ

Art I. QVotidie duo, &c. Philo Judæus lib. de Victimis. „ Agni duo, inquit, juſſu Legis mactan- „ tur quotidie manè ac ſub veſperam, „ uterque cum gratiarum actione, alter „ pro diurnis, alter pro nocturnis bene- „ ficiis, quæ indeſinenter Deus largitur „ humano generi.

II. *Diei quartam.* Quæ ad noſtram hodiernam temporis deſcribendi rationem decima diei hora eſt.

III. *Veſpertinum verò.* Si textum interpreteris ad verbum, ita ſonat, *Iuge ſacrificium quod fiebat inter duas veſperas*, תמיד של בין הערבים. Nempe conſtituerant Hebræi veſperas duas: earum una dicebatur, *Veſpera major*, מנחה גדולה. Hæc incipiebat horâ ſextá cum dimidia, quæ ad noſtram deſcribendi temporis rationem eſt duodecima cum dimidia, cùm primùm ſol inclinatur in occaſum: altera vocabatur, *Veſpera minor*, מנחה קטנה. Ea horâ noná cum dimidia incipiebat, quæ ad noſtram temporis deſcriptionem eſt tertia cum dimidia. Atque hæc diſputantur in Talmude tract. de Gratiarū Actionibus, ברכות cap. 4. & rurſus tract. de Paſchate פסחים cap. 5. Itemque apud

diei ſextâ & dimidiâ, & deinceps ad extremum uſque diem. eorum alterum?
Verùm hoc quotidie horâ octavâ & dimidiâ demum jugulabatur, & ſacrificabatur demum horâ nonâ & dimidiâ. Quid igitur cauſæ erat, quod à primo jugulandi tempore duas horas proferebatur? Sacrificia vel privata vel publica: nempe interdictũ erat, neve ſacrificaretur quidquam ante ſacrificium juge matutinum, neve poſt ſacrificium juge veſpertinum ulla victima jugularetur præter Agnum Paſchalem, quia fieri non poterat, ut omnino Iſraëlitæ omnes Paſchata ſua duabus horis immolarent.

IV. Agnũ Paſchalẽ poſt juge ſacrificium eſſe mactatum.

Enimvero Agnus Paſchalis non jugulabatur niſi poſt ſacrificium juge veſpertinum: itemque piaculi indigentes die * quarto decimo poſt ſacrificium juge veſpertinum ſuum denique faciebant ſacrum piaculare, quo mundi forent ad comedenda Paſchata ſua veſperi.

V.

Vigiliâ Paſchæ, ſeu in diem profeſtum, ſeu in ſabbatum incidente, ſacrificium juge horâ ſeptimâ & dimidiâ jugulabatur, & ſacrificabatur horâ octavâ & dimidiâ, ut Agnorum Paſchalium mactandorum ſpatium ſupereſſet. Quæ ſi vigilia Paſchæ in vigiliam ſabbati incideret, juge ſacrificium jugulabatur ſtatim ut appetierat tempus ejus, horâ videlicet ſextâ & dimidiâ, & ſeptimâ cum dimidiâ ſacrificabatur: id adeo, ut eſſet ſpatium aſſandi ante, quàm ſabbatum iniret. Cùm verò poſt ſacrificium juge nihil quidquam jugulabant, adolebant tamen quidquid erat idoneum, quod die tota adoleretur: immo verò adolebantur holocauſtorum membra extaque ad mediam uſque noctem ſic, ut Tractatu de Ratione Sacrificiorum Faciendorum diſſeruimus Porro autem ſi quæ membra & exta ne tum quidem eſſent igni abſumpta, ſeu illa ſacrificij jugis, ſeu reliquorum forent ſacrificiorum, illa porro nocte tota ſuper igni convertebantur uſque ad diluculum: Videmus enim in Lege ſcriptum, *Tota nocte uſque manè.* *Lev. 6. 9.*

VI.

Sacrificij jugis membra inquinamentum elevabant, non elevabant ſabbatum: ſed enim vigiliâ ſabbati demum adolebantur membra ſacrificij jugis de vigilia ſabbati: hæc enim erat ratio ſacrificij jugis, principium ejus ſabbato derogabat, non item finis. Jam adipes de ſabbato ſacrificabantur nocte ſolemnitatis

Scriptorem noſtrum tract. de Precibus, הלכות תפלה, cap 3. art. 4.

* IV. *Quarto decimo.* Menſis Niſan.

ejus, quæ exeunte ſabbato iniret. Rurſus eædem non ſacrificabantur nocte ſolemnitatis Expiationum. Scriptum eſt enim, *Holocauſtum ſabbati in ſabbato ſuo*, non autem holocauſtum ſabbati unius in altero ſabbato, neque porro holocauſtum diei profeſti in die feſto.

Num. 28. 10.

VII. Quartus decimus dies Niſan cùm incideret in ſabbatum, Agnorum Paſchalium adipes adoleri nocte ſolemnitatis inſequentis licebat: nam iſtæ quidem erant inſtar adipum de ſabbato.

VIII. Non habebant unquam pauciores quàm ſex agnos, eoſque diligenter inſpectos, & perluſtratos in conclavi agnorum, quod intra Sanctuarium erat: hi enim quadriduum ante immolationem præſto adeſſent oportebat: Et cùm ſingulos principiò ritè perluſtrâſſent, tamen ſacrificium juge nunquam faciebant, quin hoſtiam ante immolationem denuo perluſtrarent facibus. Porro tunc eidem aquam in aureo poculo potandam dabant, quo facilius corio exueretur.

In Sãctuario præſto fuiſſe ſemper agnos ad minimũ ſex.

IX. Ut ſacrificium juge matutinum, item & veſpertinum fiebat: Et erat utriuſque faciendi ratio eadem atque holocauſti, quam nos Tractatu de Ratione Sacrificiorum Faciendorum deſcripſimus. Jam agnum non ligabant, ne rationem heterodoxorum imitarentur: ſedenim hujus pedes tum anteriores, tum poſteriores manu conſtringebant. Jam conſtringendo hoſtia diſponebatur ita, ut eſſet ejus caput converſum ad meridiem, & facies ad occidentem.

Qua ratione juge ſacrificium fieret?

X. Sacrificium juge matutinum jugulabatur in lanienæ angulo inter occidentem & ſeptentrionem intermedio ad ſecundum annulum: veſpertinum autem in ejuſdem lanienæ angulo inter ſeptentrionem & orientem medio item ad ſecundum annulum: id adeo, ut jugulatio contra ſolem fieret: nam ea è regione ſolis eſſe jugulanda utique traditum eſt.

Sacrificia jugia quo loco templi mactarentur?

XI. Si quando per errorem, per imprudentiam, imo & per contumaciam ſacrificium juge matutinum facere omiſiſſent, nihiloſecius veſpertinum faciebant: ſic enim res erat, ſi tamen altare jam ſacris initiatum foret: quod ſi novum eſſet, nec in eo quidquam eſſet adhuc ſacrificatum, neutiquam in eo veſperi primùm ſacrificarent, quia enim altare holocauſti ſacrificio jugi matutino demum initiabatur.

Altare novum ſacrificio jugi matutino initiãdum.

CAPUT II.

CAPUT SECUNDUM.

PRÆCEPTUM eſt jubens, ut perpetuus in altari ignis ardeat: ſcriptum eſt enim, *Ignis perpetuò ardebit in altari.* Et quanquam ignis divinus demittebatur de cœlo, tamen humanum etiam ignem adhiberi juſſum erat: eſt enim in Lege, *Et ſubjicient in altari ignem.*

ART. I. Perpetuum in altari ignem arſiſſe. Lev. 6. 13. Ibid. 1. 7.

II. Manè diſponebantur ligna, atque in altari ſummo extruebatur rogus ingens: nimirum hoc illud eſt, quod in Lege dicitur, *Quem nutriet ſacerdos ſubjiciens ligna manè per ſingulos dies.* Porro autem ſancitum erat, ut unà cum ſacrificio jugi matutino duo etiam ligni ſegmenta afferrentur inſuper ad rogum adhibenda: hoc enim ſibi vult Legis illud, *Quem nutriet ſacerdos ſubjiciens ligna manè.* Item & cum ſacrificio jugi veſpertino addebantur etiam ſegmenta duo ad rogum; namque hoc ſignificat Legis illud, *Et diſponent ligna ſuper ignem:* nempe hîc de ſacrificio jugi loqui ſcripturam auditione acceperunt. ¶

Ibid. 6. 12. Singulis diebus manè rogum in altari fuiſſe extructum. Ibid. 1. 7.

III. Jam cum ſacrificio jugi veſpertino duo ligni ſegmenta ferebant ſacerdotes duo: horum videlicet uterque unum manu tenebat ligni ſegmentum. Videmus enim in Lege ſcriptum, *Et diſponent*, quo loco duo quidem certè ſignificantur. Eadem illa cum ſacrificio jugi matutino ferebat ſacerdos unus.

Ibidem.

IV. Singulis diebus tres in ſummo altari rogos extruebant: unum ingentem, quo ſacrificium juge & reliqua porro ſacrificia adolerentur: alterum ad latus ſuperioris: ex iſto ignem dabatur in thuribulum ad ſuffimentum quotidie incendendum: tertius omnino ad uſum erat nullum, ſed ad obſervandum præceptum hoc de igni, *Ignis perpetuò ardebit in altari.*

Quotidie 3. in altari rogos extructos eſſe. Ibid. v. 13.

V. Jam hoc auditione acceperunt quod ſcriptum videmus, *Cremabitur in altari*, ingentem illum ſignificare rogum: quod autem additur, *Ignis in eodem altari erit*, ſignificare rogum illum alterum ſuffimenti: & quod porro ſubjicitur, *Ignis autem in*

Ibid. 6. 9. Ibidem. Ibid. v. 12.

¶ Philo Judæus lib. de Victimas Offerentibus. „ De altari, inquit, exteriori „ mandatum extat, *Ignis in altari ardebit perpetuus.* Meritò, ut equidem „ arbitror. Nam quia perennes Dei gratiæ nec deficiunt, nec intermittuntur, „ ſed interdiu noctuque fruendas ſe præbent nobis hominibus, gratiarum actionem hæc ſacra flamma figurat ſemper inſtaurandã, ne quãdo extinguatur.

altari ſemper ardebit, tertium eſſe rogum igni conſervando. Jam ſi quæ ſacrificij jugis membra, itemque ſi adipes non eſſent ad veſperam igni abſumpta, porro ad latus rogi majoris apponebantur.

VI. *Lev. 6. 13.* Ignem altaris extinguendum non eſſe.

Si quis ignem altaris extinxiſſet, verberaretur: ſcriptum eſt enim, *Non extinguetur.* Immo & ſi quis vel unum carbonem & eundem etiam ante de altari ſublatum extinxiſſet, verberaretur tamen. Verùm ignem thuribuli, item & ignem candelabri, ignem videlicet in altari factum ad accendendum candelabrum cùm in ſummo altari quis extinxiſſet, impunè tuliſſet: nimirum hos ego ignes, ſiquidem in aliud erant pietatis opus facti, neutiquam ignem altaris dixerim.

VII. Qua parte altaris extrueretur rogus major?

Ingens ille rogus extruebatur in altari ad orientem: etenim eum oportebat ad orientem appareret extrui cœpiſſe. Inter lignorum ſegmenta aliquid vacui intererat. Jam ſegmentorum extrema interiora attingebant cinerem in medio altari cumulatum, quod *Pomum* vulgò nominatur.

VIII. Qua in altaris parte extrueretur rogus ſuffimenti?

Extructo rogo majori porro legebantur pulcherrima quæque ligna ficulnea, atque extruebatur rogus alter ſuffimenti: Is contra altaris cornu occidenti & meridiei intermedium extruebatur, idemque removebatur à cornu ſeptentrionem verſus cubitos quatuor. In hoc * ſata carbonum circiter quinque, ſabbato autem ſata circiter octo conficiebantur, quia ſingulis in eo ſabbatis duæ thuris acerræ incendebantur

IX. Qua parte rogus tertius? *Ibid. v. 9.* Hîc Vulgata non verbum de verbo expreſſum extulit, ſed ſenſum magis ſecuta leviter diſcrepat.

Tertium autem ad conſervationem ignis rogum in quavis altaris parte extrui fas erat: hîc accendebatur ignis: Jam ignem deorſum accenſum in altare ferre non licebat: in ipſomet altari oportebat accendi. Videmus enim in Lege ſcriptum, *Et ignis altaris ſuccendetur in eo*, ex quo colligitur ignem hunc niſi in ſummo altari accendendum eſſe nuſquam.

X. *Ibid. v. 10* Sacerdotis eſſe quotidie ex alta-

Præceptum eſt jubens, ut ex altari quotidie cinis auferatur: ait enim Lex, *Tolletque cineres*: ea res erat ex operationibus ſacerdotalibus una: Jam auferendo cinere ſacerdos deteriore veſte veſtitus erat, quàm ceteris muneribus obeundis: videmus enim in Lege ſcriptum, *Spoliabitur prioribus veſtimentis, indu-*

VIII. *Sata.* Satum eſt Hebraïca menſura aridorum, de qua Joſephus lib. 9. Antiq. Judaïc. cap. 2. capit tertiam partem medimni Attici, congios Atticos quatuor, & ſextarios Atticos viginti quatuor, libras Romanas triginta ſex, quia enim ſextarius Atticus ſeſquilibram Romanam efficiebat.

tuſque aliis, *Tolletque cineres*. Nec verò hoc eo dicitur, quò ri cineres
veſtis illa altera profana foret, ſed quo prioribus eſſet deterior. tollere.
Abhorret enim à conſuetudine cum iiſdem veſtibus coquinari, *Lev. 6. 11.*
& domino ſuo poculum miſcere. *Ibid. v. 10.*

Auferebatur cinis quotidie naſcente aurorâ : diebus autem XI.
feſtis ineunte ſecunda parte noctis tripartitæ : ſolemnitate verò
Expiationum nocte media.

Hæc igitur erat agendi ratio. Cui cineris ſublatio ſorte obve- XII.
nerat, is in aquam ſe ſe mergebat, atque induebat veſtes ad Quibus ceremoniis
auferendos cineres apparatas : porro lavabat etiam manus & tollerentur
pedes : Erat qui huic ita diceret, Cave ne vas ſanctum attingas ab altari
ante, quàm manus & pedes tuos laveris : poſtea capiebat thu- cineres?
ribulum, quod ex argento erat : id in angulo ſepoſitum erat inter collem & altare ad occidentem collis : capiebat igitur thuribulum, atque in culmen altaris aſcendebat. Hîc carbones huc & illuc dimovebat, & ex iiſdem capiebat qui in medio igni erant quàm maximè exuſti, atque in terram deſcendebat, oreque ad ſeptentrionem verſo ad orientem collis ambulabat in terræ ſolo cubitos circiter decem verſus ſeptentrionem : tum quos ceperat carbones coacervabat in pavimento ad tertium circiter à colle palmum. Hoc eodem loco reponebantur ingluvies avis, cinis altaris interioris, item & cinis candelabri : Jam carbones thuribulo ſic eximere, & eoſdem deorſum in pavimentum propter altare deferre, hoc videlicet illud eſt, quod in ſingulos dies præcipitur.

Poſtquam exemptor hic deſcenderat, fratres ejus ſacerdotes XIII.
currebant, manus & pedes feſtinanter lavabant, ſcopas & fuſcinas ſumebant, & culmen altaris conſcendebant : tum quæcunque holocauſtorum membra, & reliquorum ſacrificiorum exta non erant per noctem totam abſumpta, removebant in latera altaris. Quæ ſi latera non caperent, diſponebantur in colle contra altaris gyrum. Poſt deinde ſcopis cinerem ex omnibus altaris partibus converrebant, atque * in *pomum* illud, quod dicebatur, coacervabant. De hoc cumulo pars cineris data in lebetem (is erat vas magnum, quod * ſemicorum conti-

XIII. *in pomum*. De hoc dictum paulò ſupra ad art. 7.

Semicorum. Iſta menſura Hebraïcè לתך nominatur : aridorum erat, & capiebat cori dimidium, medimnos Atticos quinque, ſextarios Atticos 360. & libras Romanas 540.

nebat) deorſum ferebatur. Diebus autem feſtis nihil deferebatur cineris; ſed in medio altari cumulus relinquebatur quàm altiſſimus, quippe qui eſſet altari decorus.

XIV. De cinere ex altari delato quicunque ſacerdotum vellet vas aliquod explebat, atque deportabat extra urbem, quem in locum cineres effundebantur; omninoque cineres deportare non ſortis, ſed voluntatis erat, neque tamen ſacerdotum ullus ad exportandum cinerem ſegnior fuit unquam.

XV. Cùm verò cinerem exportare nihil ſacrum eſſet, tamen eum non exportabant, qui affecti vitio corporis fuerant. Jam cinis extra urbem delatus ſeponebatur in loco, ubi non erat ventorum magna vis, neque ſuum volutatio: nec ibi quidem ſpargendus erat. Nam quod eſt in Lege, *Et ponet eum*, id ſignificat placidè & leniter eſſe reponendum: Jam nullum omnino ex eo fructum percipere licebat.

Lev. 6. 10.

CAPUT TERTIUM.

ART. I. Incendendum fuiſſe ſuffimentũ quotidie. *Exo. 30. 7.*

PRÆCEPTUM eſt jubens, ut in aureo altari intra templum ſito * ſuffimentum ſingulis diebus bis incendatur, manè, veſperique. Videmus enim in Lege ſcriptum, *Et adolebit incenſum ſuper eo Aaron*, &c. Idem hoc incendebatur ad veſperam, ſi manè non eſſet incenſum, ut etiam contumaciter

ART. I. *Suffimentum ſingulis*, &c. Nec quidquam aliud altari in iſto ſacrificabatur, uti dictum eſt Tractatu 2. cap. 2. artic. 11. Atque hac de re ita Philo Judæus lib. de Victimas Offerentibus ad initium. „ Teſtatur etiam, „ inquit, Lex jubendo poni duo altaria, „ materia, loco, uſuque differentia. „ Alterum enim ex ſaxis collectitiis impolitis extruitur in atrio juxta templi „ veſtibulum ad immolandas victimas. „ Alterum verò aureũ ſitum eſt poſt primum velum in penetralibus, nemini „ conſpicuum niſi ſacerdotibus functionis ſuæ tẽpore caſtitatem ſervantibus, „ quod factum eſt adolendis odoribus. „ Unde liquet micam thuris oblatam ab „ homine pio eſſe Deo gratiorem multis „ hoſtiis, ſi offerenti non adſit probitas. Melius etiam hac de re Scriptor noſter diſſerit lib. illo, qui DOCTOR PERPLEXORUM inſcribitur cap. 45. partis tertiæ, & rei cauſam affert eò probabiliorem, quod ex ipſa ſacrificiorũ ratione petitur. „ Quia, inquit, quotidie magnum numerum beſtiarum mactabant, carnes „ ibi in fruſta ſcindebant, inteſtina & „ crura lavabant & comburebant, odor „ ejus ſi in hoc ſtatu illud reliquiſſent „ ſine dubio inſtar macelli alicujus fuiſſet, ideo præcepit Deus, ut bis quotidie ſuffitus in eo fiat, manè & veſperi „ ad gratum reddendum odorem ejus, & „ odorem veſtimentorum miniſtrorum „ ejus. Hinc eſt illud quod Rabbini noſtri dicunt, A Jericho odorabantur odorem ſuffitûs. Et hoc itaque ex illis „ eſt, quæ reverentiam ac venerationem „ huic loco acquirebant. Nam ſi non „ habuiſſet bonum odorem, ſed contrarium ejus, hoc eſt, malum, tum effeciſſet hoc quoque in animis homi-

non eſſet incenſum. Nec verò aureum altare initiabatur niſi ſuffimento veſpertino.

II. Quantum incenderetur quotidie ſuffimenti?

Quantum igitur ſuffimenti ſingulis diebus incendebatur? * Centum denariorum pondus: denariorum videlicet quinquaginta pondus manè, & tantundem veſperi. Altare hoc cùm fuiſſet everſum, nihilominus in ejus loco ſuffimentum incendere licebat: quæcunque partes ſuffimenti altari erupiſſent, non reſtituerentur, non ſi quadrantes integri.

III. Cunctos à tẽplo fuiſſe amovendos tum, cùm incenderetur ſuffimentum.

Cùm incendebatur ſuffimentum in templo, ab eo amovebatur populus omnis: Et neminem inter veſtibulum & altare verſari fas erat, donec is qui ſuffimentum adolebat templo egreſſus eſſet. Cúmque ſacerdos in templum inferret ſanguinem hoſtiæ pro peccato illius, quem reſpergi intus oportebat, omnino omnes cedebant loco inter veſtibulum & altare intermedio uſque dum egrediebatur: Eſt enim in Lege, *Nullus hominum ſit in tabernaculo, quando Pontifex Sanctuarium ingredietur*, &c. Quod quidem generaliter conſtitutum erat, ut inter cunctas expiationes faciendas in Sanctuario, nemo ibi verſaretur homo. ¶ Lev. 16. 17

IV. Quæ teneretur ratio in adolendo ſuffimento?

Hæc igitur erat ſuffimenti ſingulis diebus adolendi ratio. Cujus erat officium cinerem de interiori altari tollere, is in templum ingrediebatur cum genere quodam vaſis ſancti, cui טני nomen erat: erat id ex auro, & capiebat * cabos duos & ſemiſſem. Deponebat טני in terram ante conſpectum, & quidquid in altari medio inerat cineris, & carbonis, ſuis ipſe manibus apprehendebat, atque in טני dabat: ad extremum reliquias verrendo indebat, vas illud in templo relinquebat, exibat: Cui ſorte ſuffimentum adolendum obtigerat, is ſuffimento vas certum implebat, cumulabat: erat aptum ei vaſi operculum, nomen ei acerra: Jam hanc ille acerram imponebat vas in aliud: lanx iſti nomen erat: lancem iſtam panniculò opertam manu prehendebat atque ingrediebatur: ingrediebatur cum eo & alius, qui thuribulum ignis manu tenebat.

„ num contrarium reverentiæ, hoc eſt, „ contemptum. Sicut enim anima mirificè bono odore delectatur, cumque ſequitur, ita è contra malum odorem „ deteſtatur, atque fugit. Hactenus noſter, quem ita Latinè loquentem fecit Joannes Buxtorfius F.

II. *Centum denariorum.* Vide quæ ſunt dicta de denariis in nota appoſita ad art. 17. cap. 1. Tract. 2.

¶ Simile quid refertur 6. Æneï. v. 258.
Procul eſte prophani, &c.

IV. *Cabos duos & ſemiſſem.* Qui efficiunt ſextarios Atticos duodecim.

V. Jam hæc erat ignis accipiendi ratio. Cui ſors obtulerat thuribulum, thuribulum ex argento ſumebat, & conſcendebat altaris culmen, ubi carbones huc illuc dimovebat, atque è rogo ſecundo carbones adeo exuſtos capiebat. Deſcendebat inde & infundebat carbones illos in thuribulum aureum. Jam carbonibus ex iſtis ſi diſperſum eſſet circiter cabum, aut eo minus, in foſſam deducebatur ſcopis, ſabbato lebete operiebatur: ſin eo plus diſperſum eſſet, recipiebatur utique.

VI. Lebetis erat triplex uſus: ſabbato carbones eo operiebantur, item * & reptile: tum eodem cinis ex altari deferebatur.

VII. Ante hos ibat qui interiori ex altari cinerem ſuſtulerat: Is טני, in quo cinis altaris interioris inerat, capiebat, adorabat, exibat. Qui thuribulum manu tenebat, is carbones ſuper interius altare congerebat, tum ora thuribuli expandebat, idemque numen adorabat, & exibat. Qui ferebat lancem, acerram tollebat de lance, quam deinde ſuorum aut familiarium, aut propinquorum alicui dabat: tum inſpiciebat ecquid eſſet ſuffimenti diſperſum in lance. Eidem inde quod fortè diſperſum erat, ſimul & illud, quod inerat acerra ſuffimenti, familiaris ille propinquuſve in pugnum dabat, protinuſque numen adorabat, atque excedebat.

VIII. Hunc igitur, cujus erat officium ſuffimentum incendere, ita monebant, Cave ne primùm incendas ſuffimenti id, quod eſt ante conſpectum tuum, ne uſu veniat, ut uraris: tum ille ſuffimentum incipiebat ſuper ignem projicere leniter pro more & modo cribrantis ſimilam uſque adeo, donec ſuffimento omnis erat conſtratus ignis.

IX. Jam cujus erat adolere ſuffimentum nunquam adolebat quin præfectus ei priùs dixiſſet, Adole. Qui ſi ſacerdos magnus eſſet, illi præfectus ita dicebat, Domine ſumme ſacerdos adole. Poſtquam præfectus ita dixerat, omnis populus recedebat, & ſuffitor ſuffimentum adolebat, numen adorabat, atque excedebat.

X.

Exo. 27. 21 Bis in die candelabrũ templi pur-

Ut manè veſperique tollerentur de candelabro cineres * lucernæque accenderentur aptè, jubendo ſancitum eſt. Videmus enim in Lege ſcriptum, *Collocabunt eam Aaron & filij ejus:*

VI. *Reptile.* Si quod in templum irrepſiſſet, quoniã contactu ſuo res inquinabat.

X. *Lucernæque accenderentur.* In textu eſt, הטבת הנרות, quæ vox הטבה deducitur à verbo היטיב, quod eſt à themate טוב, vel à themate יטב, utrumque enim in conjugatione quinta

Jam accendere lucernas res eſt, quæ * ſabbato derogat, atque inquinamento itidem, ut ſacrificia illa quibus eſt præfinitum tempus. Eſt enim in Lege, *Vt ardeat lucerna ſemper.* gandum ſordibus, & lucernas ejus accendendas. *Exo.27.20.*

Erat in unamquamque lucernam infundendus dimidius logus olei. Nam quod eſt in Lege, *A veſpera uſque*, id hoc ſignificat, dandam eſſe lucernæ menſuram olei eam, quæ ſuppeditat ad ardendum à veſpero ad diluculum. Jam candelabrum initiabatur nunquam niſi accendendis ſeptem ejus lucernis ad veſperum. XI. *Ibid. v. 21.* Quantum olei candelabro impẽderetur

Quid eſt igitur tollere de candelabro cinerem? Nempe ſi qua fuerat extincta lucerna ex ea tollebatur ellychnium, & quidquid in ea ſupererat olei, tum in eandem probè exterſam aliud ellychnium indebatur, item & aliud oleum, idque menſurâ quæ erat dimidius logus. Quod ſublatum fuerat abjiciebatur in locum cinerum juxta altare ad cinerem altaris interioris exteriorisque: tum quæ lucerna extincta fuerat accendebatur: Jam accendere lucernas hoc videlicet illud eſt, quod dicitur lucernas efficere bonas. Et quæ non inveniebatur extincta lucerna, eam tantummodò reparabant. XII.

Quæ lucerna reſpiciebat occidentem, eam extinctam poſt ſublatos ipſius cineres non accendebant niſi de altari exteriori: reliquæ verò lucernæ extinctæ accendebantur alia de alia. XIII.

Jam hæc erat accendendi ratio. Extrahebatur ellychnium donec accendebatur: nam lucernæ candelabro affixæ fuerant, & aliâ lucernâ accendere non licebat, quippe quod deſpicatui ducebatur. XIV.

Quæcunque ellychnia accendere in ſabbatum non licet, nec licebat apud Sanctuarium accendere in candelabro. Nam quod eſt in Lege, *Vt ardeat lucerna ſemper*, id hoc ſibi vult oportere ut flamma ſponte ſuâ aſcendat. XV. *Ibidem.*

Qui lucernas accendebat, non omnes unà accendebat; ſed poſt accenſas quinque intermiſſionem faciebat: tum alia fiebat XVI.

habet הֵיטִיב. Jam verbum illud in cõjugatione prima propriè eſt *bonum eſſe*, in quinta *bonum efficere*, ſeu *melius efficere*: porro autem cùm in textu ſacro Exod. 30. v. 7. tum à cunctis Scriptoribus Hebræis uſurpatur ad ſignificandum *Candelabri lucernas à ſordibus purgatas ac bene compoſitas accendere.* Atque hoc breviter etiam explanatur à Scriptore noſtro art. 12. hujus ipſius capitis.

Sabbato derogat. Vide noſtram hac de re notam, quam appoſuimus ad art. 9. cap. 4. Tract. 3.

operatio, atque idem ille rurſus ingreſſus accendebat reliquas duas lucernas, id adeo, ut congregaret omne atrium.

XVII. Quænam eſſet accendēdi ratio? Diximus ante lucernas omnes extinctas accendi aliam de alia. Jam hic erat accendendi ordo. Cui obtigerat, ut cinerem de candelabro tolleret, introibat, manuque tenebat certum vas, quod Urceum nominabant. Id erat ex auro, & poculum magnum ſimilitudine imitabatur: in hoc indebat nomine cineris ellychnia extincta, & quidquid in lucernis reliquum erat olei, & quinque lucernas accendebat: tum urceum in medio è tribus, qui ante candelabrum erant, gradibus relinquebat, & exibat. Rurſus introibat, accendebatque reliquas duas lucernas, urceum manu prehendebat, numen adorabat, excedebat.

XVIII. Singulis diebus ab pontifice fuiſſe oblata cruſtula. Præceptum eſt jubens, ut diebus ſingulis ſummi ſacerdotis offerantur cruſtula. Dimidium manè cum ſacrificio jugi matutino, & dimidium veſperi cum ſacrificio jugi veſpertino. Etenim his pinſendis & coquendis ſabbatum juxta atque inquinamentum poſthabebatur itidem, ut cunctis illis ſacrificiis, quibus erat præfinitum tempus. Nam quod in Lege videmus, *Coctiones*, hujus ea vis eſt, ut quid pulchrum ſit, non autem ab heſterno die coctum: præterea autem ſi heſterno die coctum fuiſſet pernoctando ſanè temeraretur, ſiquidem craticula è vaſis ſacris erat, ut alio loco diximus.

Lev. 6.14.

XIX. Horum ſimila extra atrium molenda erat ſuccernendaque: & utrumque hoc opus ſabbato nihil derogabat.

XX. Sacerdos ſi dimidium manè ſacrificâſſet, tum mortuus eſſet, aut inquinatus, aut vitio affectus, atque alius in locum ejus eſſet ſubſtitutus, hic nec dimidiam decimam domo ſua ferret, nec ferret dimidiam decimam à ſuperiore; ſed integram ipſe ferret decimam, quam eandem divideret, & ſacrificaret dimidiam unam, & dimidia altera periret.

XXI. Itaque dimidiæ duæ ſacrificarentur, & perirent totidem. Jam dimidiæ illæ duæ, quæ peribant, relinquebantur interea dum ſpecies earum immutabatur, tum deinde cremabantur. Item fiebat ſi dimidia decima veſpertina fortè perderetur, pollueretúrque.

XXII. Sed ubi tandem loci cremabantur? In atrio.

XXIII. Quod ſi ſacerdos magnus manè mortuus eſſet poſt ſacrificatam dimidiam decimam, neque in locum ejus eſſet ſuffectus

ſacerdos

ſacerdos alius, pro piaculo illius hæredes ferrent decimam integram, ex qua cruſtula conficerent. Omnino hæc ſacrificabatur omnis. Summus ſacerdos ſi mortuus eſſet ante ſacrificationem matutinam, neque ſubſtitutus in locum ejus eſſet ſacerdos alius, omnino decima integra manè, & decima integra veſperi ſacrificaretur. Cùm verò conduplicaretur ſimila tamen oleum & thus non duplicaretur: verùm enim ſeponebant in has duas decimas tres logos olei, & pugillum thuris, ſeſquilogum olei & dimidium pugillum thuris in decimam matutinam, & tantundem in decimam veſpertinam.

CAPUT QUARTUM.

OMNINO operationes iſtæ quotidianæ ſortitò diſtribuebantur omnes: ſortitionis erat iſta ratio. Poſtquam aurora ſurrexerat, cunctarum, quæ erant de die operaturæ, familiarum ſacerdotes in conclave lapidis quadrati introibant omnes velati veſtimentis ſacerdotalibus. Ibat cum illis unà & is qui ſortibus præfectus erat: ex ſacerdotibus in orbem conſiſtentibus alicui cidarim præfectus ſortium de capite tollebat, atque reſtituebat: hic enim erat à quo fiebat numerandi initium: porro ducebantur ſortes ita, ut paulò inferiùs explicabitur. ART. I. Sorte diſtributas eſſe quotidianas Sãctuarij operationes.

Tum eorum quidam ad ſacra facienda aggrediebantur: alij tradebantur certis quibuſdam miniſtris, qui quidem poſteriores iſtos veſtibus ſacris exuebant: omnino femoralia iſti retinebant, interea dum veſtes induebant communes, rurſumque & femoralia quoque deponebant, atque miniſtri ſuprà dicti veſtimenta in armariis reponebant. II.

Jam ſortitio hoc modo fiebat: Stabant ſacerdotes in orbem, qui iidem communiter numerum aliquem proponebant, octoginta, centum, mille, aut quemcunque volebant numerum. Inde præfectus illis imperabat, ut digitos porrigerent, & illi porrigebant alius unum, alius duos: ſi quis porrigeret tres, tres illi numerabantur: non porrigebatur autem in Sanctuario pollex propter homines fraudulentos: pollex enim brevior eſt, atque facilis ad diducendum, & ad comprimendum. Si quis igitur pollicem diduceret, hic illi non numerabatur. Jam initium numerandi præfectus ducebat ab illo homine, cui III. Quænam eſſet ratio ſortitionis?

principiò cidarim ſuſtulerat: porro autem digitos omnium dinumerare pergebat, ibatque in orbem tamdiu, donec numerus ille conſtitutus compleretur. Cujus in digito complebatur numerus, is ſorte primus ad operandum aggrediatur.

IV. Quod autem numerus ille communiter conſtitutus percenſebatur in digitis non in hominibus ipſis, hæc cauſa erat, quia Iſraëlitarum numerum recenſere niſi per res alias non licebat. Etenim ſcriptum videmus, *Et recenſuit eos cum agnis.* 1. *Reg.* 15. 4.

V. *Quotidie manè factas eſſe ſortitiones quatuor.* Singulis diebus manè ſortitiones fiebant quatuor. Prima ſors ducebatur de altari purgando, quod præſtabat is, cui purgatio altaris ſorte obvenerat. Idem ille rogum extruebat, & lignorum ſegmenta duo in altare portabat: porro idem plenum ignis thuribulum de altari exteriori deportabat ad altare aureum ad ſuffimentum incendendum.

VI. Sorte verò altera hominibus tredecim ſimul obtingebat aliquid, idque ex ordine quo proſtrabant: nempe edicebat illis præfectus, ut digitos explicarent, atque numerabat ſic, ut ante diximus, tum qui ſorte primus exiret, is ſacrificium juge matutinum jugulabat; ſecundus qui propter illum aſſiſtebat, * excipiebat ſanguinem jugis ſacrificij, idemque ſpargebat: tertius qui ſecundo proximus erat, cinerem tollebat de interiori altari, quod idem altare ſuffimenti erat: quartus qui ad proximè ſuperioris latus erat, de candelabro cinerem tollebat, accendebatque lucernas: quintus in collem ferebat ſacrificij jugis caput, & pedum poſteriorum alterum: ſextus eòdem ferebat pedes anteriores duos: ſeptimus caudam & pedum poſteriorum alterum: octavus pectus & guttur: nonus duo latera: decimus inteſtina: undecimus ſimilam libaminum: duodecimus cruſtula: decimus-tertius vinum libaminum.

VII. Ad ſortitionem tertiam quod attinet, denuntiabat præfectus omni familiæ, quæ erat de die operatura, ut quiſquis eorum ſuffimentum nunquam incendiſſet, ad ſortitionem accederet: conveniebant ad præfectum, & ducebatur ſors, qua qui primus exibat, ejus erat ſuffimentum adolere.

VIII. Quarta denique fiebat ſortitio: coibant omnes atque ſortiebantur, qui de colle membra victimæ ferrent ad altare, atque

VI. *Excipiebat.* In eundem modum canit Poëta 6. Æneïdos.

Supponunt alij cultros, tepidumque cruorem
Suſcipiunt pateris.

munus hoc obibant ij, quibus ſorte obvenerat. De ſacrificio jugi veſpertino nulla ducebatur alia ſors: ſed enim cuicunque ſacerdoti aliqua ex operationibus matutinis ſorte obtigerat, hæc eadem illi obtigerat & in veſperum. Excipitur ſuffimentum, de quo quidem ſors alia ducebatur ad veſperum: Etenim conveniebant ex ea familia illi, quibus nunquam obtigerat, ut ſuffimentum adolerent, atque de hoc adolendo ſortem ducebant; ſin eveniſſet, ut omnes in vita ſuâ jam ſuffimentum incendiſſent, de hoc incendendo omnes manè ſemel & ſimul ſortem tertiam ducebant, & cui obtigerat, ut manè adoleret, idem hic adolebat etiam veſperi.

Sed quâ tandem ratione operabantur ſabbato? Nam eo die præter jugia ſacrificia fiebant etiam extraordinaria, & thuris acerræ duæ incendebantur: nempe ſacerdotes è familia curiæ egredientis ſortiebantur manè, atque ſacrificium juge matutinum faciebant, & iidem agnos duos, qui addebantur, holocauſti nomine ſacrificabant: & quod cuique miniſterium in ſacrificio jugi matutino faciendo obvenerat, idem ille obtinebat in ſacrificandis duobus illis agnis, qui addebantur. Et curia altera, quæ vice ſua templum ingrediebatur, de ſacrificio jugi veſpertino ſortes alias ducebat. Jam utrique panem propoſitionis inter ſe partiebantur. IX.

Nec verò panem illum comedebant uſque dum thuris acerras duas igni concremaſſent: atque thus itidem, ut cetera ſacrificia ſal requirebat. X.

Poſtquàm facta fuerant acceſſionis ſacrificia, demum acerræ duæ incendebantur, atque incendebantur per ſacerdotes duos. XI.

Jam ſingulis ſabbatis per totum annum panes propoſitionis ita dividebant. Sumebat ea, quæ in templum veniebat, curia placentas ſex, & quæ abibat templo curia ſumebat quoque placentas ſex: Illi portionem ſuam inter ſe partiebantur ad aquilonem, quippe qui ſacris adminiſtrandis præſto aderant: hi ſuam inter ſe portionem ad auſtrum partiebantur. Cùm verò eveniret, ut ex * tribus ſolemnitatibus una ſabbato accideret, item & ſabbato, quod inter dies feſtos tabernaculorum medium intererat, omnino curiæ omnes panem propoſitionis æqualiter inter ſe partiebantur. Et cùm eveniret, ut primus XII.

Panes propoſitionis ut inter ſacerdotes dividerentur?

XII. *Tribus ſolemnitatibus.* Paſchate, Pentecoſte, Scenopegiâ.

tabernaculorum dies ſolemnis in primum hebdomadæ diem incideret, item curiæ omnes de vigilia ſolemnitatis, ſabbato ſcilicet, panem propoſitionis inter ſe partiebantur æqualiter: tum enim maturabant ire ad ſacra adminiſtranda. Porro cùm poſtremus tabernaculorum dies ſolemnis in ſabbati vigiliam incideret, etiam omnes curiæ panem propoſitionis æqualiter inter ſe partiebantur eo ſabbato, quo ſolemnitas exiret. Id verò inſtitutum fuerat ideo, ut propter partitionem panis propoſitionis ſacerdotes in templo diutiùs reſtarent, & ſi fortè quis è curia vice ſua ſacra adminiſtrante apud ſe moratus in templum non veniſſet, alius in ejus locum reperiretur.

XIII. Quod ſi accideret, ut inter ſabbatum & ſolemnitatem dies unus medius intereſſet, ut ſi primus tabernaculorum dies ſolemnis incideret in ſecundum hebdomadæ diem, aut ſi poſtremus tabernaculorum dies ſolemnis incideret in quintum hebdomadæ diem, aut ſi dies Pentecoſtes incideret in ſecundum, aut quintum hebdomadæ diem, curia quæ ſtatam vicem per hebdomadam elapſam exercuerat, ſumebat placentas decem, & quæ illi ſuccedebat curia, ſumebat omnino duas. Nam poſteriores iſti omnino diem unum, vigiliam ſabbati, aut primum hebdomadæ diem ſacra ſoli adminiſtrabant: ex quo ſanè pigri fiebant, neque veniebant ex ipſis prætérquàm oppidò pauci.

XIV. Jam ſingulis curiis ſummus ſacerdos ſemper demebat dimidium numerum placentarum, quæ illis obvenerant: nam quod

Lev. 24. 9. eſt in Lege, *Eruntque Aaron, & filiorum ejus*, hujus ea vis eſt, dimidium pertinere ad Aaronem, & dimidium ad filios ejus. Nec verò ſummus ſacerdos dimidium placentæ accipiebat unquam, quia hoc illi decorum non erat.

CAPUT QUINTUM.

ART. I. Menſam templi ſingulis ſabbatis panibus propoſitionis inſtrui. *Ibid. v. 8.*

PRÆCEPTUM eſt jubens, ut ſingulis ſabbatis apud templum in conſpectu Domini menſa panibus propoſitionis inſtruatur: eſt enim in Lege, *Per ſingula ſabbata mutabuntur coram Domino*, &c.

II. Atque id quidem apertè à Lege explicatur efficiendas eſſe placentas duodecim, quarum unaquæque contineat duas ſimilæ decimas. Harum erant ordinationes duæ, quarum in una-

quaque placentæ ſex inerant poſitæ alia ſuper aliam. Inter binas placentas * terni ex auro calami intererant ideo, ut perflaret ventus. Jam ordinatio quæque baculis fulciebatur duobus; & ad cujuſque ordinationis latus apponebatur vas, in quo pugillus thuris inerat, quemadmodum Lege ſancitum eſt, *Et pones ſuper eos thus lucidiſſimum.* Vas hoc illud erat ſcilicet, quod *Acerra* nominatur. Itaque duabus in acerris duo pugilli thuris inerant: Et erant acerris fundi ejuſmodi, quibus in menſa apponerentur. *Lev. 24. 6.*

III. *Sabbato panes propoſitionis inter ſacerdotes dividi.* Harum duarum ordinationum altera alteram impediebat: Et duarum acerrarum altera alteri obſtabat: porro & ordinationes duæ duabus acerris impedimento erant. Non initiabatur menſa niſi panibus propoſitionis ſabbato. Jam ad quodque ſabbatum tollebatur de menſa panis, qui à præterito ſabbato inerat, & apponebatur panis alius. Qui panis erat de menſa ſublatus, eum curiæ duæ diſcedens, advenienſque cum ſacerdote magno partiebantur ac comedebant.

IV. *Modum procedendi ad ordinandos panes propoſitionis.* Hic igitur fuit panis ordinandi modus. Introibant ſacerdotes quatuor, quorum duo ordinationes panum duas manibus geſtabant, duo manibus tenebant duas acerras: ante hos ibant alij quatuor, duo qui tollerent de menſa panum ordinationes duas, & duo qui tollerent duas acerras, quæ in menſa repoſitæ fuerant: Introëuntes reſiſtebant ad ſeptentrionem, & ſpectabant meridiem, & exeuntes conſiſtebant ad meridiem, & reſpiciebant ſeptentrionem: tollebant illi, & reponebant iſti, premebatque manum manus, quia in Lege eſt, *In conſpectu meo ſemper.* *Exo. 25. 30*

V. Tum egrediebantur, & quem efferebant panem reponebant in illa menſa aurea, quæ erat in veſtibulo, adolebantque acerras, poſtea placentas inter ſe partiebantur. Si ſolemnitas Expiationum in ſabbatum incideret, placentæ dividebantur de vigilia ſabbati.

VI. *Qua ratione panes propoſitionis efficerentur?* Jam hæc erat ratio efficiendi panis propoſitionis: efferebantur quatuor & viginti ſata tritici ejus generis, quod idoneum eſſet ad ferta: ea itidem, ut reliqua fertorum tritica, terebant, calcabant, molebant: tum cribris undecim viginti quatuor deci-

II. *Terni ex auro.* Atenim inter placentam quintam & ſextam duo duntaxat intercedebant calami, qua de re diſputatum eſt in art. 15. cap. 2. Tract. 1.

mas ſimilaginis inde ſuccernebant, ex quibus efficiebantur duodecim placentæ, & eæ azymæ. Quanquam ſi nec eſſent ſuccretæ cribris undecim, nec fuiſſent redactæ ex ſatis viginti quatuor, modò fuiſſent è ſimilagine, tamen erant idoneæ: nec enim præfinitæ ſunt iſtæ menſuræ, niſi quia ita fieri laudabilius eſt.

VII. Eas igitur placentas oportebat extra atrium ſubigi, atque in formam ſuam protendi ligno tereti. Rurſus eaſdem veluti reliqua ferta intra atrium coqui oportebat. Jam pinſebatur ſeorſim unaquæque placenta, & coquebantur ſimul placentæ binæ.

VIII. His efficiendis erant ex auro typi tres: in eorum uno imponebatur placenta, id eſt, depſita farina: coquebatur placenta in altero: & cùm eſſet extracta furno ponebatur in typo tertio, ne corrumperetur.

IX. Erat unaquaque placenta figuræ quadratæ: nam inde factum, ut diceretur *Panis facierum*, * quòd ei multæ quaſi facies erant: Jam cujuſque placentæ longitudo palmorum erat decem, quinque palmorum latitudo, * & altitudo digitorum ſeptem: menſæ autem longitudo erat palmorum duodecim, & ſex palmorum latitudo: Jam placentæ longitudo per menſæ latitudinem diſponebatur ita, ut placenta hinc, indeque palmis duo-

Figuram panis propoſitionis fuiſſe quadratam.

IX. *Quòd ei multæ.* Atque hæc eſt communis omnium Talmudiſtarum opinio. Abulenſis enim in cap. 25. Exod. quæſt. 28. verbis ſuis aliam affert cauſam. „ Aliter, inquit, dicitur, & melius, „ quòd iſti erant panes faciei, quia non „ erant iſti panes figurati ſicut panes vul- „ gares: nam panes vulgares aliquo mo- „ do ſunt in parte inferiori plani, quan- „ do ſedent in fornace, & pondus cetera- „ rum partium comprimit, & facit æ- „ qualitatem in fundo, & hoc magis, „ quia cum iſti panes pinſuntur ſic plani „ fiunt in fundo. Etiam panes iſti cùm in „ fornace coquuntur in parte inferiori, „ quæ pavimento clibani appropinquant, „ aduruntur; in ſuperiori autem, quæ ſolo „ calore tangitur, albiores ſunt, & non „ ita exuſti, partibus inferioribus nigre- „ dinem quandam ex aduſtione contra- „ hentibus: panes autem propitiationis, „ ſive facierum, ut dicitur in Hebræo, „ erant ejuſdem figuræ inferius & ſupe- „ rius, quia non coquebantur in clibano, „ ſicut panes vulgares, ſed in quibuſdam „ ferreis ſive aureis vaſis ad ignem, ſicut „ hoſtiæ fiunt in ferris ad ignem, & quia „ illa vaſa in utraque parte eandem ſimi- „ litudinem exprimebant, panes illi ta- „ les erant infra, ſicut ſupra, ac per hoc „ utrobique facies habebant: panes au- „ tem noſtri ſolam unam faciem habent, „ ſcilicet partem ſuperiorem; inferior „ autem facies non appellatur. Etiam „ quia illi panes ſic cocti non adureban- „ tur magis ex una parte, quàm ex alia, „ ideo eundem colorem utrobique expri- „ mebant, ideo facies duas habebant: „ panes autem noſtri non habent eundem „ colorem ſupra & infra. Jam panes efficere quadratos nuſquam & nunquam ab uſu communi alienum erat: Juvenalis enim illud,

alienâ vivere quadrâ.

multi ſic interpretantur, ut velint panem eſſe quadratum.

Et altitudo. Refragatur huic opinioni de altitudine auctor commentariorū, qui כסף משנה inſcribuntur.

bus excederet: replicabatur igitur id quod hinc & inde excedebat, & vacuum inter extrema duo intermedium relinquebatur, & ſic deinceps reliquæ placentæ ponebantur alia ſuper aliam uſque dum omnino placentæ fuiſſent ordinatæ ſex: tum ex altera parte aliæ placentæ ſex item ordinabantur.

Coctio panis propoſitionis nihil derogabat neque ſabbato, neque diei feſto: atenim coquebatur de vigilia ſabbati, & ordinabatur poſtridie. Quod ſi duo dies ſolemnes Principij anni inciderent in quintum hebdomadæ diem, & in vigiliam ſabbati, panes propoſitionis coquebantur inde à quarta hebdomadæ die. X.

Non elevabant ſabbatum calami illi inter placentas diſponendi, non elevabant tollendi: ſedenim vigilia ſabbati miniſtrorum aliquis templum introibat, calamos eximebat, atque per longitudinem menſæ reponebat: tum primo hebdomadæ die quidam miniſtrorum templum introibat, atque calamos placentis interſerebat. XI.

Si panem illum ex præſcripto diſpoſuiſſent ſabbato, nec ad illum appoſuiſſent thuris acerras niſi poſtridie, tum acerras ſabbato ſequenti adolerent, * panis ſanè temeratus non ſanctus eſſet: Item ſi primo hebdomadæ die panem & acerrras appoſuiſſent, & poſt inſequens ſabbatum demum acerras concremâſſent, panis fuiſſet non ſanctus, ſed temeratus. Sin eas ſabbato concremâſſent ipſo panis, non temeratus eſſet. XII.

Quid igitur faciendum erat cùm panis & acerræ poſt ſabbatum erant demum ordinata? Nempe in menſa relinquenda erant, ſabbatum interea dum erant ordinata præteriret oportebat: tum deinde acerræ adolebantur ſabbato conſequenti ſabbatum illud ſuperius, quod interea dum ordinata fuerant prætererat. Nihil enim obſtabat quin panis unà cum acerris hebdomadas bene multas in menſa remaneret. XIII.

Si ſabbato panem & acerras ex præſcripto ordinâſſent, tum XIV.

XII. *Panis non temeratus.* Omnino legitur in textu, *panis temeratus eſſet*, excluſâ negatione, ſed auctor commentariorum qui textui ſunt adjuncti in editione Fol. min. anni 1574. eorũ, qui כסף משנה inſcribuntur, ait hanc quidem eſſe lectionem exemplarium eorum, quæ in manus noſtras venerunt; verùm ſe in antiquo quodam exemplari reperiiſſe negationem, *non temeratus eſſet.* Ac poſt multa & varia loca, quæ tum ex Talmude, tum ex aliis ſcriptoribus adducit affirmat veram eſſe lectionem cum negatione. Et verò niſi negationem adhibeas, neutiquam verbis ſententia congruat.

acerras cremâſſent poſt ſabbatum, ſeu poſt ſabbatum primum, ſeu poſt alterum proximum, panis utique temeratus eſſet: nempe temeratorum erat inſtar ſacrorum, quæ ſi fœtida, ſi reſidua, ſi inquinata forent, pœna fuerit, quemadmodum alio loco diſputabitur.

XV. Si placentis ex iſtis aliqua fracta foret ante, quàm de menſa panis tolleretur, ſanè panis temeratus eſſet, neque acerræ ad ipſum appoſitæ adolerentur: ſin poſt ſublatum panem fracta fuiſſet, omnino panis eſſet temeratus, ſed appoſitæ acerræ adolerentur.

XVI. Cùm venerat tempus tollendi panis, perinde erat ut ſi jam ſublatus eſſet ita, ut ſi tum frangeretur panis, acerræ nihilominus adolerentur, tametſi ordinatio panis diſſipata nondum erat. Si ordinationum una contaminaretur ſeu ante, ſeu poſtquam eſſent crematæ acerræ: item ſi acerrarum altera fuiſſet contaminata, quæ contaminata fuerat, ſibi ſola fuerat, altera munda remanebat ſcilicet.

CAPUT SEXTUM.

ART. I. Quo ordine quotidiana templi opera fierent?

MINISTERII divini opera quotidiana hoc ordine efficiebantur. Paulò ante quàm ſurgeret aurora, veniebat præfectus ſortium: is ſonum edebat ad atrium, atque aperiebatur illi: tum atrium explorabat totum, ac cruſtularij cruſtula efficere deſinebant: ſacerdotes qui hîc præſto aderant omnes ante, quàm veniret præfectus ſortium, jam lauti fuerant, & veſtes induti ſacerdotales: conveniebant in conclave lapidis quadrati, ac conſiſtebant. Deinde ſorte una, & item altera ſuum cuique ducebatur opus ſic, ut alio loco diſputavimus. Incipiebat inde operari is, cui ſors ut cinerem tolleret evenerat: hic cinerem eo, quem ſupra diximus, ordine tollebat. Idem hîc rogum magnum extruebat; porro idem extruebat & rogum alterum: denique idem ferebat & duo illa lignorum ſegmenta, quæ imponebat rogo magno ad multiplicandum ignem. Ibatur inde in conclave vaſorum: inde promebantur omnia, quæ in totum erant neceſſaria diem vaſa ſacra. Deinde hoſtiam jugis ſacrificij adaquabant, ac continuò illam is, cui ſorte evenerat, ut jugularet, ad lanienam trahebat: hunc

hunc ſequebantur ſacerdotes, quibus obtigerat, ut hoſtiæ membra in altare ferrent. Hîc commorabantur interea dum magna templi porta aperiebatur, quæ cùm pandebatur, tunc ipſum hoſtiam jugis ſacrificij jugulabant: deinde in templum introibant ſacerdotes duo: unus cui ſorte evenerat, ut cinerem de interiori tolleret altari, & alter, cui obtigerat, ut de candelabro cinerem tolleret.

Et qui cinerem altari tollebat, tum tollebat, cùm hoſtia jugis ſacrificij jugulabatur: deinde ſanguinem ſpargebat is qui exceperat. II.

Poſt ſparſum ſanguinem is, qui in templo erat, lucernas accendebat quinque, atque è templo ambo ſimul excedebant: illi verò, qui erant in laniena, hoſtiam corio exuebant, atque in membra ſecabant, & quod cuique membrum ſorte evenerat, id in collem ferebat. Jam membra reponebantur ad aquilonem intra dimidiam collis partem inferiorem. Eorum autem, quæ quotidianis addebantur, ſacrificiorum membra ponebantur intra dimidiam partem collis inferiorem ad orientem: nam quæ Kalendis immolabantur hoſtiæ, earum membra reponebantur in ſummo altari inter cornua, eo videlicet loco, quo ſacerdotes incedebant; hoc enim modo palàm fiebat adeſſe Kalendas: hîc membra ſale aſpergebantur: Et collis quoque ſale ſternebatur etiam ſabbato, id adeo, ne ſi lubricus foret, in eo conciderent ſacerdotes dum ad rogum ligna ferrent. Quòd autem ſal inter pedes ſacerdotum & collem intercedebat, quoniam ambulatio iſta per ſe ipſa nullum erat divinum miniſterium, omnino nihil movebat. III.

Poſtquam fuerant in collem tranſlata membra, coibant omnes in conclave lapidis quadrati. Hîc eis dicebat præfectus, Fundite precem unam, & illi protinus recitabant, *Amore æterno*, &c. Decalogum, *Audi Iſraël*, &c. *Quòd ſi audiendo*, &c. *Et dixit*, &c. *Verum & ratum*, &c. *Complaceat*, &c. *Fac pacem*, &c. Sabbato autem addebant & precationem aliam: nempe viri curiæ abeuntis advenientibus ita precabantur, *Qui voluit nomen ſuum incolere ædem iſtam, is concilietinter vos amicitiam, fraternitatem, pacem, & ſocietatem.* Porro tertia ſors ducebatur, & quarta, & cui evenerat, ut ſuffimentum adoleret, introibat, adolebat: tum introibat is cui obtige- IV.

rat, ut de candelabro cinerem tolleret, qui reliquas accendebat lucernas duas: deinde cum eo, qui de candelabro cinerem tollebat, excedebat ſimul is, qui ſuffimentum adoleverat, & ſimul unà cum fratribus ſacerdotibus in veſtibuli gradibus inſiſtebat.

V. Hic ut venerat inter veſtibulum & altare, certum quoddam inſtrumentum muſicum capiebat aliquis: hoc idem inter veſtibulum & altare jaciebat Erat hujus inſtrumenti muſici ſonus ingens, & triplex uſus. Nam quicunque ſacerdos ſonum ejus audiebat, noverat fratres ſuos ſacerdotes in templum introîſſe Deum adoraturos, & celeriter accurrebat: Et homo Levita cùm audiret ſonum ejus, noverat fratres ſuos Levitas in templum introîſſe cantatum, atque celeriter accurrebat: Et ſtationum præfectus cùm audiret ſonum ejus, homines inquinatos ſtatuebat ad portam orientis ne venirent in ſuſpicionem pigritiæ, verùm omnes ſcirent horum necdum eſſe factum ſacrum piaculare. Tum is, cui ſors hoc dederat, membra de colle ferebat ſuper altare, quò cùm elata fuerant, protinus illi qui gradibus inſiſtebant ex ſacerdotum precationibus unam fundentes Dei nomen Τετραγράμματον ritè pronuntiabant, ſic, ut alio loco expoſuimus. Subinde ferebatur ſimila libaminum: poſt ſimilam adolebantur cruſtula: poſt cruſtula afferebatur vinum in libationem, quod cùm libaretur, tum carmen Levitæ canebant: pulſabantque cantores certa quædam fidium genera, quæ fuerant in Sanctuario: porro autem ad carminis articulos clangores edebantur novem.

VI. Cùm daretur vinum libanti, ſtabant ſacerdotes duo ad menſam adipum: hi duas manibus tenebant buccinas: ſtabat ad cornu altaris ſacerdotum Antiſtes, & ſudaria præ manu tenebat. Tum buccinatores clangorem edebant rectum, fractum, & rectum, iidemque veniebant & aſtabant ad præfectum cymbalo, unus ad ejus dextram, & ad lævam alter.

VII. Remorabatur libationem parumper qui eam facturus erat: * agitabat ſudaria Antiſtes: hic cymbalo, illi buccinâ cantabant: concinnebant Levitæ carmen, cujus ad articulum clangor edebatur, & populus omnis, qui in atrio aderat, ado-

VII. *Agitabat*. Eſt hîc mendum in editione Folij parvi anni 1574. מניח pro מניף, quod extat in editione Folij magni anni 1524.

rabat. Atque ad ſingulos carminis articulos edebatur clangor, ad clangores ſingulos populus adorans erat. Jam inter ſacrificium juge faciendum omnino clangores edebantur novem, ut ante diximus.

Omnino carmen nunquam canebatur niſi ſuper Eccleſiæ univerſæ holocauſta, & victimas ejus pacificas Lege præſcriptas: verùm enim ſuper holocauſta voluntaria, quæ ſacrificabantur ex eo quod in conclavi oblationis ſupererat, cùm eſſent Eccleſiæ, carmen tamen nullum canebatur. Et ſuper ea, quæ ſeparatim per ſe ſacrificabantur libamina, itidem carmen nullum canebatur. VIII. Super quibus ſacrificiis canerẽt Levitæ carmen?

Hæc igitur ſunt à Levitis cantitata carmina. Primo hebdomadæ die canebant, *Domini eſt terra, & plenitudo ejus*: ſecundo die canebant, *Magnus Dominus, & laudabilis nimis in civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus*, &c. tertio canebant, *Deus ſtetit in Synagoga Deorum: in medio autem Deos dijudicat*: quarto canebant, *Deus ultionum Dominus: Deus ultionum liberè egit*: quinto canebant, *Exultate Deo adjutori noſtro: jubilate Deo Iacob*: ſexto canebant, *Dominus regnavit, decorem indutus eſt: indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe*, &c. ſabbato canebant, *Pſalmum cantici in die ſabbati*. Canebant ad ſacra quæ addebantur ſabbato carmen hoc, *Audite cæli*, &c. id dividebant in capita ſex, quorum initia ſunt, Audite, Memento, Conſtituit, Vidit, Utinam, Levabo, ſic; ut per homines ſex populo prælegi ſolet in Synagogis. Singulis igitur ſabbatis canebant caput unum. Itaque carmen illud totum abſolvebant ſex ſabbatis, tum redibant ad principium. Sabbato ad veſperam canebant, *Tunc cecinit Moyſes*, & *Quis ſimilis tibi*, &c. Ad ſacrificium quod addebatur principio anni canebant, *Exultate Deo adjutori noſtro.* Quod ſi principium anni incideret in hebdomadæ diem quintum, canebant, *Divertit ab oneribus dorſum ejus*, &c. Jam principio anni ad veſperam canebant, *Vox Domini concutientis deſertum*, &c. IX. Quænã canerentur carmina? *Pſal.* 23. 47. *Pſal.* 81. 93. 80. 92. 91. *Deut.* 32. *Exod* 15. *Ibidem.* *Pſal.* 80. *Ibidem.* *Pſal.* 28.

Kalendæ cùm inciderent in ſabbatum, carmen ſabbati præ carmine Kalendarum negligebatur; id adeo, ut ederetur in vulgus ad eum diem accidiſſe Kalendas. X. Carmen ſabbati præ carmine Kalendarũ eſſe neglectum.

Sabbato cum ſacrificiis, quæ quotidianis addebantur ante, quàm horum, quæ addebantur, ſacrificiorum vinum libaretur, XI.

adolebant duas illas thuris acerras. Quæ omnia uti quotidie manè, ſic efficiebantur & veſperi: excipiuntur iſta, cinerem tollere de altari exteriori, rogos ſtruere, & ducere ſortes, quæ tria, ut ante diximus, manè tantùm efficiebantur.

CAPUT SEPTIMUM.

ART. I. Quænam Kalendis ſacrificia ſacrificiis quotidianis adderentur?

KALENDIS quod erat ad ſacra quotidiana addendum ſacrificium, id poſt ſacrificium juge matutinum fiebat. Quid igitur erat ſacrificium illud Kalendis ad ſacra quotidiana addendum? Juvenci duo, unus aries, & agni ſeptem, & hæc omnia holocauſta: porro erat & hœdus in ſacrificium pro peccato.

II. Sacrificiũ juge & cuncta holocauſta eodẽ modo fieri.

Omnino holocauſta omnia itidem, ut ſacrificium juge fiebant. Et Kalendarum ac ſolemnitatum ſacrificia pro peccato fiebant itidem, ut ſacrificium pro peccato illud, quod comedebatur, de quo alio loco egimus.

III. Paſchate ex frugibus novis in primitias Manipulũ eſſe libatũ.

Solemnitate Paſchatis tota ſingulis diebus ab primo uſque ad ſeptimum diem ſacrificiis quotidianis addebatur & aliud: Id erat idem, atque illud quod addebatur Kalendis, duo juvenci, aries unus, agni ſeptem, & hæc omnia holocauſta, porro & hædus in ſacrificium pro peccato idque comedendum. Ad ſecundum diem Paſchatis, qui dies eſt ſextus decimus menſis Niſan, præter ſacrificium quod addebatur ſacris quotidianis inſuper etiam in holocauſtum ſacrificabatur agnus cum ** manipulo agitationis*: id munus erat Eccleſiæ, ut alio loco diſſeruimus.

IV. Huic erat * ſtatum tempus, eamque ob rem elevabat & ſabbatum & inquinamentum.

V. Lev. 23. 10 Qua è regione ferretur iſte manipulus.

Munus hoc non ferebatur niſi de terra Iſraëlitica, quia ſcriptum eſt, *Feretis manipulos ſpicarum primitias meſſis veſtræ ad ſacerdotem*: hoc è proximo ferre rectum erat: quod ſi non ſuppeteret è proximo, de quovis Iſraëliticæ regionis loco petebatur.

VI. Jam hoc meti oportebat ea nocte, quæ erat ad decimum ſextum diem Niſan, ſive nox iſta profana foret, ſive ſabbatina.

III. *Manipulo agitationis.* De hoc dictum eſt tract. ſuper. ad art. 5. cap. 2.

IV *Statum tempus.* Vide art. 9. cap. 4 Tract. 5.

Atqui ad demetendum hunc manipulum erat idonea nox VII.
tota: Quem ſi meſſuiſſent de die, nihilominus erat idoneus.

Porro eum ut de ſegete ferrent oportebat: qui ſi non ſuppe- VIII.
teret inde, ferebatur de manipulis.

Porro ferretur de viridi neceſſe erat: Quod ſi non invenire- IX.
tur, ferebatur de arido.

Solebant munus hoc ferre de arvis ad auſtrum ſpectantibus: X.
arabatur pars agri dimidia, quæ eadem conſerebatur eodem hoc anno, & anno proximè ſequenti arabatur altera pars agri conſiti, ex qua deinde conſita ferebant munus.

Atque manipulum iſtum eſſe ferendum ex hordeo uſque à XI.
Moyſe illo magiſtro noſtro traditum eſt. Jam hæc erat hujus manipuli parandi ratio. De vigilia ſolemnitatis emittebantur à Senatu qui fruges terræ ſolo inhærentes colligarent in faſciculos quò faciliùs meterentur. Ac conveniebant eò proxima quæque oppida, quò meſſis iſta majorem haberet celebritatem. Metebant igitur tria ſata hordei homines tres tribus falcibus, & arcis imponebant tribus. Cùm primùm adveſperaſceret meſſorum unus omnes aſtantes ita rogabat. *Iam occubuit ſol? Et reſpondebant ei, Sic eſt. Hæccine falx meſſoria? Reſpondebant ei, Sic eſt. Hæccine arca? Reſpondebant ei, Sic eſt.* Quod ſi ſabbatum, idem rogabat, *Eſtne ſabbatum hodie? Et reſpondebant ei, Eſt.* Tum deinde rogabat, *Metamne? Et illi* * *reſpondebant, Mete.* Atque harum rogationum & reſponſionum unaquæque ter repetebatur. Quorſum igitur hæc tam multa? Ad refellendos heterodoxos illos qui ſtante templo ſecundo à communione Judæorum recedentes Legis illud, *Altero die ſabbati* pertinere ad * *ſabbatum Geneſeos* pugnabant. Nos autem auditione accepimus hoc loco agi non de ſabbato, ſed de ſolemnitate Paſchatis: quod idem ſemper Prophetis viſum eſt, & Synedriis cujuſque ætatis, qui manipulum iſtum ferebant decimo ſexto die Niſan, ſive dies ille communis, ſive ſabbatum foret: Etenim eſt in Lege, *Panem & polentam & pultes non*

[Margin: Qua celebritate, & quibus ceremoniis meteretur manipulus ille Deo offerendus?]

[Margin: *Lev.* 23 11.]

[Margin: *Ibid. v.* 14.]

XI. *Reſpondebant, Mete.* Hæc omnia characteribus Italicis excuſa ter deinceps repetit Scriptor noſter: nos autem ſemel expreſſiſſe ſatis eſſe ſtatuimus: præſertim cùm ad extremum addatur unamquamque rem ter repetendam fuiſſe.

Sabbatum Geneſeos. Sabbatum illud, quod ſolemnitatem Tabernaculorum inſequitur ſic vocant Judæi eò, quòd illo ſabbato prima ſectio Geneſeos populo prælegatur in Synagogis.

comedetis ex ſegete uſque ad diem quâ offeratis ex ea Deo veſtro. Atque ſcriptum videmus, *Et comederunt de frugibus terræ die altero (Paſchatis,) azymos panes, & polentam.* Atenim dixerit aliquis Paſcha illud in ſabbatum inciderat, quod utique quibuſdam inſanis viſum eſt: quomodo verò ſcriptura licentiam novarum frugum comedendarum refert ad rem minimè neceſſariam, nec certâ causâ, ſed caſu fortuito cadentem? Cùm igitur ſcriptura rem conſtituat in poſtridiem Paſchatis, perſpicuum eſt poſterum diem Paſchatis demum cauſam eſſe, quæ permitteret novis veſci frugibus, nec in quem illæ hebdomadæ diem incideret, quidquam fuiſſe curandum.

XII. Quod cùm eſſet demeſſum, imponebatur arcis, atque in atrium ferebatur. Hîc excutiebatur, ac ventilando mundabatur, tum excuſſa illa grana hordeacea igni torrebantur in ſartagine perforata adeo, ut ignis omnia invaderet, quia ſcriptum eſt, *De ſpicis adhuc virentibus torrebis igni, & confringes in morem farris*: quo loco agi de ſolo munere manipuli perpetua traditione acceperunt alij ab aliis: Expanſa deinde in atrio perflabat ventus: confringebantur inde molâ molendinariâ, eâ videlicet, qua fere fabæ frangebantur. Atque ex his tribus ſatis confractis decimam ſimilaginis ſuccernebant cribris tredecim, reliquum pretio redimebatur, & promiſcuè comedebatur ab omnibus: & reliquum illud * placentæ obnoxium, immune decimis erat, quemadmodum alio loco diſputavimus. Atque eodem illo die ſexto decimo Niſan decimam iſtam ſimilaginis hordeaceæ commiſcebant logo olei, & eidem ſic tanquam reliquis fertis pugillum thuris adjungebant, atque ad orientem ſic agitabant: movebant huc & illuc, ſurſum & deorſum: admovebatur inde cornu altaris inter occidentem & meridiem intermedio itidem ut reliqua ferta: tum ex ea ſacerdos plenum pugillum depromebat, atque adolebat: * reliquum autem comedebatur à ſacerdotibus itidem ut cunctorum fertorum reliquiæ. Sed quo diei tempore depromebatur plenus ille pugillus? Nempe poſtquam factum erat & ſacrificium, quod eo die ceteris addebatur, & holocauſtum ex agno, qui cum mani-

Lev. 2. 14.

XII. *Placentæ.* Ei de qua tract. ſuper. actum ad art. 7. cap 2.

Reliquum autem. Hic in textu redundat una vox: bis enim *reliquum* ponitur, quod ſententiæ ſanè contrarium eſt.

pulo mactabatur ante ſacrificium juge veſpertinum.

Interdictum erat ne in terra Iſraëlitica demeteretur ullum è quinque frumentorum generibus ante, quàm manipulus iſte demeſſus erat. Quod enim de illo dicitur, *Primitias meſſis veſtræ*, id hoc ſignificat manipulum iſtum omnium primum eſſe metendum: omnino ſic ſe habebat omnis ſeges, quæ eſſet idonea, unde ferretur iſte manipulus: verùm enim de agro ſiticuloſo, eoque apud valles ſito, quoniam non erat is, unde ferretur munus hoc, demetere ſegetem ante, quam fuerat manipulus iſte demeſſus, licitum erat: non item * coacervare. XIII. Ante manipulum oblatum non demetendā eſſe ſegetē. *Lev.* 23.10

Fruges ſi radices egerant ante latum iſtum manipulum per eundem manipulum licitæ fiebant: ſin minus, interdictum erat ne meterentur, neu comederentur donec manipulus anni conſequentis oblatus fuerit. XIV.

Quæ fruges necdum ad tertiam partem excreverant, ex his in jumenti pabulum * demetere fas erat: reſecabantur etiam fruges ne plantis nocerent. Item reſecabantur eò, ut locus eſſet aut ſepulchreto, aut academiæ: ſcriptum eſt enim, *Primitias meſſis veſtræ*, non item meſſis ſanctæ. XV. *Ibidem.*

Cùm verò his de cauſis fruges reſecare liceret, tamen eas in faſciculos, ut meſſores ſolent, colligare non licebat: manipulos igitur relinquebant ſolutos. XVI.

Expoſuimus ſuperiùs de frugibus novis ante latum manipulum neque alia ferri munera, neque fertum libaminum, neque primitias: Et ſi quid horum tuliſſet aliquis, omnino temeratum fuiſſe. Atque etiam nihil inde ferri ante, quàm fuerant oblati * duo panes, conveniebat: verùm ſi quis inde priùs tuliſſet aliquid, idoneum fuiſſet utique. XVII.

Qui de frugibus novis munus primum ferebat, is de producta ad id tempus vita Deum venerabatur. XVIII.

Fruges ſi fuerint poſt oblatum manipulum ſatæ & demeſſæ poſt oblatum manipulum inſequentis anni, dubium erat, utrum ex his de integro munera ferrentur ante oblatos duos panes, quandoquidem creſcentibus illis ſemel & oblati ſunt duo panes, & demeſſus manipulus, an non eſſent inde ferenda XIX.

XIII. *Coacervare.* Hîc in editione Folij parvi pravè legitur ירגוש: at in Folio magno correctè יגרוש.

XV. *Demetere.* Ante oblatum manipulū.
XVII. *Duo panes.* Qui de frugibus novis ſacrificabantur ad Pentecoſten.

munera, donec fuerint denuo oblati duo panes poſt demeſſum manipulum inſequentis anni.

XX. Et frumenta terræ credita ſi herbam edidiſſent aut explicuiſſent poſt oblatos duos panes, dubium erat, utrùm edidiſſe atque explicâſſe herbam idem eſſet, atque radices egiſſe, adeoque munera ex ipſis ferre liceret, an nondum habenda eſſent radices egiſſe. Quare munera ex ipſis quidem non ferebantur: Et ſi quis tuliſſet, grata fuiſſent tamen.

XXI. Attamen ſi quis ante manipulum meſſum meſſuiſſet, nec verberibus multaretur, & meſſis licita fuiſſet.

XXII. Ab manipulo oblato ſeptē hebdomadas eſſe numerandas. Jam præceptum eſt jubens, ut ab eo die, quo feratur manipulus, ſeptem hebdomadæ numerentur integræ. Scriptum eſt enim, *Numerabitis ergo ab altero die ſabbati .... ſeptem hebdomadas:* porro præceptum eſt etiam, ut cum hebdomadibus numerentur & ſinguli dies, ſiquidem in Lege dicitur, *Quinquaginta dies.* (*Lev.* 23. 15; *Ibidem.*) Ac * principio diei numerandum eſt: Itaque noctu numerandum ab nocte decima ſexta Niſan.

XXIII. Si quis per oblivionem noctu non numeráſſet, interdiu numeret: Jam non numerant niſi ſtantes: at ſi quis ſedens numerâſſet, tamen feciſſet ſatis.

XXIV. Atque hoc præcepto viri Iſraëlitæ omnes omni tempore & omni loco tenentur: mulieres autem & ſervi liberantur.

XXV. Singulis noctibus ante quàm numerent, Deum ita venerentur, oportet: *Laudamus te Domine Deus noſter, rex mundi, qui nos initiâſti præceptis tuis, atque præcepiſti nobis de numero manipuli.* Quanquam ſi quis omiſſa gratiarum actione numerâſſet, nihilominus ſatisfeciſſet, neque deinde gratiarum actionem haberet, neceſſe foret,

CAPUT OCTAVUM.

ART. I. Quot & qualia ſacra ſacris

AD diem quinquageſimum qui numeratur ab oblato manipulo eſt ſolemnitas Pentecoſtes, quæ nomine

XXII. *Principio diei.* Dies hîc intelligitur naturalis, qui apud Hebræos incipit ab horâ ſextâ veſpertinâ, & in eandem horam deſinit. Hinc Scriptor noſter ſubjicit numerandum eſſe noctu: Sic enim Hebræi horas deſcribunt, ut dies artificialis tam hyemalis, quàm æſtivus contineat horas duodecim, & totidem nox, quæ horæ adeo ex ratione tempeſtatis modò longiores, modò breviores ſunt.

* עֲצֶרֶת

* עצרת appellatur. Eo die ſacris quotidianis addebatur idem atque Kalendis, juvenci duo, unus aries, & agni ſeptem, omnes in holocauſta, & hircus in hoſtiam pro peccato: hæc ea ſacra ſunt, de quibus præcipitur parte Pentateuchi illâ, quæ eſt de recenſendo Iſraëlitarum numero, quæ quidem diei ſolemnis causâ quotidianis ſacris addebantur: præterea autem hoc ipſo die munus novum offerebatur, panes videlicet duo, quibuſcum ſacrificabantur juvencus unus, duo arietes, & agni ſeptem, omnes in holocauſta: porro & hircus in hoſtiam pro peccato, & agni duo in victimas pacificas: Atque iſta ſunt ſacra, quæ præſcribuntur eâ Pentateuchi parte, quæ *Leviticus* inſcribitur. Patet igitur die illo ſolemni extra duo jugia ſacrificia eſſe immolatos juvencos tres, tres arietes, & quatuordecim agnos, quadrupedes numero viginti, omnes in holocauſta: tum hircos duos in hoſtias pro peccato comedendas, & agnos etiam duos in victimas pacificas, quæ comedebantur.

jugibus adderentur Pentecoſte?

II. Panificium Pentecoſte offerendum ex ipſa Terra Sãcta.

Jam duo illi panes non ferebantur niſi de Terra Sancta, & de frugibus novis: videmus enim in Lege ſcriptum, * *Ex habitaculis veſtris offeretis panes primitiarum duos*, &c. Quod ſi nullum ſuppeteret frumentum novum, iidem de horreo ferrentur.

Lev. 23. 17.

III. Ut efficeretur panificium Pentecoſte offerendum?

Frumentum ſi de nubibus eſſet * delapſum, dubium erat, utrùm huic conveniret ſcripturæ illud, *Ex habitaculis veſtris*, necne: cùm igitur res erat integra, id quidem offerendum non erat: ſin oblatum fuiſſet, bene haberet. Jam hæc erat ratio efficiendi panes iſtos. Afferebantur tria ſata frumenti novi, quæ terebant ac calcabant ſic, ut fere fiebat in cunctis fertis. Ex his tribus ſatis molâ molendinariâ confractis duas ſimilæ decimas ſuccernebant cribris duodecim: reliquum pretio redimebatur, & promiſcuè comedebatur ab omnibus: ac reliquum illud placentæ obnoxium, immune decimis erat, quemadmodum alio loco demonſtravimus.

IV.

Panes igitur duo iſti, qui frumento erant è novo, require-

I. *Nomine* עצרת. Hac de re prolixè actum à nobis Tract. 2. in ea nota, quam ad art. 6. cap. 3 appoſuimus.

II. *Ex habitaculis veſtris.* Editio in parvo Folio anni 1574. mendosè habet במושבותיכם, correctè legitur ממושבותיכם apud editionem in magno Folio anni 1524.

III. *Delapſum.* Narrant enim Hiſtorici bene multi quandoque frumento pluiſſe.

bant, ut ex ſuo cujuſque ſeſquiſato frumenti conficeretur una ſimilæ decima, & eadem incerneretur cribris duodecim. In panes autem propoſitionis, qui quidem è frumento veteri fiebant, ſat erat ſimilam ſuccerni cribris undecim, atque ex ſingulis ſatis frumenti, ſimilaginis ſingulæ decimæ conficiebantur: paniſicium autem è manipulo primitiarum offerendum, quoniam erat ex hordeo, & eodem novo, niſi conficeretur ex ſatis tribus, atque ſuccerneretur cribris tredecim, non exiſtimaretur eſſe è genere optimo.

V. Atque in his omnibus ſi numerus ſatorum, ex quibus fierent, vel augeretur, vel imminueretur, nihiloſecius rectum erat.

VI. Accipiebantur hæ duæ ſimilaginis decimæ, quarum unaquæque ſeorſim pinſebatur, ſeorſim coquebatur.

VII. Eas oportebat extra atrium ſubigi, atque in placentarum formam protendi ligno tereti: rurſus eas veluti cuncta ferta intra atrium coqui oportebat.

VIII. Horum duorum panum effectio nihil derogabat diei feſto: nam ſabbato ne dici quidem opus eſt; ſedenim coquebantur de vigilia diei feſti. Nam quod ſcriptum videmus, *Id ſolùm fiet vobis*, hujus ea vis eſt, ut id vobis fiat ſcilicet, non item Deo.

Quando efficeretur paniſicium Pentecoſte offerendũ Exo. 12. 16.

IX. Quod ſi vigilia diei feſti in ſabbatum incideret, iſti duo panes coquebantur inde ab paraſceve ſabbati, & comedebantur die tertio poſt, quàm cocti fuerant, hoc eſt, die feſto ipſo. Jam id apertè in Lege explicatur eos oportuiſſe fermentatos eſſe: id igitur ita fiebat: fermentum afferebatur ex aliquo loco: id dabatur in decimam menſuram; tum illa explebatur ſimilagine: quæ hoc fermenti inficiebatur tota: atque panes iſti erant figuræ quadratæ.

X. Erat unaquæque placenta longitudine ſeptem palmorum, & latitudine quatuor palmorum, & altitudine digitorum quatuor.

XI. Atque hæc erat ratio agitandi panis ſimul cum duobus agnis pacificis: adducebantur agni duo adhuc viventes, quoniam in Lege eſt, *Quumque elevaverit eos ..... elevatione.* Quanquam ſi ſacerdos eorum utrumque ſeorſim agitâſſet, bene fuiſſet. Exinde jugulabantur agni, ac corio exuebantur: tum ſacerdos utrique pectus & femur eximebat, quibus ad duos panes appoſitis ſupponebat manus ſuas, ac cuncta ſimul agitabat ad

Ad quos redirent duæ iſtæ placentæ poſtquã fuerãt Deo oblatæ? Lev. 23. 20

partem orientis, ubi prorſus omnia agitabantur ita, ut moverentur huc & illuc, ſurſum & deorſum. Quòd ſi ſingula ſeorſim agitâſſet, bene fuiſſet tamen: poſtea horum duorum agnorum adolebantur exta, & reliqua caro comedebatur à ſacerdotibus. Jam de placentis duabus ſumebat unam ſummus ſacerdos, & altera dividebatur inter omnes ſacerdotum curias: Et ambæ comedebantur die illa tota, & dimidia nocte inſequente ſic, tanquam caro victimarum ſanctiorum.

Sacerdos ſi his duobus agnis jugulandis adhibuiſſet placentas quatuor, ita res erat: ſi dixiſſet ex his quatuor placentis ſacræ ſint duæ, eximebat illis duas, & eaſdem coram Domino agitabat: reliquum pretio intus redemptum comedebatur foris veluti cuncta communia: ſin nihil inde nominatim conſecrâſſet, panis neutiquam ſacer erat. XII. Non plures placentis duabus offerendas.

Sin cùm duabus placentis jugulâſſet agnos quatuor, extraheret inde duos, quorum ſanguinem reſpergeret alio nomine, & duos reliquos cum placentis duabus ritè agitando offerret. XIII.

Hæ duæ placentæ ſe ſe requirebant invicem: item & illi duo agni obſtabant invicem. Itaque ſi eorum alter per ſe moreretur, effugeret, lethaliter afficeretur, alteri par adjungeretur, oportebat: ſi poſtquam unus eorum eſſet ſuo nomine mactatus * alteri accidiſſet horum aliquid, item priori par adjungeretur. XIV. Quænam iſtius ſolemnitatis ſacra ſe ſe requirerent invicem?

Hi duo panes obſtabant agnis: contrà non obſtabant agni panibus. Iidem ſi fuiſſent agitati ſimul cum agnis obſtabant invicem ſic, ut ſi panes eſſent amiſſi, amitterentur & agni, & viciſſim agni ſi fuiſſent amiſſi, amitterentur & panes, atque panes alij, aliique offerrentur agni. XV.

Si nullis adjunctis agnis duo panes offerrentur ſeparatim, quid his fiebat? Nempe agitabantur: porro autem aſſervabantur interea dum eorum figura mutabatur, atque igni conſumebantur: id adeo, n · ſi anno proximè ſequenti reperirentur agni illi amiſſi, rurſus · fferrent panes ſine agnis: Juvencus & duo arietes, & agni ſeptem, & hircus, qui die illo offerebantur propter hos duos panes, nec erant impedimento panibus, nec panes erant impedimento illis XVI.

XIV. *Alteri accidiſſet horum aliquid.* Quatuor iſtas voces ſubaudiendas eſſe docet auctor Commentariorum, qui כסף משנה inſcribuntur.

XVII. Duo illi juvenci, qui diei ſolemnis cauſâ quotidianis ſacr addebantur, & juvencus ille, qui propter hos duos panes offerebatur, non obſtabant invicem.

XVIII Similiter aries ille, qui diei ſolemnis cauſâ jugibus ſacrifici addebatur; & duo arietes illi, qui propter hos duos panes offerebantur, non obſtabant invicem.

XIX. Septem illi agni, qui diei ſolemnis cauſâ jugibus ſacrifici addebantur, & ſeptem agni, qui propter duos iſtos panes offerebantur, non obſtabant invicem: iidem poſtquam macta fuerant, obſtabant invicem omnes.

XX. Nec extraordinariis ſacrificiis ſacrificia jugia, neque jugib extraordinaria, neque iſta poſtrema invicem obſtabant: imm nec plenus holocauſtorum numerus neceſſariò requirebatu ut ſi non invenirentur agni plures, quàm ſex, omnino ſacriſ carentur ſex: ſi non inveniretur plus uno, ſacrificaretur un tam Kalendis & diebus ſolemnibus, quàm ſabbatis. Nec ve neceſſe erat reliquum ſacrificare aut die poſtero, aut proxim die ſolemni: Etenim cujuſcunque ſacrificij publici tempus ja præterierat, omnino nulla ratio habenda. Si quando non re perirentur agni plures quàm duo, eóque miniſtri redigerentur, ut ſi hos impenderent in ſacrificia ſacrificiis jugibus addenda die ſolemni, non eſſet, unde poſtridie jugia fiere ſacrificia, ſanè res anceps erat, ita ut agnos hos liceret aut immolare in ſacrificia ſacrificiis jugibus addenda die ſolemn aut in ſacrificia jugia poſteri diei reſervare.

CAPUT NONUM.

ART. I. Quot & qualia ſacrificia ſacrificiis jugibus adderentur primo die menſis Tiſri?

PRIMO die menſis Tiſri nomine ſacrificiorum, quæ propter diem feſtum addebantur jugibus ſacrificiis, mactabantur juvencus, aries, & agni ſeptem, & hi omnes in holocauſta: porro & hircus in ſacrificium pro peccato, idque comedendum. Atque hæc jugibus ſacrificiis propter diem ſolemnem addebantur. Præterea autem jugibus ſacrificiis eodem die addebatur nomine Kalendarum idem, quod cunct Kalendis fiebat ſacrificium. Itaque dies hic ſi incidiſſet in ſabbatum tria erant ſacrificiorum genera jugibus ſacrificiis adde-

da : unum nomine ſabbati : alterum nomine Kalendarum : tertium nomine diei ſolemnis.

II. Quòd cùm accideret, hic erat ſacrificandi ordo : primum fiebat ſacrificium nomine ſabbati addendum : deinde ſacrificium nomine Kalendarum addendum : tertium locum obtinebat ſacrificium nomine diei ſolemnis addendum : nempe quod ſacrificium uſu frequentius, idem & ordine prius erat. Et quod ſacrificium ſanctius eſſet, id quoque erat ordine prius. nam ſi ſacrificium uſu frequentius, & ſacrificium ſanctius adeſſent, utrúmvis horum alteri præferre licebat.

In multis & variis ſacrificiis faciendis quis ſervatur ordo?

III. Si per nefas aut per oblivionem victima minus uſitata, aut minus ſancta fuiſſet jugulata prior, eadem prorſus ſacrificaretur, poſt demum jugularetur victima magis uſitata, aut magis ſancta.

IV. Quæ ſi fuiſſent ſimul unà jugulatæ, alterius victimæ ſanguis *agitabatur, donec victimæ magis uſitatæ, magiſque ſanctæ ſanguis ſparſus eſſet.

V. Sanguis hoſtiæ pro peccato anteibat ſanguini holocauſti. Nam ſanguis hoſtiæ pro peccato expiabat : membra holocauſti anteibant membris hoſtiæ pro peccato, quia holocauſtum igni abſumebatur totum. Sin affuiſſent ſanguis hoſtiæ pro peccato, & membra holocauſti, optio erat ſacerdoti præferendi quod malebat. Item & ex ſanguine holocauſti & extis hoſtiæ pro peccato, ſicut etiam ex ſanguine holocauſti & ſanguine hoſtiæ pro delicto, ſacerdoti erat in manu præferre quod ipſe malebat.

VI. Anteibat holocauſto hoſtia pro peccato : vel hoſtia pro peccato volucris anteibat holocauſto quadrupedi : nam quod in Lege eſt, *Et offeret eum qui eſt in hoſtiam pro peccato priorem*, id præceptum eſt generale, ut omnis hoſtia pro peccato anteferatur holocauſto, quod ſimul unà ſacrificetur. Sic etiam ſecernendis victimis oportebat hoſtiam pro peccato ſecerni priorem holocauſto. *Lev.* 5. 8.

VII. De ſacrificiis ad Scenopegiæ feſtum faciendis non erat ita. In his enim ſacrificandis tenebatur ordo, quo à Lege præſcribuntur : quia de his dicitur, *Secundùm ritus ſuos*. Principiò igitur mactabantur juvenci : deinde arietes : poſt agni : ad extremum *Num.* 29.

IV. *Agitabatur.* Ne concreſceret, atque adeo ad ſpargendum non eſſet idoneus.

hirci, etſi hirci hoſtiæ pro peccato, & animantes ſuperiores omnes erant holocauſta. Item cùm Eccleſia imprudens in errorem idololatriæ incidiſſet, atque piandi delicti causâ juvencum offerret in holocauſtum, & hircum in hoſtiam pro peccato, juvencus ſacrificaretur prior, quia de eo ſcriptum
Num. 15. 24. legitur, *Secundùm ritum.* Juvencus ſacerdotis uncti anteibat juvenco publico ob ignorantiam: Et juvencus publicus ob ignorantiam anteibat juvenco illi, quo oportebat errorem idololatriæ piari; Et juvencus iſte idololatriæ piaculum anteibat hirco, quo ſimul unà error idololatriæ piari neceſſum erat, tametſi juvencus iſte mactabatur in holocauſtum, & hircus in hoſtiam pro peccato, quia enim in Lege hoc ordine deſcribuntur. Et hircus idololatriæ piaculum anteibat hirco principis, quia princeps quoque homo eſt duntaxat unus. Et hircus principis anteibat capræ hominis privati: Et hominis privati capra anteibat ovi ejuſdem, licet utraque mactaretur in hoſtiam pro peccato, quia capra erat idonea, quæ ſacrificaretur de cunctis ejuſmodi peccatis, quorum pœna erat כרת *Keret*, quæ hoſtiam pro peccato poſtulabant: ovis autem non immolabatur niſi de uno * idololatriæ piaculo.

VIII. Quin etiam puerperæ hoſtia pro peccato volucris anteibat * ejuſdem agno. Hoſtia pro peccato anteibat hoſtiæ pro delicto, quippe illius ſanguis ſpargebatur & in quatuor altaris cornua & in baſim, omninoque omnes, quæ in Lege commemorantur, hoſtiæ pro peccato anteibant cunctis hoſtiis pro delicto, exceptâ hoſtiâ pro delicto hominis leproſi, quia iſta pro delicto hoſtia immolabatur idcirco, ut hominem iſtum porro ſacris idoneum redderet. Hoſtia pro delicto anteibat ſacrificio Euchariſtico & arieti Nazaræi, quia enim illa ſanctior erat: ſacrificium Euchariſticum, & aries Nazaræi anteibant pacificis ideo, quòd illa uno diei ſpatio comedi oportebat, & panes adhiberi ſibi poſtulabant: jam ſacrificium Euchariſticum & ipſi arieti Nazaræi anteibat, quippe quo quatuor fertorum genera inerant. Pacifica anteibant beſtiæ primogenitæ: namque pacifica ſanguinis aſperſiones requirebant duas, quæ quatuor aſperſio-

VII. *Idololatriæ piaculo.* Quod homo privatus imprudens commiſerat.

VIII. *Ejuſdem agno.* Offerebat enim puerpera agnum in holocauſtum & pullũ columbæ aut turturem in hoſtiam pro peccato, ut diſertè præcipitur Lev. 12. 6.

num * ſpeciem præberent: porro eadem requirebant manuum impoſitionem, agitationem, & libamina. Beſtia primogenita anteibat beſtiæ decimæ, quippe quòd beſtia primogenita eſſet ab utero ſancta, atque à ſolis ſacerdotibus comederetur. Beſtia decima anteibat avibus, quòd illa victima eſſet, & partes aliquas haberet ſanctiores, ſanguinem & exta. Aves anteibant fertis, quia aves quidem certè variis è ſanguinis generibus unum erat. Quod ſi immolanda foret hoſtia pro peccato volucris, & beſtia decima, præcedebat beſtia decima, quippe quæ victima eſſet: ſin eſſet immolanda hoſtia pro peccato volucris, & beſtia decima, & porro quadrupes in holocauſtum, quoniam holocauſtum anteibat beſtiæ decimæ, & hoſtia pro peccato volucris anteibat holocauſto etiam quadrupedi, primùm ſacrificabatur hoſtia pro peccato volucris, deinde holocauſtum, & poſtremò beſtia decima.

Quòd ſi plura beſtiarum genera in unum & idem ſacrificij IX.
genus fuerint immolanda, quis tandem ſacrificando ordo ſervabatur? Præferebantur arietibus juvenci, quippe qui majorem quàm illi poſtulabant libaminum copiam: Et arietes præferebantur agnis: nam arietes item majorem, quàm iſti, requirebant libaminum copiam. Et agni præferebantur hircis: habebant enim agni exta ampliora quàm hirci, quippe in agnorum extis continebatur & cauda, non item in extis hircorum. Jam manipulus primitiarum præferebatur agno, qui ſimul cum manipulo ſacrificabatur. Item & duo panes præferebantur ſuis agnis duobus: ſumma eſt, quidquid diei ſolemnis causâ ſacrificabatur, id præferebatur rebus iis, quæ propter panem ſacrificabantur.

Viri fertum anteibat ferto mulieris: fertum triticeum antei- X.
bat ferto hordeaceo: ferto voluntario anteibat fertum peccatoris, eam ob rem, quòd iſtud ob peccatum offerretur: cùm verò & fertum voluntarium & fertum mulieris in ſuſpicionem adulterij vocatæ adeſſent, eorum quod malebat ſacerdos præferebat.

Ferta erant potiora vino, vinum oleo, oleum thure, thus XI.
ſale, ſal lignis, ſiquidem omnia iſta ſimul unà ferrentur: verùm

Speciem præberent. Quippe per has duas aſperſiones quatuor altaris parietes ſanguine inficerentur, qua de re explicatè diſſeritur Tract. 5. ad art. 6. cap. 5.

ſi ferrentur deinceps, quo ferebantur ordine, eodem & ſacrificabantur.

XII. Quidquid ad ſacrificandum potius erat, idem erat etiam potius ad comedendum.

XIII. Cùm adeſſent ſacrificia pacifica & heſterna, & hodierna, potiora erant heſterna, ut quorum tempus præfinitum prope jam ceſſerat. Quòd ſi adeſſent ſacrificia pacifica heſterna, & hoſtia pro peccato, hoſtiaque pro delicto hodierna, hoſtia pro peccato & hoſtia pro delicto potiores erant, quippe quæ victimæ erant ſanctiores, ut ante dictum eſt.

CAPUT DECIMUM.

ART. I. *Quid ſacrificiis jugibus adderetur Expiationum die?*

EXPIATIONUM die ſacrificiis quotidianis addebatur idem atque principio anni, juvencus, & aries: aries iſte vocabatur Aries populi: porro ſeptem agni, qui mactabantur omnes in holocauſtum: porro autem hircus qui mactabatur in hoſtiam pro peccato: is comedebatur veſperi.

II. Præterea autem hircum Eccleſia mactabat in hoſtiam pro peccato, qui hircus comburebatur: erat huic conjunctus alter hircus, qui emittebatur.

III. *Quid ſolemnitate Tabernaculorum ſacrificiis jugibus adderetur?*

Ad primum diem ſolemnitatis Tabernaculorum quotidianis ſacrificiis addebantur tredecim juvenci, arietes duo, & quatuordecim agni, qui mactabantur omnes in holocauſta: porro hircus in hoſtiam pro peccato comedendam. Et ſic deinceps quolibet die ex ſeptem Tabernaculorum diebus duo arietes, & agni quatuordecim mactabantur, & præterea hircus in hoſtiam pro peccato.

IV. At juvenci quotidie minuebantur uno: itaque ſecundo Tabernaculorum die mactabantur duodecim: tertio die undecim, adeo; ut ad diem ſeptimum juvenci ſeptem, duo arietes, & agni quatuordecim mactarentur, omnes in holocauſtum, & hircus in hoſtiam pro peccato.

V. Octavus dies erat ſolemnitatis * *clauſula*: cujus diei nomine ſacrificiis quotidianis addebantur juvencus, aries, & agni ſeptem,

IV. CLauſula. Hîc propriè ſumitur vox Hebraïca עצרת, de qua nos diligēter diſputavim⁹ Tr. 1. in nota quā ar. 6. c. 3. appoſuimus.

VI.

ſeptem, qui mactabantur omnes in holocauſta: porro pro ſeparato quodam ſacrificio extraordinario mactabatur hircus in hoſtiam pro peccato.

VI. Aquam eſſe libatam feſto Scenopegiæ.

Omnino per ſeptem dies Tabernaculorum *aqua fuit in altari libanda: id uſque à monte Sinaï Moyſi traditum fuit: Itaque cum ſacrificio jugi matutino vinum, atque eodem tempore aquam libabant ſeorſim.

VII. Qua ratione libaretur aquâ?

Quod ſi ſacerdos aquam in vas infudiſſet vini, contráque vinum in vas aquæ, tum ambo ſimul libaret, rectum erat tamen. Jam libatio fiebat ſupra dimidiam partem altaris in cornu inter meridiem & occidentem intermedio, unde cuncta defluebant per tenuiſſima * foramina duo, ut alio loco dictum eſt. Erat igitur ex auro ampulla, quæ capiebat logos tres: hanc implebant * è fonte Siloë: & cùm acceſſiſſent ad portam aquarum edebant clangorem primò ſimplicem, deinde fractum, rurſuſque ſimplicem: tum ſacerdotum aliquis collem aſcendebat, idemque ſe ſe convertebat ad ſiniſtram, atque aquam ex ampulla infundebat in pelvim ibi poſitam. Etenim erant ibi pelves ex argento duæ: una ad occidentem, in quam aqua: altera ad orientem, in quam infundebatur libationis vinum: in his pelvibus * inerant foramina duarum inſtar narium tenuiſſimarum, tum pelvis aquariæ foramen tenuius erat, quàm foramen pelvis vinariæ, id adeo, ut aqua ſimul cum vino deficeret.

VIII.

Sacerdoti, qui libabat aquam, edicebant, ut manum tolleret in altum, quia aliquando ſacerdotem, qui aquam in pedes ſuos libaverat, populus univerſus *malis citreis obruit ideo, quòd putarent eum eſſe unum ex heterodoxis illis, qui pugnant aquam non eſſe libandam.

VI. *Aqua fuit in.* Vide quæ hac de re diximus Tract. 2 ad art. 6. cap. 7.

VII. *Foramina duo.* Hæc enucleatè deſcripta ſunt Tract. 1. ad art. 11. cap. 2.

E fonte Siloë. Vide quæ hac de re diſputavimus Tract. 2. in nota, quæ eſt appoſita ad 6. art. cap. 7.

Inerant foramina. Per quæ ſenſim defluerent ij, qui libati fuerant liquores.

VIII. *Malis citreis obruit.* Etenim per ſolemnitatem Tabernaculorum totam Judæi precibus matutinis adhibent citrei mali genus id, quod אתרוג appellant, palmamque bene longam, cujus extremam partem inferiorem circiter pedalem teneris ſalicum ramulis, myrtoque circumligant. Qua de re ita præceptum Lev. 23. v. 40. *Sumetiſque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, ſpathulaſq; palmarũ, & ramos ligni denſarum frondiũ, & ſalices de torrente, & lætabimini corā Domino Deo veſtro.* Hæc igitur præ manibus tenentes ſingulis ſolemnitatis diebus ſuggeſtum in media Synagoga ſitum circumeunt ſemel, die verò ſolemnitatis ſeptimo ſepties, & concinunt hymnum

IX. Jam aquæ libatio ut die profeſto, item fiebat & ſabbato, præterquàm quòd vigiliâ ſabbati hauriebatur plenum dolium aureum, quod è vaſis ſacris non erat: id igitur in conclavi reponebatur, tum poſterâ die de eo hauriebatur aqua.

X. Quæ ſi aqua dolij fuſa, ſi aperta fuiſſet, aqua ad libandum hauriretur è labro.

XI. *Ad feſtum Scenopegiæ ſuper extraordinariis ſacris cantatū eſſe carmen.* Per Tabernaculorum ferias ſingulis diebus de eo, quod addebatur ſacrificiis quotidianis, ſacro ſeparatum quoddam canebant carmen. Ac * dierum interciſorum primo canebant, *Afferte Domino filij Dei*, &c. Secundo, *Peccatori autem dixit Deus*, &c. Tertio, *Quis conſurget mihi adverſus malignantes:* Quarto, *Intelligite inſipientes in populo*, &c. Quinto, *Divertit ab oneribus dorſum ejus:* Sexto, *Movebuntur omnia fundamenta terræ.* Quòd ſi in harum feriarum unam ſabbatum incideret, carmen illud *Movebuntur* omittebatur.

Pſal. 28. 1. 49. 16. 93. 16. 93. 8. 80. 7. 81. 5.

XII. *A curiis omnibus feſto Scenopegiæ certa ſacrificia eſſe facta.* Expoſuimus ante ſacerdotes omnes in quatuor & viginti curias fuiſſe diſtributos: hæ omnes ex æquo adminiſtrabant ſacra ad ſingulas ſolemnitates. Jam ad ſolemnitatem Tabernaculorum unaquæque curia ſacrificabat juvencum unum, aut arietem unum, aut hircum in ſacrificium pro peccato. De agnis autem alia curia ſacrificabat duos, alia unum. Nempe erant primo Tabernaculorum die ſolemni ſacrificandi juvenci tredecim, duo arietes, & hircus: ex his ſingulas beſtias ſingulæ curiæ ſacrificabant: reſtabant agni quatuordecim pro curiis octo, quarum ſex ſacrificabant ſingulæ binos, & reliquæ duæ curiæ ſacrificabant ſingulæ ſingulos. Die ſecundo erant immolandi juvenci duodecim, duo arietes, & hircus, quorum ſingulos ſingulæ curiæ ſacrificabant: reliqui erant agni quatuordecim pro novem curiis, quarum quinque ſacrificabant ſingulæ binos, & reliquæ quatuor ſacrificabant ſingulæ ſingulos. Die tertio erant immolandi juvenci undecim, duo arietes, & hircus, quorum ſingulos ſingulæ curiæ ſacrificabant:

illum, qui הלל dicitur, atque ad certa ejus hymni carmina conjunctam malo citreo palmam modò deſcriptam agitant in quatuor mundi plagas. Id autem ſtante templo factum eſſe circum altare item, ut nunc fit circum Synagogæ ſuggeſtum traditur in Talmude Tract. סוכה, & apud Scriptorem noſtrum eodem Tract. סוכה cap. 7, art. 23.

XI. *Dierum interciſorum.* Hi ſunt illi dies, qui tum Paſchate, tum feſto Scenopegiæ inter primum & ultimum diem ſolemnem intercedunt medij: ſunt iſti quidem minus ſancti, quàm dies illi ſolemnes, & ruſus profeſtis diebus ſanctiores.

reliqui erant agni quatuordecim pro curiis decem, quarum quatuor ſacrificabant ſingulæ binos, & reliquæ ſex ſacrificabant ſingulæ ſingulos. Die quarto erant immolandi juvenci decem, duo arietes, & hircus, de quibus ſingulos ſingulæ curiæ ſacrificabant: relinquebantur agni quatuordecim pro curiis undecim, quarum tres ſacrificabant ſingulæ binos, & reliquæ octo ſingulæ ſingulos. Die quinto erant immolandi juvenci novem, arietes duo, & hircus, ex quibus ſingulos ſacrificabant ſingulæ curiæ: relinquebantur agni quatuordecim pro duodecim curiis, quarum duæ ſacrificabant ſingulæ binos, & reliquæ decem ſingulæ ſingulos ſacrificabant. Die ſexto erant immolandi juvenci octo, duo arietes, & hircus, ex quibus ſingulos ſacrificabant ſingulæ curiæ: relinquebantur agni quatuordecim pro tredecim curiis, quarum una ſacrificabat binos, & reliquæ duodecim ſacrificabant ſingulæ ſingulos. Die ſeptimo erant immolandi juvenci ſeptem, & duo arietes, & hircus, & agni quatuordecim, qui hoſtiarum numerus conveniebat cum curiarum ſacerdotalium numero: itaque ſingulæ curiæ ſingulas beſtias ſacrificabant.

Quiſquis juvencum hodierno die ſacrificârat, non ſacrificabat juvencum die craſtino: ſed munus id in orbem ibat. Jam octavo Tabernaculorum die itidem, ut cunctis diebus ſolemnibus rurſus ad ſortes ducendas omnes in unum conveniebant, ſicut alio loco poſuimus. XIII.

XIV. De numero libaminum feſto Scenopegiæ offerendorum.

Quod ſi primus Tabernaculorum dies ſolemnis in ſabbatum incideret, ferta libaminum, quæ ſacrificiis additis jugibuſque comitarentur, erant decimæ ſexaginta una, quæ nequaquam confundenda erant.

XV. Libamina non eſſe confundenda.

Nulla enim libamina confundebantur unquam: ſed fiebant ſeorſim libamina juvencorum, ſeorſim libamina arietum, ſeorſim libamina agnorum tam in ſacrificiis publicis, quàm in ſacrificiis privatis.

XVI. Exta victimarum non eſſe confundenda.

Item & victimarum tam publicarum, quàm privatarum adipes non confundebantur inter ſe; ſedenim cujuſque victimæ extà ſeorſim adolebant: quanquam ſi confuſa fuiſſent, adolebantur omnia ſimul.

Ferta libaminum ſi fuiſſent inter ſe confuſa, poſtea quàm ſua cuique eorum generi miſtura ſeorſim facta fuerat, utique eſſent idonea. XVII.

XVIII. Jam ubi primùm erat fertorum facta miſtura, hoc eſt, ubi ſimilago commiſta fuerat oleo, porro licebat de integro vina eorum confundere. Item ſacerdos cùm ferta libaminum adoleverat unumquodque ſeparatim, vina eorum confundere permiſſum erat.

XIX. Conceſſum erat etiam, ut vina libaminum heſterna cum hodiernis, privata cum publicis commiſcerentur. Item ut vina libaminum ad juvencos adhibenda permiſcerentur vino libaminum, quod adhiberi ad arietes jus erat & ad agnos: vinum autem libaminum illud, quod erat adhibendum ad agnos, nunquam confundebatur nec cum vino libaminum, quod juvencis; nec cum eo, quod arietibus adhibebatur.

XX. Et cùm res erat in integro, vinum non miſcebatur, niſi poſtquàm miſtura ſimilaginis facta, aut concremata fuiſſet ſic, ut expoſuimus.

Finis ſexti Tractatûs.

TRACTATUS VII.
DE
SACRIS TEMERATIS,

CAPUT PRIMUM.

QUI non erant idonei ad operandum ſacris, iiſdem nihilominus licebat, ut de integro jugularent victimas etiam ſanctiores: excipitur homo immundus, qui, ſi res erat in integro, non jugulabat ne tum quidem, cùm ſtaret extra atrium, atque manus extendens victimam jugularet intra atrium, id adeo, ne fortè victimæ carnem attingeret. Art. I. Victimas à quo, & ubi jugulari liceret?

Qui ſi per nefas jugulâſſet victimam, nihilominus idonea fuiſſet. Item de juvenco ſummi ſacerdotis die ſolemni Expiationum offerendo, quanquam in Lege eſt, *Et immolabit* * *eum Aaron*, nihilominus tamen ſi jugulatus eſſet ab homine alieno, idoneus fuiſſet. Et vaccam rufam ſi jugulâſſet homo alienus, eadem fuiſſet tamen idonea: nulla enim jugulatio temerabatur per hominem alienum. II. *Lev. 16. 11.*

Si quis victimas jugulâſſet, nec in jugulationem animum intendiſſet niſi quatenus ad negotium ſe ſe occuparet, hæ ſanè victimæ temeratæ fuiſſent: Etenim in jugulationem animum intenderet neceſſe erat. III.

Non licebat uno & eodem tenore duas jugulare beſtias altari ſacras: quanquam ſi quis jugulâſſet, idoneæ fuiſſent tamen. IV.

Sed ut homines duo ſimul unam & eandem beſtiam jugularent, ſeu illam altari ſacram, ſeu profanam, utique licebat. V.

II. E*Vm Aaron.* Vox *Aaron* hoc verſu non exprimitur in textu ſacro; ſed initio capitis: nec verò neceſſe fuit, cùm ſermo inſtitutus initio capitis porro continuetur.

VI. Victimas non jugulabat parvulus, etiamſi natu major ad illum aſtabat: nam victimæ requirebant animi applicationem, quæ non cadit in parvulum. Immo ſi ejus animadverſio cognoſceretur è factis, ea acciperetur non in partem leviorem, ſed in ſeveriorem: ut ſi victimam holocauſti ſtantem in parte auſtrali parvulus traxiſſet ad partem aquilonarem, atque jugulâſſet: hîc cùm eſſet perſpicuum animum ejus intendi in jugulationem victimæ, temerata fuiſſet tamen.

VII. Victimæ ſanctiores ſi fuerint jugulatæ ad auſtrum, ſi fuerit earum exceptus ſanguis ad auſtrum, temeratæ fuiſſent.

VIII. Si quis cùm eſſet ad auſtrum manum porrigeret ad aquilonem, & victimam jugulâſſet, iſta jugulatio idonea foret.

IX. Si quis cùm ſtaret ad auſtrum manum porrigeret, ac victimæ ſanguinem exciperet in parte aquilonari, iſta excipiendi ratio neutiquam idonea fuiſſet.

X. Sin autem caput, & majorem corporis partem inflexiſſet ad aquilonem, perinde erat, ut ſi in parte ſtaret aquilonari.

XI. Quòd ſi victima jugulata ad aquilonem tremens abîſſet ad auſtrum, immo etiamſi tum fuiſſet ad auſtrum abducta, tamen idonea fuiſſet. Eadem ſi tremens ad auſtrum abîſſet, redîſſetque ad aquilonem, ibique ejus eſſet exceptus ſanguis, bene eſſet. Et ſi quis cùm ſtaret extra atrium manum porrigeret intus, ac victimas minus ſanctas, quæ forent intra atrium, jugulâſſet, hæc utique jugulatio fuiſſet idonea.

XII. Si quis autem cùm ſtaret extra atrium manum porrigeret intus, ac victimæ ſanguinem exciperet, modus excipiendi non eſſet idoneus, non ſi caput etiam atque majorem corporis partem intromiſiſſet. Quin etiam miniſter ſi eſſet intra atrium totus, & peniculamentum ejus eſſet extra, miniſterium ejus temeraretur. Nam quod eſt in Lege, *Quando intratis in tabernaculum teſtimonij*, id hoc ſibi vult homines penitus ingreſſos opus eſſe.

Qui victimæ ſanguinem exciperet, in atrio eſſe oportuiſſe. *Lev.* 10. 9.

XIII. Si hoſtia tremens exceſſiſſet atrio poſtquàm ejus erat exceptus ſanguis, idonea fuiſſet: immo etiam exta & caro victimarum minus ſanctarum ſi efferrentur atrio ante ſanguinis aſperſionem, victimæ tamen erant idoneæ, ut inferiùs ediſſeretur.

XIV. Si beſtia fuiſſet intra atrium tota præter pedem unum, atque jugularetur, victima ſanè temerata fuiſſet: nam quod eſt in

Lege, *Et afferent ea Domino*, id hoc ſignificat oportere, ut Lev. 17. 5.
victimæ totæ ſint intus in atrio.

Victima ſi jugularetur cùm eſſet tota intra atrium, tum ea XV.
pedem extra atrium protenderet, oportebat carnem ad os ipſum abſcindere, & ejus deinde excipere ſanguinem. Quòd ſi ſanguis ſit exceptus ante, quàm fuerit abſciſſa caro, temerata victima fuiſſet, propter pinguedinem carnis illius, quæ extra atrium fuerat. Quæ ſi victima eſſet minus ſancta, nihil abſcindi opus erat: pes retrahebatur intra atrium, atque excipiebatur ſanguis; nam caro victimarum minus ſanctarum cùm eſſet elata ex atrio ante ſanguinis aſperſionem, nihilominus idonea fuerat.

Si victima ſuſpenſa per atrij jugularetur inane, temerata XVI.
fuiſſet. Nam quod eſt in Lege, *Ad latus altaris*, id hoc ſi- Ibid. 1. 11.
gnificat in terræ ſolo jugulandam eſſe victimam.

Quod ſi victimam in terra jacentem miniſter in aëre ſuſpen- XVII.
ſus jugularet, victima ſi ſanctior erat, temeraretur; ſin minus ſancta, idonea eſſet.

Si quis jugulans victimas, aut * ſignorum partem minorem XVIII.
reſecâſſet extra atrium, & reliquam partem intra atrium, aut eorum partem minorem reſecâſſet in parte auſtrali, & reliquam partem in aquilonari parte, hæ ſanè victimæ temeratæ fuiſſent. Habetur enim ratio jugulationis à principio uſque ad finem.

Miniſter ſuſpenſus ſi de collo victimæ in terra jacentis ſan- XIX. Quid in excipiendo ſanguine victimam temeraret?
guinem exciperet, ſanè temeratus eſſet ſanguis; quia enim iſta ratio non convenit * miniſterio ſacro.

Qui ſi miniſter in terra ſtaret, atque è manu pateram ita ſuſ- XX.
penderet, ut exciperet ſanguinem per inane: item ſi victimam ita ſuſtuliſſet, ut ejus ſanguinem exciperet per inane, idoneus eſſet ſanguis: etenim inane loci pro loco putatur ipſo.

Si miniſter pateram unam in altera impoſuiſſet, atque ſan- XXI.
guinem excepiſſet, idoneus eſſet. Namque vas unum in altero ejuſdem generis impoſitum nihil diſcriminabat. Si muſcum dediſſet in pateram, atque ita excepiſſet ſanguinem, ſanguis eſſet idoneus. Sanguis enim per muſcum ut pote pervium,

XVIII. *Signorum partem.* Monui ſuperiùs voce ſignorum סימנים uti Rabbinos ad ſignificandũm œſophagum & aſperam arteriam.

XIX. *Miniſterio ſacro.* Namque ſacris operantes recti ſtarẽt in pedes oportebat.

nullo obſtante diſcrimine in pateram defluxiſſet: non erat ita de pugillo è ferto eximendo; nam ſi miniſter eum de muſco exemiſſet, temeratum fertum eſſet.

XXII. Jam unumquodque horum ſanguinem excipere, portare ad altare, & eidem aſpergere, tum etiam hoſtiæ membra portare ad collem, is demum ſacerdos ritè faciebat, qui ad operandum ſacris eſſet idoneus, quemadmodum in explicando pugillo ferti, & capite avis contorquendo poſuimus.

XXIII. Et niſi pedibus iretur, non erat legitima portatio: itaque ſacerdos magnus ſi ſanguinem excepiſſet, atque loco manens ſuo altari aſperſiſſet, hoſtia temerata fuiſſet.

XX V. Si quis hoſtiæ ſanguinem dextrâ exceptum deinde ſiniſtræ tradidiſſet, eundem dexteræ redderet oportebat: ſi quis hoſtiæ ſanguinem excepiſſet vaſe profano, hoſtia temerata fuiſſet: ſi quis hoſtiæ ſanguinem vaſe ſacro exceptum in vas profanum infudiſſet, rurſus in vas ſacrum infunderet.

XXV. De vaſe ſanguis in pavimentum effuſus ſi colligeretur, idoneus erat: ſi de collo hoſtiæ in pavimentum funderetur, tum deinde collectus in vas ſacrum inderetur, temerata fuiſſet hoſtia.

XXVI. Si de hoſtiæ collo pars ſanguinis funderetur in terram, eaque non colligeretur, pars in vas ſacrum reciperetur, rectum erat: modò tamen reciperetur ſanguis vitæ, non reciperetur autem neque ſanguis vi expreſſus, neque ſanguis corij.

XXVII. Si quis ad operandum ſacris haud idoneus cujuſvis hoſtiæ ſanguinem excepiſſet, vel ad altare portâſſet, vel altari de more aſperſiſſet, hoſtia temeraretur. Si ſacerdos idoneus hoſtiæ ſanguinem excepiſſet, atque tradidiſſet homini haud idoneo, ſiquidem iſte cum ſanguine illo non ambulâſſet, ſed ſuo ſtetiſſet loco, illum ſacerdoti redderet idoneo. Sin autem aliquis ad operandum ſacris haud idoneus hoſtiæ ſanguinem portâſſet aliquatenus, tum illum dediſſet idoneo, qui illum porro portaret: contráque ſanguinem hoſtiæ ſacerdos idoneus primò portâſſet aliquatenus, tum illum dediſſet homini haud idoneo, iſque ſanguinem porro portâſſet, quoniam ſanguinem aut primò, aut poſtremò portaverat haud idoneus, hoſtia temeraretur, quippe quam rem corrigi eſſet nefas.

XXVIII. Si homo haud idoneus hoſtiæ ſanguinem excepiſſet, modò ſupereſſet

ſupereſſet ſanguis vitalis, eum de integro idoneus exciperet, deportaret, ſpargeret: neque enim eum, qui ſupereſſet, ſanguinem, reliquias efficiebant homines ulli ad ſacra adminiſtranda haud idonei, præter ſacerdotem immundum: hic quoniam idoneus erat, qui ſacrum adminiſtraret illud, quod etiam cum inquinamento fieri fas erat, ut alio loco diſputavimus, verò reliquias efficiebat ita, ut ſi ſanguinem hoſtiæ ſacerdos excepiſſet immundus, ut etiam ſecundum illum de integro idoneus ſanguinem exciperet, ac ſpargeret, hoſtia temeraretur tamen. Nam quidquid poſtremò exciperet idoneus, reliquiæ fuiſſent, ac pro nihilo putarentur.

Si de membris hoſtiæ jugulatæ ante receptum ſanguinem XXIX. quantulumcunque demeretur, hoſtia temeraretur: vel auris particula ſi fuerit abſciſſa priùs, quàm eſſet receptus ſanguis, porro non reciperetur. Nam quod eſt in Lege, *Tollet quoque* *Lev.16.14.* *de ſanguine vituli*, id hoc ſibi vult opus eſſe, ut ſit integer dum recipitur ejus ſanguis. Quod ſi quis de hoſtia mutila recepiſſet ſanguinem, atque altari aſperſiſſet, res tota temerata fuiſſet utique.

Si poſt ſanguinem receptum quidem, ſed necdum altari aſ- XXX. perſum mutilaretur hoſtia; immo ſi ante ſanguinis aſperſionem hoſtiæ caro omnis amitteretur, aut abſumeretur igni, modò ſupereſſet carnis, aut extorum ea magnitudo, quæ oleam æquaret, altari ſanguis aſpergeretur: non item ſi minus hoc ſupereſſet. Et quoniam holocauſtum igni abſumebatur totum, ſatis erat ſi ſupereſſet inde carnis id, quod oleæ dimidium adæquaret, & tantundem extorum.

Si quod remanſiſſet magnitudine oleæ concederet, ſanguis XXXI. altari non fuiſſet aſpergendus: ſin aſperſus fuerit, gratus non eſſet. Quòd ſi ante ſanguinis aſperſionem hoſtiæ caro temeraretur, aut portaretur extra atrium, omnino ſanguis non erat altari aſpergendus: verùm ſi fuerit aſperſus, gratus & acceptus eſſet.

Victimarum minus ſanctarum caro ſi portaretur extra atrium XXXII. ante ſanguinis aſperſionem, tum altari ſanguis aſpergeretur interea dum caro foris erat, victima nihiloſecius legitima foret. Nam iſta quidem caro tandem aliquando ex atrio efferenda erat: ſed hæc aſperſio eò valebat, ut extra atrium portata caro

cremaretur, non item ut comederetur. Et exta victimarum minus ſanctarum ſi fuerint extra atrium portata ante ſanguinis aſperſionem, tum fuerit aſperſus altari ſanguis interea dum erant exta foris, prorſus victima non temeraretur: immo ſi exta reportarentur intra atrium, adolerentur.

XXXIII. Quæ ſi exta non reportarentur intra atrium, tamen de iis pœna erat propter fœtorem, propter reliquias, & propter inquinamentum.

XXXIV. Atque omnium privatarum victimarum ſive caro fuerit inquinata & conſervata adeps, ſive contrà, ſanguis altari aſpergebatur: ſi utrumque fuerit inquinatum, altari quidem ſanguis aſpergendus non erat: verùm ſi fuerit aſperſus, gratus fuiſſet: nam inquinamentum expiabat aurea illa * lamina. Itaque & holocauſti exta membravè inquinata ſi quis adoleverit, & iſtud etiam expiabat lamina illa aurea, ut ante docuimus. Atque omnium hoſtiarum publicarum cùm fuerit inquinata caro ſimul & adeps tota, altari tamen aſpergeretur ſanguis.

XXXV. Cujuſcunque victimæ ſanguis efferretur atrio, victima temeraretur: qui ſi ſanguis reportaretur intra atrium, atque altari aſpergeretur, Deo gratus non eſſet.

XXXVI. Victimarum omnium ſanguis prorſum nullo pacto contaminabatur. Nam quòd de ſanguine ſcriptum videmus, *Quem ſuper terram quaſi aquam effundes*, hujus ea vis eſt, ut qui ſanguis itidem, ut aqua funderetur, is perinde quaſi aqua inquinamento foret obnoxius: victimarum autem ſanguis, qui non item ut aqua fundebatur, inquinamentum omnino conciperet nullum.

Deut. 12. 16

XXXVII. Hoſtiæ ſanguis ſi protinus altari non aſpergeretur, ſed reſervaretur uſque dum ſol occubuiſſet, hoſtia temerata fuiſſet ſcilicet: tum ſi ſanguis deinde aſpergeretur altari, Deo acceptus non eſſet.

CAPUT SECUNDUM.

ART. I. In altari exteriori non requiri numerum

QUARUMCUNQUE victimarum ſanguis altari exteriori aſpergebatur, ad expiandum ſatis erat aſperſionem fieri vel unicam: immo verò & in hoſtia pro peccato omnino

XXXIV. *Lamina.* Qua ſummi pontificis frons alligabatur.

una aſperſio requirebatur neceſſariò: reliquas enim quatuor aſperſionēs fieri rectum ac laudabile erat: Eſt enim in Lege, *Sanguinem hoſtiarum fundes in altari*; nempe fuſio ſanguinis ſuper altare ea præcipua fuit. aſperſionū integrum. *Deut.* 12. 17

Et ſanguis in altare ſpargendus ſi funderetur, tamen rectum erat, quia ſcriptum eſt, *Sanguinem hoſtiarum fundes.* II.

Quarum autem victimarum ſanguis altari aſpergebatur interiori ſi vel una omitteretur aſperſio, expiatio nulla erat: hîc enim erant aſperſiones ad expiandum neceſſariæ omnes, quippe quarum numerus expreſsè in Lege ſcribitur, *Septem vicibus.* III. In interiori numerum requiri plenum. *Lev.* 8. 11.

Si de ſanguine hoſtiæ pro peccato facta fuiſſet aſperſio una, atque moreretur is qui hoſtiam offerebat, porro poſt ejus mortem efficiebantur aſperſiones quatuor. IV.

Sin aſperſionum una facta eſſet de die, tres aliæ nocte non fiebant. V.

Si quis autem unâ aſperſionum intus factâ reliquas foris perficeret, pœnam commeruiſſet, propterea quod ſacrificâſſet foris. VI.

Si ſpargentis manus præcideretur ante, quam ſanguis veniſſet in altaris auram, pro nihilo putaretur aſperſio. VII.

Si cornibus altaris aliis atque oportebat ſpargeretur ſanguis hoſtiæ pro peccato, ſeu ſuper interiori, ſeu ſuper exteriori altari ſacrificandæ, hæc videlicet hoſtia temerata eſſet: idem verò cùm in ceteris fieret hoſtiis, illæ fuiſſent idoneæ. VIII. Quid porro victimam in aſpergendo ſanguine temeraret?

Si quis partem altaris cornibus interiorem reſperſiſſet, ſeu ſanguine hoſtiæ pro peccato, ſeu cunctarum hoſtiarum, temerata res eſſet: neque hac re quidquam inter altare interius exteriuſque differebat. IX.

Si quo ſanguine altare oportebat ſupra dimidiam ſui partem aſpergi, aſpergeretur inferiùs; aut quo oportebat infra dimidiam partem aſpergi, aſpergeretur ſuperiùs: ſi quo ſanguine oportebat altare templi interius aſpergi, aſpergeretur altare exterius; aut quo oportebat altare exterius aſpergi, aſpergeretur altare templi interius: Et ſi ſanguis, quem oportebat foris fundi, funderetur non in baſim altaris, ſed in ejus collem, victimæ fuiſſet temerata caro. Verùm enim offerentium delicta expiabantur ubi primùm victimarum ſanguis altare tetigiſſet: Etenim hoſtiarum ſanguis, quod ad expiationem attinebat, X.

tametſi locum ſuum non obtinebat, perinde erat ut ſi obtineret. Nempe ſic ſe res habebat: ſi qui ſanguinem ſpargebat, is erat ad ſacra adminiſtranda idoneus: ſin hoſtiæ ſanguinem excepiſſet idoneus, atque dediſſet haud idoneo, iſque aſperſiones ſuperiores feciſſet inferiores, aut interiores feciſſet exteriores; contráque exteriores feciſſet interiores, aut ſanguinem fudiſſet in collem, non in baſim altaris, non eſſet hoſtiæ temerata caro, ſiquidem aliquid vitalis ſanguinis in hoſtia ſupereſſet: nam idoneus ille rurſum exciperet hoc reliquum ſanguinis, eumque ſuo loco aſpergeret.

XI. *Quid fieret ſi ſanguis unius cum alterius hoſtiæ ſanguine confunderetur?* De permiſtione ſanguinis hoſtiarum, ſeu victimæ unius ſanguis cum ſanguine alterius victimæ commiſceretur, ſeu multæ & variæ pateræ inter ſe confunderentur; ſi modò è quolibet eorum, qui ſunt inter ſe confuſi, ſanguine omnino una facienda erat aſperſio, item ex toto una fiebat aſperſio: ſin è quolibet ſanguine ſeorſim quatuor oportebat aſperſiones fieri, item ex toto aſperſiones fiebat quatuor: Quòd ſi ſanguis, ex quo oportebat unam fieri aſperſionem, confuſus eſſet cum ſanguine, ex quo fiebant aſperſiones duæ, quæ eædem ſpeciem haberent aſperſionum quatuor, ex toto fiebat aſperſio unica. Si qui erat altari aſpergendus in parte ſuperiori ſanguis cum ſanguine miſceretur eo, qui aſpergebatur altaris parti inferiori, totum ſimul in foſſam effundebatur, & ipſæ victimæ temeratæ fuerant. Vel reliquiæ ſanguinis hoſtiæ pro peccato ſi confunderentur cum ſanguine holocauſti, licet totum hoc oporteret alioquin altaris parti inferiori aſpergi, nihilominus in foſſam funderetur.

XII. Si quis nihil percunctatus ſanguinem ita miſtum aſperſiſſet altari ſuprà & infrà, bene fuiſſet: ſi quis cùm altari ſuprà aſperſerat de ſanguine ita miſto, tum demum quæſiſſet, idem & altari aſpergeret infrà, atque hæ duæ illius aſperſiones ſimul probarentur.

XIII. Si ſanguis interiori altari aſpergendus commiſceretur eo ſanguine, quem altari exteriori aſpergi oportebat, totum hoc in foſſam funderetur. Quo de ſanguine ita miſto ſi quis nihil quæſiſſet, atque altari interiori ſimul & exteriori aſperſiſſet, bene eſſet, ſeu aſperſiſſet interiori priùs, quàm exteriori, ſeu contrà. Sic erat enim de quovis hoſtiarum ſanguine, quem

oportebat altari exteriori aſpergi, præter ſanguinem hoſtiæ pro peccato. Nam ſi quando ſanguis hoſtiæ pro peccato altari exteriori aſpergendus miſceretur cum ſanguine hoſtiæ pro peccato, quem interiori altari aſpergi jus erat, atque ſanguis ille miſtus aſpergeretur primùm altari exteriori, tum interiori, rectum eſſet: ſin primùm interiori, tum deinde altari exteriori aſpergeretur, pravum: ſanguis enim hoſtiæ pro peccato ſimul ut in templum erat illatus, interdicebatur tota hoſtia, hoſtia etiam hominis privati, quæ alioquin comedenda fuerat, quia ſcriptum in Lege eſt, *Hoſtia enim quæ cæditur pro peccato, cujus ſanguis infertur*, &c. Sic ſe res habebat ſiquidem ſanguis per templi portam inferebatur: nam verbum illud Legis *infertur* ſignificat viam illam, quâ quiſque templum ingredi ſolebat. Itaque ſanguis ſi per oſtiolum, ſi per feneſtram, ſi per tectum inferretur, neutiquam temeratus eſſet. *Lev. 6. 30.*

XIV. Temerarêturne victima, ſi ſanguis ejus in interiorem templi partem, quàm par erat, inferretur?

Cùm in templum inferretur ſanguis *juvenci ob ignorantiam*, aut *hirci idololatriæ*, temeraretur, ſi tamen inferretur in Sanctum Sanctorum, qui hujus ſanguinis erat locus interior. Jam qui erat ſolemni Expiationum die immolandus juvencus & hircus, horum utique ſanguis in Sanctum Sanctorum inferebatur: Ex hoc igitur ſanguine in Sanctum Sanctorum illato ſi factæ fuiſſent aſperſiones aliquæ, idemque inde in templi partem exteriorem efferretur, porro non eſſet idoneus, ex quo reliquæ aſperſiones in Sancto Sanctorum fierent: ut extuleras, actum erat. Et ſi poſt factas in Sancto Sanctorum aſperſiones omnes porro ſanguis hic in exteriorem templi partem ferretur, ibique partim aſperſionum fierent, atque ſanguinis reliquum prorſus extra templum portaretur, continuóque referretur intra templum, reliquæ aſperſiones in exteriore templi parte neutiquam efficiebantur: ſanguis enim ut loco ceſſerat ſuo, temerabatur.

XV.

Si ſanguis hoſtiæ pro peccato pateris exciperetur duobus, atque earum altera portaretur forâs, quæ remanſiſſet intus, idonea erat ex qua fierent aſperſiones: ſin earum altera intra templum inferretur, atque ex eadem intra templum aſperſiones fierent, & altera quoque patera exterior temeraretur, nam quod eſt in Lege, *Cujus ſanguis infertur*, id ſignificat vel parte ſanguinis in Sanctum illata ad expiandum, hoſtiam prorſus temerari. *Ibidem.*

XVI. Si quis in templum intuliſſet ſanguinem hoſtiæ pro peccato ad expiandum, nec expiationem patrâſſet, ſed idem nullâ factâ aſperſione ſanguinem è templo reportâſſet, ſanguis, quoniam in Sancto expiatio patrata non eſſet, idoneus erat, ex quo foris aſperſiones fierent, ſiquidem per imprudentiam erat in templum illatus: nam ſi cóntumaciter inferretur, temeraretur ſcilicet.

XVII. Hoſtia ipſa pro peccato ſi fuiſſet intra templum illata, nihi-
Lev. 6. 30. lominus erat idonea: Scriptum eſt enim, *Cujus ſanguis infertur*, &c.

XVIII. Avis ſi expirans ita ſe ſe agitâſſet, ut tandem in templum intrâſſet, idonea erat tamen.

XIX. Jam ſi quis hoſtiæ pro peccato volucris ſanguinem collo ipſius contentum intra templum portâſſet, dubium erat, an collum avis pro vaſe putaretur, necne.

XX. Si volucris hoſtiæ pro peccato ſanguis in pavimentum fuſus colligeretur, dubium erat, an vaſe temeraretur, necne: quare cremabatur itidem, ut omnis volucris hoſtia pro peccato, de qua dubium erat.

XXI. Sanguis hoſtiæ pro peccato ſi receptus eſſet in pateras quatuor, atque ex unaquaque patera fieret una aſperſio, porro quidquid in unaquaque reliquum fuiſſet funderetur ad alta-
Ibid. 4. 30. ris baſim juxta Legis edictum, *Reliquum fundet ad baſim ejus*: ſin aſperſiones quatuor de una & eadem patera, reliquiæ pateræ ejus funderentur ad baſim altaris; pateræ autem reliquæ in foſſam effunderentur.

XXII. Sanguis hoſtiarum ſi decidiſſet in aquam, aut in ſanguinem communem, nihil inde altari aſpergeretur: Et ſi quid aſperſum eſſet, temeratum eſſet. Sin in ſanguinem paterâ contentum aqua cecidiſſet, idoneus eſſet, ſiquidem colorem & ſpeciem ſanguinis non amiſerit: ſin in hoſtiarum ſanguinem incidiſſet vinum, aut ſanguis communis, id quod incidiſſet pro aqua putandum erat: quæ ſi aqua fuiſſet idonea ad diluendum ſanguinem adeo, ut omnino ſanguinis ſpeciem amitteret, nihil inde fuiſſet altari aſpergendum: ſin autem aqua illa non eſſet ea, quæ colorem ſanguinis deleret, id altari aſpergi licebat.

XXIII. Sanguis hoſtiarum ſi commiſceretur cum ſanguine animantium, quæ ab altari Lege prohibentur, aut etiam cum ſangui-

ne victimarum, quæ per jugulationem temeratæ fuiſſent, miſtum hoc totum in foſſam infunderetur: immo verò ſi pateræ libatæ fuiſſent omnes extra unam, ea in foſſam funderetur, atque victimæ illæ cunctæ fuiſſent temeratæ. Nam ſi miſceretur cum ſanguine vi expreſſo, omnino in foſſam funderetur: verùm enim ſi quis nihil percunctatus ſanguinem iſtum altari aſperſiſſet, rectum eſſet.

Si quis exta, membraque holocauſtorum, ſi pugillos fertorum, ſi thura, ſi ferta igni abſumenda poſtea, quàm in vaſis divinis conſecrata fuerant, ſi quæcunque iſtorum projeciſſet in ignem, ſeu vaſe, ſeu manu, ſeu dextrâ, ſeu lævâ, recta fuiſſent tamen. XXIV.

Vinum & aquam ſi quis libâſſet, vel ſcutellâ, vel hinne, vel quolibet alio è vaſis ſacris, idonea fuiſſent: Eadem ſi quis libâſſet, aut vaſe profano, aut ſua ipſius manu, temerata eſſent. XXV.

Si quis aut ſuper diſpoſitis in altari victimarum membris, aut ſuper inſtructo in altari pugillo ferti etiam ſtrueret ligna rogi; item ſi ea, quæ modò diximus, diſpoſuiſſet ad lignorum latus, dubium erat, an hæc eſſet legitima adolendi ratio, necne. Itaque de integro faciendum non erat; ſin factum fuerit, acceptum eſſet. XXVI.

CAPUT TERTIUM.

ART. I. Victimas ſanctiores in ſummo altari jugulari licuiſſe.

VICTIMÆ ſanctiores ſi jugularentur in ſummo altari, perinde erat quaſi ad ſeptentrionale latus jugulatæ fuiſſent: nam quod ſcriptum videmus, *Et offeretis ſuper eo holocauſta & pacifica veſtra*, ſatis declarat totum altare fuiſſe idoneum, in quo jugularetur holocauſtum, & victima pacifica. *Exod.* 20. 24.

II. Holocauſtum ſi fuiſſet in ſummo altari jugulatum, aut ſi ſimul ac jugulatum inferiùs erat in ſummum altare tolleretur, eodem ipſo loco oportebat corio exui, atque in artus diſpertiri: inde demittebantur inteſtina, atque lavabantur inferiùs, rurſuſque in altare tollebantur: tum corium item demiſſum dabatur ſacerdotibus.

III. Simul ut quid ad adolendum

Et reliquæ victimæ, ſi ſtatim atque jugulatæ fuerant, in altare tollerentur, eodem ipſo loco corio exui, atque in membra diſpertiri neceſſe erat, tum inteſtina demitti & lavari deorſum,

idoneum conſcenderat altare, porro non deſcendiſſe.

rurſuſque in altare ſuſtolli: deinde corium earum & carnem pariter demitti, atque offerentibus tribui: tum reliquum adoleri. Quid igitur erat quòd victima non demitteretur tota ſimul, ſed in altaris faſtigio corio exueretur, atque diſpertiretur? Nempe quidquid idoneum erat quod adoleretur, id ſimul ut in altare ſublatum erat, porro non deſcendebat: eſt
Exod. 29. 37. enim in Lege, *Omnis qui tetigerit illud ſanctificabitur.* Sed forſan & illud etiam, quod non erat idoneum ad adolendum?
Lev. 6. 9. Non ita: ſcriptum eſt enim, *Holocauſtum cremabitur*, ex quo efficitur illud ſicut holocauſtum ad cremandum idoneum ſimul ac altare conſcenderat, item & quidquid erat ad cremationem idoneum, ut erat in altare ſublatum, porro non deſcendebat.

IV. Holocauſtum adhuc vivum cùm in altaris faſtigium aſcendiſſet, id deſcenderet utique, quippe quod necdum ad cremandum erat idoneum.

V. Item & pugillus ferti necdum in vaſis divinis conſecratus, cunctaque ab altari Lege prohibita ſi conſcendiſſent altare, deſcenderent, quippe quæ de integro ad adolendum non erant idonea.

VI. Et victimarum aliqua ſi jugulata noctu fuiſſet, ſi fuiſſet ejus ſanguis in pavimentum effuſus, ſi denique ex atrio exceſſiſſet, atque in altare tolleretur, itidem deſcenderet.

VII. Si victimæ pernoctâſſent: & ſi pernoctâſſent ſanguis, caro, extaque: ſi victima atrio exceſſiſſet: ſi contaminata, aut temerata fuiſſet ratione temporis, loci, mutationiſque: ſi ſanguinem ejus excepiſſent, atque altari aſperſiſſent ſacerdotes immundi, qui quidem erant idonei ad adminiſtranda ſacra illa, quæ cum inquinamento fieri licebat: item ſi ſanguis ejus eſſet alio quàm oportebat loco ſparſus: jam victimæ ſanctiores ſi jugularentur ad meridiem, item ſi ſanguis earum exciperetur ad meridiem, hæc omnia ut temerata fuiſſent, tamen cùm eſſent in altare ſublata, porro non deſcenderent.

VIII. Quæcunque * temerabantur in Sancto, tamen à Sancto recipiebantur: verùm ut ſublata illuc porro non deſcendebant,

VIII. *Temerabantur in Sancto.* Hoc loco *in Sancto* pro *in altari* ponitur, id adeo, quòd altaris ſanctimonia eſſet tanta, ut ejus tactu, ut ante dictum, cuncta ſancta efficerentur.

bant, item ſi ſemel deſcendiſſent, non ſuſtollebantur denuo, ſiquidem temerata erant.

Quæ ſi ignis jam invaſiſſet, tametſi deſcendiſſent, rurſus in IX.
altare ſuſtollebantur, atque prorſus adolebantur.

Pugillus ferti corruptus, cujus eſſet pars in terra, pars in al- X.
tari jam inflammata, ille videlicet totus erat in altare ſuſtollendus.

Victimarum membra, & adipes, item & pugilli fertorum ſi XI.
pernoctârint in altaris faſtigio, perinde erat, ut ſi pernoctâſſent in atrio: itaque ſi de altari deſcendiſſent, porro non ſuſtollerentur: verùm enim ſi non deſcendiſſent, ſemper adolebantur.

Jam aura altaris pro altari ipſo habebatur: victimarum minus XII.
ſanctarum exta ſi fuiſſent ante ſanguinis aſperſionem in altare ſublata, non deſcendebant eò, quòd altaris pabula jam eſſent facta.

Si quis hoſtias pro delicto ſeparâſſet duas, quarum altera al- XIII.
terius eſſet pignus, tum jugulâſſet ambas, atque earum unius exta in altare ſuſtuliſſet ante ſanguinis aſperſionem, hæc utique deſcenderent.

Victima & libamina temerata ſi fuiſſent in altare ſublata, XIV.
omnino victima non deſcenderet, quippe quæ erat idonea ad cremandum: libamina verò deſcendebant. Item & libamina ſeorſim per ſe ipſa fieri ſolita, ſi temerata in altare ſuſtollerentur, deſcendebant.

Hoſtia volucris, cui homo alienus collum torſerit, ſi fuiſſet in XV.
altare ſublata non deſcendebat: Et pugillus è ferto per hominem alienum exemptus, ſi tolleretur in altare, deſcendebat: etenim horum utrumque temeratum fuerat; ſed poſtremum hoc perinde habebatur, ac ſi omnino conſecratum fuiſſet nunquam. Jam de homine alieno, & alia de cauſa temeratis, idem eſt dicendum.

Hæc verò ſi fuiſſent in altare ſublata, deſcenderent. Quæ- XVI.
cunque non erant ad adolendum idonea, caro victimarum tum ſanctiorum, tum minus ſanctarum, reliquum manipuli agitationis, itemque reliquiæ fertorum, duorum panum, & panum propoſitionis, & ſuffimenti, & ab agnorum capite lana, & ab hircorum barba pilus, oſſa, nervi, cornua, ungulæ dum erant ex animanti detracta, ſi tollerentur in altare, deſcenderent.

XVII. Si de pugillo ferti oleum exprimeretur in aliquod ex oſſibus hoſtiæ, tum os illud ex altari deſcendiſſet, rurſus in altare tolleretur: erat enim dubium, utrùm pro rebus in altare denuo tollendis haberentur ea, quæ ipſis conjungerentur.

XVIII. Altare interius conſecrabat res temeratas cùm ipſi idoneas, tum etiam haud idoneas: exterius autem altare eas demum conſecrabat res temeratas, quæ ipſi fuerant idoneæ, ſicut alio loco docuimus: ut ſi in exterius altare tollerentur victimæ temeratæ, non deſcenderent; in idem ſi tolleretur ſuffimentum alienum, hoc quidem certè deſcenderet, quia ſuffimentum altari exteriori non conveniebat: ſin in altare interius tolleretur pugillus ferti ſeu idoneus, ſed temeratus, non deſcendebat. Eadem eſt ratio ceterorum hujus ſimilium. Atque ut altare, ſic & collis, ac reliqua inſtrumenta ſacra res ſibi convenientes conſecrabant: namque de inſtrumentis ſacris ſcriptum videmus, *Qui tetigerit ea, ſanctificabitur.* Collem igitur ubi tetigerat res aliqua conveniens etiam temerata, non deſcendebat. Et vas ſacrum ſi quæ res conveniens etiam temerata tetigerat, conſecrabatur: nec verò redimebatur unquam, ut in Tractatu de Rebus Altari Interdictis expoſuimus.

Cunctorũ vaſorum ſacrorum tactu res convenientes ſacrari.

Exo. 30. 29

XIX. Vas liquidis rebus aptum non conſecrabat rem aridam, nec rebus aridis aptum vas conſecrabat rem liquidam: nempe ſic erat de templi menſuris liquidorum & aridorum: pateræ autem liquida pariter & arida conſecrabant, cunctaque vaſa divina conſecrabant ſanguinem, alioquin ad ſacrificandum haud idoneum.

XX. Omnino omnia vaſa divina niſi intra templum, & cùm ad hoc intenderetur animus ejus, qui indebat, nihil conſecrabant: porro illorum una pars interior ad conſecrandum tum demum valebat, cùm eſſent integra: Quæ ſi perforata fuiſſent, modò adhiberentur etiam iiſdem operibus efficiendis, quibus adhibebantur integra, conſecrabant: ſecus autem ſi non adhiberentur: jam ut ad conſecrandum valerent, complerentur neceſſe erat. Menſuræ verò quamvis parum continerent, id videlicet conſecrabant, modò homini, qui hoc indiderat, eſſet in animo eas deinceps explere: cujus ſi non eſſet ea mens, menſuræ parum illud ſatis conſecrabant ad temerandum, non item ad ſacrificandum.

Item vaſa divina rem extra tempus ſatis conſecrabant ad temerandum, non item ad ſacrificandum: ut ſi quid imperatum in diem nocte conſecraretur in vaſe divino, temeratum eſſet, adeoque cremandum fuiſſet, non ſacrificandum: ſi quis igitur noctu pugilli plenitudinem è ferto exemptam in vas divinum indidiſſet, cremari illam oporteret. XXI.

Si quid in altari rumperetur, cunctæ quidem, quæ erant in Sanctuario jugulatæ victimæ, quarum nondum eſſet aſperſus altari ſanguis, temerabantur; quippe cùm nullum eſſet altare cui ſanguis aſpergeretur; nam huic Legis dicto, *Et offeretis ſuper eo holocauſta, & pacifica veſtra*, hæc eſt ſubjecta vis, ut tum demum victimas mactes, altare cùm eſt integrum, non item cùm eſt infractum. XXII. Rupto altari jugulatas victimas temerari. *Exo.* 20. 24

Sin autem victimæ vivæ eſſent in atrio, cùm in altari quid rumperetur, illæ verò non temerabantur: ſed altare cùm reædificatum fuerit, illæ mactabantur. Etenim animantes vivi rejiciebantur nunquam. XXIII.

Si quis beſtias ſacrâſſet ante, quàm altare fuiſſet ædificatum, hæ ſacrificarentur poſt ædificatum altare: nam quod erat à principio impedimentum, porro nihil erat. XXIV.

Quin etiam cùm erat infractum altare, victimæ non comedebantur: Eſt enim in Lege, *Et comedite illud abſque fermento juxta altare:* atqui eadem ratio erat & ſacrificiorum minus ſanctorum, quæ non comedebantur in urbe Hieroſolyma, cùm fuerat infractum altare, donec reædificaretur. XXV. *Lev.* 10. 12.

CAPUT QUARTUM.

PARTUS hoſtiæ pro peccato, & commutatio hoſtiæ pro peccato, & hoſtia pro peccato, cujus eſt jam mortuus dominus, & hoſtia pro peccato perdita ſi reperiretur poſt factam domini expiationem, iſtæ videlicet morerentur oportebat. Si poſtrema iſta reperiretur poſtea, quàm altera hoſtia ſeparata ac jugulata fuerit, ſed ante aſperſum altari ſanguinem, dubium erat utrùm mori illam, an paſci oportebat, donec aliquo vitio afficeretur; & hanc ipſam ob cauſam mori ſinebatur. Jam cùm dicitur mori illas jus eſſe, non ſic accipiendum eſt quaſi inſtrumento, manu occiderentur: ſed introduceban- ART. I. Quaſdam hoſtias non occiſas, ſed loco aliquo incluſas per ſe mori.

tur domum, quæ occludebatur interea dum illæ mortuæ fuerant. Atque hæc omnia uſque à Moyſe tradita ſunt: verùm enim ad ſolam hominis privati hoſtiam pro peccato ſpectant. Etenim Eccleſiæ hoſtia pro peccato amiſſa ſi repeiretur poſt factam expiationem, ſeu illa fuerit ad ſacrificandum idonea, ſeu non fuerit, paſceretur, donec aliquo vitio fuerit affecta: tum venderetur, ac pretium ejus in * holocauſtum voluntarium impendebatur. Jam verò de Eccleſiæ hoſtia pro peccato nihil horum dici poteſt, *partus*, *commutatio*, *cujus eſt jam mortuus dominus*: cunctæ enim Eccleſiæ victimæ mares erant: neque Eccleſia victimæ mutationem faciebat, ut alio loco diſputabitur: neque porro Iſraëlitæ ſimul omnes moriebantur.

II. Juvencus & hircus diei Expiationum ſi amiſſi fuerint, & eorum loco alij ſubſtituerentur: item & hirci idololatriæ ſi amiſſi fuerint, & eorum loco ſubſtituerentur alij, paſcerentur, donec fuerint affecti vitio: tum venderentur, atque redacta ex illis pecunia in holocauſtum voluntarium impenderetur: namque Eccleſiæ hoſtia pro peccato nulla ſinebatur mori: ſed qua de cauſa non ſacrificabantur ipſi pro holocauſto voluntario, quandoquidem mares erant? Ne fortè id fieret & poſt expiationem, ſi quando fieret ante.

III. Si quis hoſtiam pro peccato ſuam ſegregatam amiſiſſet, atque in ejus locum ſegregâſſet aliam, tum repertâ primâ ex duabus aſtantibus alteram protinus in piaculum protraxiſſet, alteram mori jus erat: Eidem de electione deliberanti conſulebant, ut in piaculum ſumeret quam primam ſegregaverat: altera paſcebatur, donec vitio afficeretur: tum redactâ ex illa pecuniâ emebatur holocauſtum voluntarium: ſin harum duarum hoſtiarum una fuiſſet integra, altera vitiata, ſacrificaretur integra, vitiata redimeretur: ſin vitiata jugularetur ante, quàm integræ ſanguis eſſet altari aſperſus, nullam prorſus ad rem illâ li-

I. *In holocauſtum voluntarium impendebatur.* Textus habet וִיפְּלוּ דָּמִיָה לִנְדָבָה, quæ verba cùm paſſim in Miſna & Gemara uſurpantur, tum verò Tract. תמורה occurrunt in Miſna ad art. 3. cap. 3. Ibi Majemonides ea ſic exponit: בְּכָל מָקוֹם שֶׁהוּא אוֹמֵר יִפְּלוּ דָּמִיהָ לִנְדָבָה רוֹצֶה לוֹמַר שֶׁיַּקְרִיבוּ בְּאוֹתָן דָּמִים עוֹלַת נְדָבָה. Quod eſt: „ Ubicunque dicitur יִפְּלוּ דָמִיה לִנְדָבָה, ſententia ejus eſt, ut ea pecunia impendatur in *holocauſtum voluntarium*. Fugit hæc interpretatio clariſſ. Buxtorfium, qui verbum hoc לִנְדָבָה vertit in *arcam eleemoſynariam*. Erravit.

cebat uti: ſin affectæ vitio fuiſſent ambæ, ambæ venderentur, atque redactâ ex illis pecuniâ compararetur hoſtia pro peccato, & reliquum pecuniæ in holocauſtum voluntarium impenderetur.

Jam ſi quis hoſtiam pro peccato ſuam ſegregatam amiſiſſet, IV. idemque in ejus locum ſegregâſſet aliam, atque etiam amiſiſſet, rurſuſque ſegregâſſet aliam, tum amiſſas illas reperiret, atque è ternis aſtantibus primam in piaculum ſumeret, alteram mori jus erat, & paſci tertiam. Idem ſi de tertia piaculum feciſſet, item alteram mori jus erat, & paſci primam. Sin autem de ſecunda piaculum feciſſet, duas alias mori jus erat.

Si quis hoſtias pro peccato ſegregâſſet duas eò, ut earum al- V. tera alterius damnum præſtaret, omnino de illarum utrâvis piaculum fieri licebat: ſed altera paſceretur oportebat, donec vitio afficeretur: tum argentum ex ea redactum in holocauſtum voluntarium impendebatur.

Si quis hoſtiam pro peccato gravidam ſegregâſſet, eaque VI. deinde peperiſſet, hæc cum partu ſuo duarum eſſet inſtar hoſtiarum pro peccato, quæ fuiſſent unà ſegregatæ eò, ut altera alterius damnum præſtaret.

Si cujus hoſtia pro peccato ſegregata poſthac annum exegiſ- VII. ſet totum, paſceretur oportebat, donec vitio afficeretur: tum venum iret, & ejus pretio emeretur alia hoſtia pro peccato. Item ſi ſegregata cujus hoſtia pro peccato vitio afficeretur, pretio ejus alia emeretur hoſtia pro peccato.

Quæcunque hoſtia pro peccato amiſſa reperiretur ante fa- VIII. ctum piaculum, quamvis vitiata, quamvis poſt annum vertentem reperiretur, tamen illam mori jus non erat, ſed paſci, donec vitio afficeretur, atque in pecuniam redigi, quâ pecuniâ compararetur holocauſtum voluntarium: ſin poſt factum piaculum demum reperiretur, quamvis reperiretur vitiata, aut poſt annum vertentem, quoniam amiſſa fuerat tum, cùm piaculum fieret, mori illam jus erat.

Eadem ſi dum piaculum fiebat ſurrepta, ereptave fuiſſet, & IX. deinde reſtituta, non illam mori jus erat, ſed paſci: neque enim traditum eſt à Moyſe magiſtro noſtro niſi amiſſam. Jam ſi per noctem maximè fuiſſet amiſſa, tametſi & dum piaculum fiebat fuerat amiſſa, tamen eam mori jus non erat, ſed paſci.

X. Quæ ſi fuiſſet amiſſa domino, & non fuiſſet amiſſa paſtori, contráve paſtori fuiſſet amiſſa, non fuiſſet amiſſa domino, non illam mori jus erat, ſed paſci.

XI. Jam quæcunque paſcebantur, paſcebantur donec afficerentur vitio, tum pretium earum in holocauſtum voluntarium impendebatur.

XII. Quæ ſi hoſtia fuiſſet amiſſa domino juxta, atque paſtori, atque alius eam agnoſceret, vel in extremo terrarum orbe, dubia res erat: quocirca hoſtiam mori jus erat.

XIII. Si poſt januam, aut in graduum latebris deliteſceret, ſanè amiſſa fuiſſet: nemo enim homo illam tempore faciendi piaculi vidiſſet: ſin in agro, vel in junceto fuiſſet, de ejus amiſſione dubitaretur. Namque fortaſſis erat eo loco, qui illam tempore faciendi piaculi videret: quamobrem de dubio mori eam jus erat.

XIV. Si quis è provincia tranſmarina ſuam hoſtiam pro peccato miſiſſet, hæc immolaretur ex opinione homini, qui miſerit, vitam etiam ſuppetere: nempe ſic ſe habebat hoſtia pro peccato volucris, & mulieris etiam hoſtia pro peccato quadrupes: mulier enim non erat ea, quæ imponeret hoſtiæ manus ſic, ut ſupra docuimus. Nam hoſtiam pro delicto certo, cujus hoſtiæ dominus aut vitâ jam, aut expiatione functus eſt, eam jus erat paſci, donec vitio afficeretur: tum verò vendi, ut argento ex ea redacto holocauſtum voluntarium emeretur. Nam ubicunque hoſtiam pro peccato jus erat mori, ibi hoſtiam pro delicto jus erat paſci, donec vitio afficeretur, tum pretium ejus in holocauſtum voluntarium impendi.

XV. Jam omnis hoſtia pro delicto * exaugurata, atque ad paſtum ablegata ſi mactaretur in holocauſtum, bene eſſet. Quid igitur erat, quod non de integro mactaretur in holocauſtum? Nempe ne idem fieret poſt expiationem, ſi quando fieret ante.

XVI. Si quis in hoſtiam ſuam pro delicto ſegregâſſet beſtiam feminam, eam paſci jus erat, donec vitio afficeretur; tum verò vendi, atque ejus pretio coëmi aliam hoſtiam pro delicto. Qui ſi prius aliam hoſtiam pro delicto obtuliſſet, ſuperioris illius pre-

XV. *Exaugurata, atque ad pâſtum ablegata.* Sic verba iſta שנתק לרעייה interpretatur R. Salomo Jarchi, cujus expoſitio laudatur apud commentarium, cui nomen eſt, כסף משנה.

tium impenderetur in holocauſtum voluntarium, itemque & pretium partûs ejus.

Si quis in holocauſtum ſuum ſegregâſſet beſtiam feminam, eaque peperiſſet maſculum, hunc paſci jus erat, uſque dum vitio afficeretur, tum ejus pretio emi holocauſtum aliud. XVII.

At homo privatus ſi marem ſegregâſſet in hoſtiam pro peccato, & princeps ſi in hoſtiam pro peccato ſegregâſſet capram, & ſacerdos unctus ſi in hoſtiam pro peccato vaccam ſegregâſſet, hæ neque ad corpus, neque ad pretium conſecratæ fuiſſent: itaque venderentur nec ullo affectæ vitio. XVIII.

Si quis hoſtiam pro delicto dubio obtuliſſet, tum ſe non peccâſſe, aut peccâſſe pro certo comperiſſet, idque ante, quàm hoſtia jugulata fuiſſet, eam paſci jus erat, uſque dum vitio afficeretur, tum pretium ejus impendi in holocauſtum voluntarium: etenim de ſuis cuique peccatis dolet animus. Sic igitur habendum erat, hominem quoniam ob peccatum dubium hoſtiam ſegregaverat, eam conſecrare animo conſtituiſſe. Et ſi quis, ut hoſtiam pro peccato ſegregaret, adduceretur per quoſdam peccati teſtes, tum iſti falſitatis convincerentur, pretium hoſtiæ impenderetur in holocauſtum voluntarium. Quòd ſi poſt jugulatam hoſtiam demum rem pro certo comperiſſet, hoſtiæ ſanguis effunderetur, caro autem cremaretur ſic, ut reliqua ſacra temerata: ſin rem pro certo comperiſſet poſt aſperſum altari ſanguinem hoſtiæ, caro ſic, ut cunctarum hoſtiarum pro delicto, à ſacerdotibus comederetur. XIX.

Non erat eadem ratio hoſtiæ pro delicto certo. Nam ſi ante jugulationem animantis homo comperiſſet nihil peccâſſe, animans item, ut cetera pecora profana ad gregem paſtum abîſſet, nec in eo quidquam ſancti fuiſſet: idem ſi comperiſſet homo poſt jugulatum animantem, humari oportebat: ſin poſt aſperſum altari ſanguinem hoc idem homo comperiſſet, hoſtiæ caro itidem, ut reliqua ſacra temerata, igni concremaretur. XX.

Si quis hoſtiam pro delicto dubio debens ſegregâſſet duas, quarum una alterius damnum præſtaret, oportebat ex earum una fieri piaculum, & alterum paſci, donec vitio afficeretur: tum pretium ejus in holocauſtum voluntarium impendi. Nam de hoſtia pro delicto certo ita faciendum ne dici quidem opus eſt. XXI.

XXII. Quæcunque Lege præſcribuntur hoſtiæ pro delicto, earum ſingulas oportebat eſſe bimas, & binis argenti ſiclis emptas. Excipe hoſtiam pro delicto hominis leproſi, atque hoſtiam pro delicto Nazaræi; iſtæ annuæ erant, nec erat earum pretium præfinitum. Verùm enim hoſtia pro delicto dubio offerebatur promiſcuè de majoribus & minoribus beſtiis: ſed eandem oportuiſſe emptam ſiclis argenti duobus quaſi per manus traditum eſt.

XXIII. Quare ſi viles adeo fierent arietes, ut omnino nullus ſiclorum eſſet duorum, hoc unum inveniebatur remedium: expectabatur dum arietes fierent cariores, tum ſinguli binorum ſiclorum offerebantur, quando pretium eorum Lex tam accuratè præfinierat.

XXIV. Hoſtia pro delicto ſi cùm ſegregaretur, ſicli eſſet unius, & eadem cùm eſſet faciendum piaculum ſiclorum eſſet duorum, idonea fuiſſet: nam quod erat à principio impedimentum, porro nihil erat: præterea autem hoſtia illa non apparuerat, donec ſiclorum eſſet duorum. Atenim aries per ſe ipſe melior factus eſt: verum. Sed victimis illis, quæ poſt conſecrationem meliores evaſerunt, delicta hominis ritè procurantur. Hoſtia ſi ſiclorum fuiſſet duorum cùm primùm ſegregaretur, tum unius ſicli cùm faciendum eſſet piaculum, temeraretur: ſin aucto pretio rurſus ſiclorum eſſet duorum, rurſus idonea fieret: neque enim beſtiæ vivæ rejiciebantur unquam, ſicut ſupra poſuimus. Nimirum hoc idem erat, ac ſi hoſtia vitio corriperetur aliquo, tum deinde liberaretur.

XXV. Secretis in hoſtiam pro delicto ſiclis duobus ſi coëmerentur arietes duo in hoſtias pro delicto, eorum alter ſiquidem ſiclorum eſſet duorum, in hoſtiam pro delicto ſacrificaretur, alterum paſci oportuiſſet, donec vitio afficeretur, tum pretium ejus in holocauſtum voluntarium impendi.

XXVI. Si quis hoſtiam pro delicto obtuliſſet bimam, cùm deberet annuam; contráve obtuliſſet annuam, cùm bimam deberet: Et ſi quis hoſtiam jugulâſſet * tempore domini indigentem, hoſtia temerata fuiſſet, quæ adeo cùm primùm mutata figura ejus

XXVI. *Tempore domini indigentem.* Id eſt, ſi necdum eſſet completus dierum numerus, qui homini obnoxio ad piaculum faciendum præfinitus erat.

ejus eſſet, igni concremaretur. Summa eſt, quacunque re hoſtia pro peccato temerabatur, temerabatur & hoſtia pro delicto. Excipe quòd hoſtia pro delicto, ſi jugulata fuiſſet alio nomine, nihilominus idonea fuiſſet, ut paulò inferiùs diſputabitur.

Nazaræi, puerperæ, atque hominis leproſi holocauſta ſi jugularentur tum, cùm eſſent nata menſes duodecim & diem unum, aut cùm indigerent tempore dominorum, idonea eſſent, atque etiam libamina requirerent. Summa eſt, quidquid holocauſtum ſpontaneum non temerabat, nec temerabat holocauſtum debitum, ſeu id profuiſſet, ſeu non profuiſſet dominis. XXVII.

CAPUT QUINTUM.

ART. I. Si deſtinatâ in hoſtiã coëmendã pecuniâ dominus emoriatur, quid faciẽdum?

SI quis ſecretâ in ſuam hoſtiam pro peccato pecuniâ mortem obîſſet, in * mare Salinarum fuiſſet projicienda pecunia. Et ſi cujus pecunia in hoſtiam pro peccato ſecreta amitteretur, atque hoſtia pro peccato ſacrificaretur pecuniâ empta aliâ, tum poſt factum piaculum reperiretur pecunia prior, in mare Salinarum projicienda foret.

Si pecunia in hoſtiam pro peccato ſecreta amitteretur, tum ejus loco ſecerneretur alia, necdum hac coëmpta fuiſſet hoſtia pro peccato, cùm reperiretur pecunia prior, de utraque ſumeretur aliquid ad emendam hoſtiam pro peccato, reliquum in holocauſtum voluntarium impenderetur. II.

Si ſecreta in hoſtiam pro peccato pecunia amitteretur, atque ejus loco hoſtia pro peccato ſegregaretur, & ſacrificio nondum facto tum pecunia reperiretur, tum vitiò corriperetur hoſtia, hæc venderetur, ac de pecunia utraque impenderetur aliquid in hoſtiam pro peccato, reliquum in holocauſtum voluntarium impenderetur. III.

Si quis hoſtiam pro peccato ſuam jam ſegregatam amiſiſſet, atque ejus loco ſecreviſſet pecuniam, necdum eâ quidquam IV.

ART. I. *Mare Salinarum.* De hoc ita D. Hieronymus lib. de Locis Hebraicis. „ Mare Salinarum, „ quod vocatur Mortuum, ſive Aſphalti, „ id eſt, bituminis inter Hierico & Zoa- „ ram. Idem vocatur etiam Mare Orientale, Mare Solitudinis, Lacus Sodomenus. Vide Eucherium in libros Regum, & B. Hieronymum in Joëlem ad v. 20: cap. 2. Jam hæc, quæ paſſim uſurpatur cùm in Talmude, tum in ceteris Rabbinorum ſcriptis, loquendi ratio, *aliquid in mare Salinarum projiciendum,* hoc ſibi vult, eò prorſus nullam ad rem uti licere,

emiſſet, cùm illius hoſtia pro peccato reperiretur, ſed vitio affecta, venum iret, atque ex utraque pecunia aliquid in hoſtiam pro peccato impenderetur, reliquum impenderetur in holocauſtum voluntarium.

V. Si quis in piaculum ſecreviſſet pecuniæ duos acervos, quorum alter alterius damnum præſtaret, piaculum de altero, alter in holocauſtum voluntarium impenderetur.

VI. Si quis aut hoſtiam pro peccato ſegregâſſet, aut pecuniam ſecreviſſet in hoſtiam pro peccato, ratus ſe debuiſſe, & ſe nihil debuiſſe comperiſſet, communis fuerit, non ſacrata. Si quis autem aut hoſtias ſegregâſſet duas, aut pecuniam ſecreviſſet in hoſtias duas, ratus ſe debuiſſe duas, tum comperiſſet ſe hoſtiam pro peccato debuiſſe omnino unam, unam omnino mactaret hoſtiam pro peccato, reliquum impenderetur in holocauſtum voluntarium.

VII. Reliquum pecuniæ in ſacrificium deſtinatæ, quale eſſet? Si quis multam pecuniam aut ſimul manu prehendiſſet, aut ſenſim collegiſſet, tum ita diceret: Hinc ego ſumam ad emendam hoſtiam pro peccato meam, reliquum pecuniæ profanum eſſet. Ac meâ quidem ſententiâ multò magis reliquum è ceteris ſacrificiis profanum foret.

VIII. Si quis pecuniam ſecerneret in * fertum peccatoris, oblatoque inde ferto aliquid etiam reſiduum fuiſſet, itemque ſi fertum peccatoris ipſum deſtinâſſet, atque ex eo ſuperaret aliquid, porro id pro ferto ſpontaneo offerretur. Sed de decima ſummi ſacerdotis in cruſtula impendendâ ſi quid relinqueretur, id putreſcere oportebat. Et ſi quid relinqueretur de panibus iis, qui ſacrificio Euchariſtico adhibebantur; & ſi quid relinqueretur de pane illo, qui cum ſacrificio jungebatur Nazaræi, item putreſcere opus erat. Sed ſi de pecunia, quæ in hujus ipſius ſacrificij libamina impendebatur, relinqueretur aliquid, id in holocauſtum voluntarium impenderetur. De ſiclis autem ſi quid eſſet reſiduum, id profanum fuiſſe Tractatu de Siclis diſputavimus.

IX. Si quid * ſupereſſet de nidis, quos offerebant viri, mulieresque ſeminis fluxionem patientes, itemque puerperæ: Et ſi quid de hoſtiis pro peccato atque delicto ſupereſſet, id in mu-

VIII. *Fertum peccatoris*. De quo explicatur Lev. 5. v. 11.

IX. *Supereſſet de nidis*. Id eſt, ſi aliquanto minus pecuniæ in ſacra iſtiuſmodi

nera voluntaria impenderetur, tum holocauſta inde fierent, ut alio loco poſuimus. De holocauſto ſi quid ſupereſſet impenderetur in holocauſtum: ſi quid ſupereſſet de pacificis, impenderetur in pacifica: ſi quid ſupereſſet de ferto, impenderetur in fertum: ſi quid ſupereſſet de Agno Paſchali, impenderetur in pacifica: ſi quid ſupereſſet de ſacris multorum Nazaræorum, id Nazaræorum erat: ſi quid ſupereſſet de ſacro unius Nazaræi, id ipſius erat Nazaræi. Sed quod modò diximus, impendendum fuiſſe in munera voluntaria quidquid ſupereſſet de hoſtia pro peccato, id accipiendum eſt de * ſtato pro peccato ſacrificio: nam ſi quis * ſacrificium deberet gradatum, idemque ſecretâ in hoſtiam pro peccato quadrupedem pecuniâ derepente pauper evaſiſſet, avem pro pecunia iſta ferret, atque redemptâ per avem pecuniâ homini porro uti licebat. Item ſi quis pecuniâ in volucrem ſecretâ pauper evaſiſſet, pro pecunia partem decimam Ephæ ſimilaginis ferret, per quam ſimilaginem redemptâ pecuniâ homini deinceps uti fas erat.

Si ſegregata ad ſacrificium beſtia vitio afficeretur, venum iret, atque ejus pretio coëmeretur avis: ſed ſi ſegregata ad ſacrificium avis temeraretur, ejus pretio nequaquam emeretur decima Ephæ ſimilaginis: nullus enim eſt avîs redimendæ locus ſic, ut Tractatu de Rebus Altari Interdictis expoſuimus. X.

Quicunque nidos avium è Lege debentes pecuniam ad eos coëmendos deſtinâſſent, porro etiam totam pecuniam ſi velint in ſolam hoſtiam pro peccato ex ave, & totam ſi malint, in holocauſtum ex ave impenderent. Imo ſi quis ita diceret: Hanc ego pecuniam deſtino in hoſtiam pro peccato meam, & iſtam pecuniam ſecerno in holocauſtum meum, nihiloſecius ipſi in manu erat, ut pecuniis inter ſe confuſis hoſtiam pro peccato ſimul & holocauſtum ſuum coëmeret: vel etiam pecuniâ totâ ſolam hoſtiam pro peccato, aut holocauſtum ſolum emeret. XI.

impenderetur, quàm deſtinatum fuerat. Jam viri mulieresque ſeminis fluxionem paſſi, poſtquam ſanati fuerant, par turturum, aut pullorum columbinorum Deo offerebant, ut videre licet Lev. 15. Par iſtud avium Rabbini purè nidum vocitant, & multa ejuſmodi paria in multitudine nidos. Sed hoc ſatis accuratè notatum à Buxtorfio radice קנן in Opere Triginta Annorum.

Stato pro peccato, &c. Hoc illud eſt, de quo diſſeruimus Tract. 2. & 5.

Sacrificium deberet gradatum. De hoc diligenter actum Trac. 3. ad ar. 12. c. 3.

Nempe nidi non deſignabantur niſi à dominis inter emendum, aut à ſacerdote inter ſacrificandum.

XII. Quare ſi quis pecuniâ * in nidos purè dictos ſecretâ mortem obîſſet, tota pecunia iſta nidorum purè dictorum in holocauſtum voluntarium impenderetur, quippe quæ idonea erat, qua holocauſtum emeretur.

XIII. Si quis cùm deberet hoſtiam pro peccato, debitum in ſe recipiens holocauſtum nuncuparet, tum pecuniam ſecerneret, atque ita diceret: Hanc ego pecuniam in debitum meum deſtino, hoſtiam pro peccato è quadrupede ſi velit, & ſi malit holocauſtum è quadrupede ferret. Qui ſi mortuus pecuniam illam ipſam reliquiſſet, eam oportebat in mare Salinarum projici.

CAPUT SEXTUM.

ART. I. Quid fieret de victimis, quæ confuſionis haberent aliquid?

SI confunderetur cum victimis aliquot, aut una ex hoſtiis pro peccato iis, quas mori jus erat, aut bos lapide percutiendus, ſi confunderetur, inquam, vel unus cum decem victimarum millibus, cunctas illas mori jus erat. Major eſt enim * animantium præſtantia, quàm ut ſi multis ſui generis immiſcerentur propter multitudinem aboleantur. Quanquam ſi quis poſt confuſionem iſtam victimis ex illis ſacrificâſſet aliquam, grata fuiſſet.

II. Si commiſceretur cum victimis una ex hoſtiis iis, quæ ab altari prohibentur, cunctas paſci jus erat, donec vitio afficerentur, tum venum dari, atque pretio optimæ illarum emi id genus hoſtiæ, quod victimis immiſtum fuerat.

III. Jam ſi victimæ confunderentur cum animantibus communibus integris, immiſtas animantes communes oportebat vendi in uſum eundem, ut omnes ſacrificarentur, ut ſi beſtiæ quatuor in ſacrificia pacifica diſtinatæ cum totidem beſtiis communibus integris commiſcerentur, has quatuor communes oportebat vendi homini, cujus erat victimas immolare pacificas, ita; ut univerſæ beſtiæ iſtæ victimæ pacificæ mactarentur.

XII. *In nidos purè dictos.* Si videlicet non appellaretur nominatim quod & quale ſacrificium ex eis futurum eſſet.

ART. I. *Animantium præſtantia.* Nam rerum inanimarum erat alia ratio.

Atque eadem ratio erat & holocauſtorum & hoſtiarum pro delicto. Jam redacta inde pecunia, utpote pretium rei communis, ad omnem uſum communis erat.

Si bos ſacer unus cum multis bobus communibus permiſceretur, omnium maximus ſacer eſſet, & reliqui venderentur in eundem uſum. Jam ſi commiſcerentur victimæ cum victimis, cum ſuo quodque genere genus, unaquæque victima nomine ejus à quo fuerat ſacrificabatur, quamvis offerentium nullus ſuam ab aliis victimam internoſceret. Ita ſe habebant confuſæ inter ſe victimæ mulierum, videlicet in quibus non erat manuum impoſitioni locus: verùm ſi virorum eſſent, quoniam ſuæquiſque victimæ capiti manus imponeret neceſſe erat, aut ipſæmet victimæ poſtquam ſuam quiſque partem illarum invicem donaverant, denique ſacrificabantur, aut retinendæ erant victimæ, donec vitio corriperentur omnes, & deinde vendendæ, tum viri illi quiſque aliam ejuſdem generis victimam emebat, eamque pro pretio, quo victimarum inter ſe confuſarum optima vendita fuerat. IV.

Si victimarum genus aliud alio confunderetur, ut holocauſtum pacificis, non ſacrificabantur, ne * ſecundum rigidiorem quidem illarum ritum: neque enim fas erat adduci victimas in diſcrimen, ne temerarentur. V.

Etenim iſtiuſmodi ſacra comedendi tempus * contrahendum non erat: nec efficiendum, ut aut à paucioribus hominibus, aut locis paucioribus comederentur: oportebat autem paſcerentur interea dum vitio corripiebantur, tum eorum quodque ſeparatim venderetur. VI.

Tum pretio eodem, quo horum ſacrorum optimum venierat, emendum erat ſacrum aliud in utrumque genus: & ſi quid etiam domi ſuperfuerit, perdendum erat. Quin etiam cùm holocauſtum, pacificave debita jam aliunde quis ſacrificâſſet, VII.

V. *Secundum rigidiorem.* Erat enim victimarum variarum varij & multi ritus, alius alio rigidior. Atqui ſi ſecundum rigidiorem ſacrificarentur ritum, propiùs erat, ut temerarentur.

VI. *Contrahendum non erat.* Nempe erat ſacrorum multiplex & varia ratio: alia per unum & eundem diem abſumi oportebat: alia licebat abſumi per diem unum & alterum: alia Deo adolebantur tota: alia partim Deo adolebantur, partim comedebantur. Jam alia comedebantur à ſolis ſacerdotibus; alia etiam ab Iſraëlitis Porro & alia comedebantur in atrio ſolo; alia in urbe Hieroſolymitana tota; alia etiam per totam Iſraëliticam terram.

tamen de confuſorum iſtorum pretio aliud holocauſtum, aliaque pacifica denuo ſacrificarentur oportebat.

VIII. Hoſtia pro peccato ſi confunderetur pacificis, omnes oportebat paſcerentur, dum vitio corripiebantur, deinde eodem pretio, quo earum optima venierat, oportebat emi hoſtias pacificas, eodemque pretio emi & hoſtiam pro peccato. Si quis autem occupâſſet ſacrificare hoſtiam pro peccato aliam ab illa deſtinata, atque pacificis confuſa, omnes mori jus erat.

IX. Item pecunia deſtinata in hoſtiam pro peccato ſi commiſceretur cum pecunia in hoſtiam pro delicto deſtinata, beſtiæ ſumebantur duæ, quarum una in hoſtiam pro peccato deſtinata redimebatur pecuniâ hoſtiæ pro peccato ubi ubi fuerit, & altera deſtinata in hoſtiam pro delicto redimebatur pecuniâ hoſtiæ pro delicto. Verùm ſi jam fuiſſet alia immolata hoſtia pro peccato, pecunia tota projiceretur in mare Salinarum: Sin hoſtia pro delicto alia jam fuiſſet immolata, pecunia tota impenderetur in holocauſtum voluntarium.

X. Hoſtia pro gratiarum actione ſi confunderetur cum animante illa quacum fuerat commutata, ambæ ſacrificabantur, atque cum eis ſimul unà panis agitabatur. Itemque ſi hoſtia pro gratiarum actione confunderetur cum hoſtia quavis alia quantumvis aliunde fuerit jam immolata hoſtia pro gratiarum actione, tamen ambæ paſcebantur, donec vitio corriperentur: tum quo pretio venierat duarum optima, eodem & alia hoſtia pro gratiarum actione, eodemque & illa altera hoſtia coëmeretur.

XI. Jam hoſtia pro gratiarum actione ſi confunderetur cum ariete Nazaræi, ambo ſacrificabantur, & cum ipſis ſimul panis agitabatur.

XII. Primogenitus animans ſi confunderetur cum Agno Paſchali, ambo paſcerentur oportebat tamdiu dum vitio corriperentur, tum ſic, ut ſolebant primogeniti animantes, comedebantur. Quòd autem non ſacrificabantur, hæc cauſa erat, quia Paſchalis Agnus comedebatur ab omni hominum genere ad mediam duntaxat noctem, cùm primogenitus animans per duos ſolidos dies comederetur, & à ſolis ſacerdotibus: atqui nefas erat adduci victimas in diſcrimen * ne temerarentur; aut

XII. *Ne temerarentur.* Temerarentur autem, ſi fuiſſent ſervata ultra præſtitutum diem.

efficere, ut à paucioribus hominibus comederentur.

Et beſtia decima ſi confunderetur cum Agno Paſchali, cùm fuerint correpti vitio, comederentur, ut ſolebant beſtiæ decimæ. Si beſtia primogenita & beſtia decima confunderentur inter ſe, correptæ vitio comederentur. XIII.

Item aliæ victimæ ſi confunderentur cum beſtia primogenita, aut cum beſtia decima, paſcerentur oportebat tamdiu, donec vitio corripiebantur, tum comedebantur aut de more beſtiæ primogenitæ vitio affectæ, aut ritu beſtiæ decimæ vitio correptæ. XIV.

Hoſtia pro delicto ſi confunderetur pacificis, quanquam alioquin ex utrìſque nihil præter exta ſacrificandum: caro autem comedenda fuerat, tamen eæ fuiſſent non ſacrificandæ, ſed paſcendæ interea dum vitio corripiebantur: tum pretio optimæ earum emebatur alia hoſtia pro delicto, item & hoſtia pacifica, ac ſi quid etiam domi ſupereſſet, perdendum erat. Quod ſi præoccupâſſet aliam ſacrificare hoſtiam pro delicto, in holocauſtum voluntarium impenderentur ambæ. XV.

Omnino fieri poterat, ut omnium hoſtiarum cum ſuo quodque genere genus confunderetur, præter hoſtiam pro peccato cum hoſtia pro delicto. Etenim hoſtia pro delicto non erat niſi ex agno maſculo: atque hoſtia pro peccato ſi foret ex agnorum genere, femina eſſet oportebat. XVI.

Interim cunctis ex hoſtiis vivis inter ſe confuſis ſi quæ ſacrificata fuiſſet, grata foret tamen, eam ob rem, quòd animantes vivæ neutiquam rejicerentur. XVII.

Si qua beſtia reperiretur inter urbem Hieroſolymam & * turrim gregis, aut ad quodcunque urbis latus intra ſpatium idem, ea ſiquidem femina fuerat anniculoſa in fornicem quendam includebatur tamdiu, donec moreretur, ſi fortè eſſet hoſtia pro peccato: Quæ ſi bima foret, pro pacifica mactaretur, eidemque adhiberetur panis, ſi fortè hoſtia pro gratiarum actione fuiſſet: ſi reperiretur maſculum animal, idque bimum, nihil ex eo fieri licebat, quippe fortè in hoſtiam pro delicto deſtinatum erat, nec dum delictum domini fuerat expiatum. Sin autem reperiretur maſculum animal anniculoſum, id ſervandum XVIII.

Quid fieret beſtiis, quæ fortuitò reperirentur circa Hieroſolymas?

XVIII. *Turrim gregis.* De turri gregis commemoratur Gen. 35. v. 21. & Michææ 4. v. 8.

erat dum vitio corripiebatur: cum in ejus locum duabus ſubſtitutis beſtiis hæ conditiones inſtituebantur. Si beſtia reperta holocauſtum fuerit, iſta ſit ejus loco holocauſtum; ſin fuerit hoſtia pacifica, iſta in ejus locum hoſtia pacifica ſit: poſt harum altera ſacrificabatur in holocauſtum, cujus libamina de publico ſumebantur: altera ſacrificabatur in hoſtiam pacificam, cui panis etiam adhibebatur, ſi fortè fuerit hoſtia pro gratiarum actione. Quid autem de beſtia illa reperta fiebat? Nempe ut vitio correpta fuerat comedebatur: nam ſi fortè beſtia primogenita, vel beſtia decima fuiſſet, hæ quoque vitio correptæ comedebantur: ſin eſſet Agnus Paſchalis, qui fuerit ultra tempus reſervatus, is quidem * pro hoſtia pacifica habebatur: nam tempore ſuo Agnum Paſchalem ſuum quiſque ſanè quàm diligenter obſervabat. At dixerit aliquis: Fortè Nazaræi fuit hoſtia pro delicto, aut hoſtia pro delicto hominis leproſi: verùm iſtarum, quoniam minus frequentes erant, omnino nulla ratio habebatur.

XIX. Victimæ ſi, poſtquàm jugulatæ fuerant, eſſent inter ſe confuſæ, in cunctis comedendis oportebat ſervaretur ritus ejus ex illis, qui foret maximè rigidus: ſin cum victimis temeratis confunderentur, aut cum beſtiis profanis in atrio jugulatis, omnes, cùm fuerat earum immutata figura, igni cremarentur.

XX. Membra hoſtiæ pro peccato ſi confunderentur cum membris holocauſti, cuncta relinquebantur, donec eorum fuerit immutata figura, tum igni cremabantur eo ipſo loco, quo ſolebant temerata ſacra cremari.

XXI. Si animantis vitio correptæ membrum aliquod cum victimarum membris confunderetur, vel unum ex iſtiuſmodi beſtia membrum ſi cum mille victimarum membris confunderetur, cuncta cremari oportebat. Immo ſi uſu veniſſet, ut iſta confuſa inter ſe membra perperam ſacrificata fuerint omnia præter unum, & unum illud etiam oportebat apud atrium, quo ſolebant loco ſacra temerata cremari, cremaretur.

XXII. Si victimarum ſanctiorum fruſtum aliquod confunderetur cum fruſtis victimarum minus ſanctarum: Item ſi quæ comedebantur uno & eodem die confunderentur cum iis, quæ licebat

Pro hoſtia pacifica. Quæ vitio correpta itidem comedebatur.

XXIII.

bat comedi biduo, cuncta comederentur ex ritu eorum rigidiori.

Hoſtiæ pro peccato immundæ fruſtum ſi confunderetur cum centum fruſtis hoſtiæ pro peccato mundæ: itemque fruſtum inquinati panis propoſitionis ſi confunderetur cum centum fruſtis puri panis propoſitionis, id verò ſic, ut Tractatu de Oblationibus poſuimus, * ſuperabatur. XXIII.

Sin autem fruſtum hoſtiæ pro peccato commiſceretur cum centum fruſtis carnis profanæ: itemque fruſtum puri panis propoſitionis ſi commiſceretur cum centum fruſtis panis profani, hæc nequaquam ſuperabantur; ſed totum oportebat comederetur à ſacerdotibus, ſicut omnia profana, quibus erant immiſta ſacra. XXIV.

CAPUT SEPTIMUM.

QUICUNQUE non erant ad ſacra facienda idonei, hi ſi volucri * collum obtorſiſſent, colli contorſio iſta quidem illegitima foret. Cùm verò volucris iſta temeraretur, tamen non erat eadem atque * cadaver mundæ volucris, quod ad rationem immunditiæ attinebat. Et ſi quis volucri collum obtorſiſſet noctu, aut intra Sanctuarium jugulâſſet beſtias profanas, aut contrà extra Sanctuarium victimas, non eſſent cadaveris inſtar. ART. I. Qualis eſſet ratio victimarum, quæ non eſſent ſecundum ritum immolatæ?

Si quis collum obtorſiſſet turturibus * ante tempus ſuum, aut columbæ pullis poſt tempus ſuum, aut volucri tabe confectæ, aut cui foret excluſus oculus, abſciſſuſve pes, prorſus ad omnia pro cadavere habebatur. Summa eſt, quidquid intra Sanctuarium demum evadebat illegitimum, id illegitimum erat ſcilicet, at non erat cadaveris inſtar: ſed quod non intra Sanctuarium demum evaſiſſet illegitimum, id ad omnia inſtar cadaveris erat. II.

Si quis igitur collum obtorſiſſet volucri, quæ poſtea reperi- III.

XXIII. *Superabatur.* Numero videlicet fruſtorum mundorum ſic, ut acervi totius ratio foret eadem, ac ſi nihil immundi commiſtum fuiſſet.

ART. I. *Collum obtorſiſſent.* Sic enim volucres ſacrificandæ necabantur.

Cadaver mundæ, &c. Id eſt, non inquinabat tactu item, ut cadaver avîs morticinæ, quæ alioquin munda foret.

II. *Ante tempus ſuum*, &c. De horum tempore legitimo actum eſt Tract. 4. ad art. 2. cap. 3.

retur fuiſſe lethaliter affecta : item ſi quis collum volucri obtortum * cultro reſecuiſſet : & ſi quis volucribus profanis collum obtorſiſſet intra Sanctuarium, contráque extra Sanctuarium volucribus altari ſacratis, hæ cadaveris erant inſtar ad omnia : neque enim colli contorſio licitum ac mundum efficiebat, niſi id quod altari eſſet idoneum.

IV. Nam volucri ab homine initæ, ad cultum idoli deſtinatæ, aut pro numine cultæ, atque etiam ei, quæ merces fuit proſtibuli, aut pretium canis, item * obſtructæ, aut androgynæ ſi quis collum obtorſiſſet, ſanè cadaveris erant inſtar ad omnia. Etenim inquinabant veſtes hominis, qui tetigiſſet * œſophagum. In has enim volucres cùm non caderet conſecratio, ſanè non intra Sanctuarium demum illegitimæ fiebant. Jam id Tractatu de Ratione Sacrificiorum Faciendorum dictum eſt, hoſtiam pro peccato ex ave immolari in inferiori parte altaris, & holocauſtum ex ave in parte altaris ſuperiori.

V. Si quis igitur hoſtiam pro peccato ex ave immolâſſet ſupernè, illa videlicet temerata fuiſſet : nec quidquam referebat, utrùm ſanguis ejus eſſet altari aſperſus ex ritu hoſtiæ pro peccato, an ex ritu holocauſti : neque porro quidquam referebat, utrùm eſſet immolata nomine holocauſti, an nomine hoſtiæ pro peccato.

VI. Item ſi quis avem in holocauſtum immolâſſet infernè, temerata fuiſſet utique : immo verò ſi collo obtorquendo ſignorum alterum in altaris inferiori parte ungue reſectum eſſet, alterum in altaris ſuperiori parte, nihiloſecius hoſtia temerata fuiſſet : nec quidquam referebat, utrùm obtorquendo collo ritus holocauſti, an ritus hoſtiæ pro peccato ſervaretur : neque porro utrùm nomine hoſtiæ pro peccato, an nomine holocauſti immolaretur.

VII. Hoſtia pro peccato ex ave ſi ad partem altaris inferiorem immolaretur, nihil referebat, utrùm immolatio holocauſti propria fieret nomine hoſtiæ pro peccato, an immolatio propria hoſtiæ pro peccato fieret nomine holocauſti, aut immolatio

III. *Cultro reſecuiſſet.* Oportebat enim ungue reſecari, ut ante dictum eſt.
IV. *Obſtructæ.* Obſtructa dicitur, cui nec feminea, nec maſcula exiſtit natura.
Tetigiſſet œſophagum. Namque obtorquendo collo oportuiſſe œſophagum ungue reſecari, ſuprà dictum eſt.

propria holocauſti fieret nomine holocauſti, temerata fuiſſet hoſtia.

Item avis in holocauſtum deſtinata ſi immolaretur in parte altaris ſuperiori, ſeu ritu hoſtiæ pro peccato & nomine holocauſti, ſeu ritu & nomine hoſtiæ pro peccato, temerata fuiſſet: verùm ſi immolaretur ritu holocauſti, & nomine hoſtiæ pro peccato, idonea fuiſſet: at dominum quidem certè debito non liberâſſet. VIII.

At cunctæ aves iſtæ, quæ temerabantur ea re, quia loco, ritu, nomine alieno fuerint immolatæ, quod ad immunditiem attinebat, non erant inſtar cadaveris avîs morticinæ. Item & hoſtia pro peccato ex ave, atque etiam holocauſtum ex ave, quæ fœtida, inquinata, reſiduaque evaſiſſent, non idcirco polluebant hominem, qui tetigiſſet œſophagum itidem, ut cadaver avîs morticinæ: nimirum hæc univerſa in Sanctuario demum temerata fuiſſent. IX.

Hoſtia pro peccato ex ave quandocunque offerebatur de dubio, ritè immolabatur quidem, nec comedebatur tamen, ſed cremabatur igni ſic, ut cuncta ſacra, quæ temerata fuerant: offerebatur autem de dubio, ſi verbi causâ mulier ambigeret, an fluxionem ſeminis eſſet paſſa, necne; aut ſi dubitaret, utrùm quid enixa fuiſſet, an non, atque horum ſimilia. Nunquam verò offerebatur de dubio hoſtia pro peccato quadrupes. Nam qui dubitabat an peccâſſet, necne, is dubiam offerret hoſtiam pro delicto oportebat, ita; ut Tractatu de Erratis diſputabitur. X.

Si quis de dubio hoſtiam pro peccato ex ave obtuliſſet, tum pro certo reſciret ſe hoſtiam illam debere, ſiquidem hoſtia illa necdum fuerat immolata, immolaretur pro hoſtia certa, ac comederetur. Idem ſi poſt immolationem demum comperiſſet, porro pars ſanguinis altari aſpergeretur, pars ad altaris baſim effunderetur, atque hoſtia cremaretur, eam ob rem, ne fortè dicerent homines comeſam eſſe hoſtiam pro peccato ex ave de dubio oblatam. Etenim primò quidem certè de dubio oblata fuerat. XI.

Sin poſt immolationem pro certo compertum eſſet hoſtiam non fuiſſe debitam, humari eam oportebat. XII.

CAPUT OCTAVUM.

ART. I. Si volucris hoſtia pro peccato cũ holocauſtis quoque volucribus confunderentur; contráque, quid facto opus eſſet?

SI hoſtia pro peccato ex ave commiſceretur cum holocauſtis ex ave, contráque holocauſtum ex ave ſi confunderetur cum hoſtiis pro peccato ex ave, vel unum ſi confunderetur cum millibus decem, omnes mori per ſe jus erat. Omnino ſic ſe res habebat, ſiquidem cùm emerentur dominis explicatè diſtribuebantur hæc in hoſtiam pro peccato, iſta in holocauſtum: verùm aves debitas partim in hoſtiam pro peccato, partim in holocauſtum ſi quis non nominatim diſtribuiſſet, ſed obtuliſſet promiſcuè, ac cum hoc debito promiſcuo confunderetur aut hoſtia pro peccato, aut holocauſtum, alia erat ratio.

II. Nempe ſi hoſtiæ pro peccato confunderentur cum debito illo promiſcuo, ex eo numerus hoſtiarum pro peccato erat ad ſacrificandum idoneus tantùm: non erant autem ad ſacrificandum idonea, nec ejus debiti promiſcui holocauſta, nec quæ cum his erat immiſta hoſtia pro peccato, ut quæ hoſtia pro peccato cum holocauſtis immiſta fuerit.

III. Itaque ſi debitum illud hoſtias pro peccato contineret duas, dimidium ejus erat ad ſacrificandum idoneum, & dimidium ejus alterum haud idoneum: quanquam meâ quidem ſententiâ cunctas debiti victimas oportebat in altaris inferiori parte immolari ritu hoſtiæ pro peccato.

IV. Similiter ſi cum debito illo promiſcuo commiſceretur holocauſtum, ex eo debito ſola holocauſta erant ad ſacrificandum idonea: ejuſdem & hoſtiæ pro peccato, & quod cum his erat immiſtum holocauſtum, non erant ad ſacrificandum idonea: nam ecce erat holocauſtum immiſtum hoſtiis pro peccato. Nec quidquam intererat, utrùm debitum illud promiſcuum numero ſuperaret immiſta holocauſta, an contrà holocauſta numero ſuperarent debitum illud promiſcuum, aut par eſſet undique numerus, præter holocauſta debiti promiſcui, nihil erat ex eo ad ſacrificandum idoneum. Quare ſi debitum illud contineret holocauſta duo, dimidium ejus erat ad ſacrificandum idoneum, & dimidium ejus alterum haud idoneum. Sed meâ quidem ſententiâ cunctas debiti victimas oportebat in altaris ſuperiori parte immolari ritu holocauſti.

Si confunderentur inter ſe debita promiſcua duo ſeu ambo V.
unius & ejuſdem nominis, ut ſi eorum, qui fluxionem ſeminis paſſi ſint, hominum nidi confunderentur cum nidis aliorum hominum, qui itidem ſeminis fluxionem paſſi fuerint, ſeu duorum nominum, ut ſi nidi hominum, qui fluxionem ſeminis paſſi ſint, commiſcerentur nidis puerperarum, ſeu porro ambo ab homine uno, ſeu ab hominibus eſſent duobus, ſi nidorum utroque par hoſtiarum fuiſſet numerus, dimidium eorum erat ad ſacrificandum idoneum, & dimidium eorum alterum haud idoneum. Sive igitur hoſtiæ omnes in ſuperiori parte altaris eſſent immolatæ, ſive omnes in inferiori parte, ſive denique tantus earum numerus ſupernè, quantus infernè, ſemper dimidia pars earum legitima, & dimidia temerata fuerat. Nimirum totus hoſtiarum numerus æqualiter ex holocauſtis atque hoſtiis pro peccato conſtabat: quare ſi immolarentur omnes ſupernè, dimidia pars earum erat legitima, ut quæ holocauſta fuerant: & ſi immolarentur omnes infernè, item dimidia pars erat legitima, ut pote quæ fuerant hoſtiæ pro peccato. Jam ſi fuiſſent ſupernè atque infernè pariter immolatæ, dimidia pars propter confuſionem legitima foret, atque pro holocauſtis haberetur, tum ex iis, quæ immolatæ fuerint infernè, æqua portio fuiſſet legitima, eæque haberentur hoſtiæ pro peccato.

Sin duo confunderentur inter ſe debita promiſcua, quorum VI.
uno major quàm altero ineſſet hoſtiarum numerus, ut ſi uno volucres continerentur quatuor, & ſex altero, atque ſupernè omnes, aut omnes infernè fuerint immolatæ, dimidia pars legitima, & dimidia temerata foret ea de cauſa, quam diximus. Sin autem ſupernè atque infernè fuerint æqualiter immolatæ, videndum erat: ſi ſacerdos deliberabundus poſt conſultationem demum ita feciſſet, debitum minus idoneum fuiſſet: ſin ſuo ipſius nutu & arbitrio ita fecerit, debitum majus fuiſſet legitimum.

Summa eſt, ubicunque ſacerdos nutu ſuo confuſorum ejuſ- VII.
modi debitorum hoſtias æqualiter ſupernè & infernè immolârit, nec fieri potuerit, quin ex debitorum uno pars ſupernè, pars infernè fuerit immolata, ibi debitum id, quod majorem continebat hoſtiarum numerum, idoneum erat. Etenim quia conſtabat partem ejus ſupernè, partem infernè fuiſſe immola-

tam, par erat omnino ejus hoſtias omnes eſſe idoneas.

VIII. Homines duo ſi nidos ſuos promiſcuè coëmiſſent, vel ſuorum nidorum pecunias promiſcuè dediſſent ſacerdoti, porro ſacerdos quam voluerit volucrem, aut in hoſtiam pro peccato, aut in holocauſtum immolaret: neque enim nidorum volucres explicatè diſtribuebantur, niſi vel à dominis inter emendum, vel à ſacerdote inter immolandum, ut ſuprà poſuimus.

IX. Sacerdos ſi quando coram aderant multæ volucres in hoſtias pro peccato, atque in holocauſta, utraſque ſupernè, vel utraſque infernè immolâſſet, dimidia pars earum idonea, & dimidia pars temerata foret. Sin eas ex æquo ſupernè, atque infernè immolâſſet, nec ſatis ſciret hoſtiaſne pro peccato infernè immolâſſet, an holocauſta, cunctæ temeratæ fuiſſent; erat enim quod diceretur volucres in holocauſta deſtinatas infernè eſſe immolatas, & hoſtias pro peccato ſupernè.

X. Sin præſto adeſſent volucrum collectiones ternæ, quarum una contineret hoſtias pro peccato, altera holocauſta, tertia verò foret promiſcua, dimidia videlicet ex holocauſtis, & dimidia ex hoſtiis pro peccato, nec ſacerdos immolandis volucribus quidquam diſcriminis feciſſet, ſed vel immolâſſet omnes ſupernè, vel omnes infernè, dimidia pars earum idonea, & dimidia pars temerata foret.

XI. Qui ſi ſacerdos dimidiam partem volucrum immolâſſet ſupernè, & dimidiam partem infernè, omnino tertia illa volucrum collectio promiſcua idonea erat, quippe quæ partim ſupernè, partim infernè immolanda fuerat: hæc igitur dividebatur æqualiter dominos inter utroſque, & utroſque expiabat, ac ſolutos relinquebat, quando ſacerdos ignorabat ad quem hoſtiæ deſignatæ, ad quem promiſcuæ pertinerent. Jam duæ aliæ collectiones hoſtiarum explicatè deſignatarum temeratæ erant eò, quòd non ſciret ſacerdos quam hoſtiarum ſupernè, & quam immolâſſet infernè, ac fieri poſſet, ut holocauſtum infernè, & hoſtia pro peccato fuiſſet immolata ſupernè.

CAPUT NONUM.

ART. I. Exponũtur multæ quæſtiones de volucribus in ſacra de-

SI promiſcuo è nido pullus unus avolâſſet in auram, vel inter volucres ejuſmodi, quas omnes mori jus erat; item ſi

pullus unus morte peremptus eſſet, alteri ſuperſtiti conſortem oportebat adjungi.

ſtinatis, quæ fuerint inter ſe confuſæ.

Sin avolâſſet inter hoſtias volucres, ipſe temeratus eſſet, & pullum alium pariter temerâſſet: nimirum ita res erat cùm pullus è nido promiſcuo inter hoſtias volucres avolâſſet, & ipſe temeratus erat, atque ſimul alium unum temerâſſet: ut ſi pullus è nido promiſcuo avolâſſet inter decem volucres item promiſcuas, tum ex his immolarentur quinque in parte altaris inferiori, atque in ſuperiori ſex, de ſex iſtis ſupernè immolatis idonea erant holocauſta quinque, & de quinque volucribus infernè immolatis omnino quatuor erant idoneæ hoſtiæ pro peccato: erat enim metuendum, ne pullus iſte, qui advolarat, eſſet unus ex iſtis quinque volucribus, quæ in inferiori parte altaris fuerant immolatæ. Item ſi ſex immolarentur infernè, ſupernè quinque, omnino hoſtiæ pro peccato quinque, & quatuor holocauſta erant idonea, quia locus erat metuendi, ne qui pullus advolarat, verſaretur inter immolatas ſupernè quinque volucres. Unde fit, ut ex decem illis volucribus omnino relinquerentur idoneæ novem, adeoque una ex illis temeraretur. II.

Si fuiſſent aves promiſcuæ quatuor ex una parte, & ex altera parte item quatuor aves promiſcuæ, tum una ex illis advolâſſet ad has, harum unam temerâſſet. Sin poſt hanc confuſionem etiam ex his una ad illas avolâſſet, temerâſſet item unam ex illis ita, ut omnino duæ ex illis idoneæ relinquerentur. III.

Quòd ſi rurſus una ex illis ad has avolâſſet, & ſic deinceps tota die, nihilo magis perdidiſſet: nam ſi omnes ſimul inter ſe confunderentur, tamen dimidia pars earum idonea, & dimidia pars temerata fuiſſet, ut ſuprà diximus. IV.

Cùm variæ præſentes adeſſent avium collectiones, quarum una duas contineret aves, altera quatuor, tertia ſex, octo quarta, quinta denas, duodenas ſexta, & ſeptima quatuordecim, tum ex omnium prima pullus avolâſſet ad collectionem ſecundam, & unus è ſecunda ad tertiam, & porro unus è tertia ad quartam, unus è quarta ad quintam, unus è quinta ad ſextam, unus è ſexta ad ſeptimam, & rurſum pullus alter revolâſſet ex alia collectione ad aliam adeo, donec ad primam, unde prior avolarat, redierit, abitione pariter & reditione pullus unus V.

temeraretur in unaquaque collectione ſic, ut in prima & ſecunda collectione prorſus nulli ſupereſſent pulli ad ſacrificandum idonei, in tertia relinquerentur pulli duo, quatuor autem in collectione quarta, in quinta ſex, in ſexta octo, & in ſeptima duodecim. Quòd ſi denuo pullus unus ex collectione alia ad aliam avolâſſet; tum etiam ex collectione ultima pullus unus revolâſſet ad collectionem proximè ſuperiorem, & ſic deinceps uſque donec ad primam collectionem redierit, itidem pullus unus tam abitione, quàm reditione temeraretur in unaquaque collectione ſic, ut in collectione tertia & quarta nulli relinquerentur ad ſacrificandum idonei; in quinta verò collectione relinquerentur pulli ad ſacrificandum idonei duo: in ſexta quatuor: & in ſeptima decem. Sin tertiò pullus unus ex collectione alia ad aliam avolâſſet, revolâſſetque, item abitu, redituque pullus unus temeraretur ita, ut in collectione quinta & ſexta pulli temerarentur omnes, & in ſeptima idonei ad ſacrificandum relinquerentur octo. Ac ſi ſacerdos ex quatuordecim pullis ultimæ collectionis ſeptem immolâſſet in parte altaris ſuperiori, & in inferiori itidem ſeptem, octo fuiſſent idonei, & ſex temerati propter pullos illos, qui avolando revolandoque commiſti ac confuſi inter ſe fuiſſent.

VI. Si præſentes adeſſent nidus promiſcuus & nidus explicatè deſignatus, atque ex nido promiſcuo pullus unus avolâſſet ad nidum explicatè deſignatum, unico illi pullo ſuperſtiti alter adjungeretur oportebat. Idem ille pullus, qui avolarat, ſi reverteretur, aut ſi à nido explicatè deſignato pullus unus ad nidum promiſcuum devolâſſet, nec exploratum eſſet, utrùm pullus iſte, qui devolâſſet, holocauſtum eſſet, an hoſtia pro peccato, pullos omnes nidi promiſcui mori per ſe jus erat. Nam huic ſi commiſceretur holocauſtum, omnes ejus hoſtiæ pro peccato temerarentur: Rurſus ſi commiſceretur ei hoſtia pro peccato, holocauſta ejus omnia temerarentur. Quocirca omnes ejus pullos mori per ſe jus erat.

VII. Si fuiſſent hoſtiæ pro peccato ex una parte, & ex altera holocauſta, & nidus promiſcuus in medio, tum è medio pulli duo diverſas in partes iſtas devolâſſent, unus huc, & illuc alter, nihil perdidiſſent; ſed ita pronuntiabatur qui ad hoſtias pro peccato advolarat pullus, cum etiam eſſe hoſtiam pro peccato,

&

& qui adierat holocauſta, holocauſtum eſſe & ipſum. Si poſt confuſionem iſtam rurſum pulli duo, hinc unus, & illinc unus devolâſſent in medium, duos iſtos intermedios mori per ſe jus erat, quippe cùm eſſent hoſtia pro peccato & holocauſtum confuſa inter ſe; ſed qui fuerant à lateribus, ſacrificarentur, hi in hoſtias pro peccato, iſti in holocauſta prout erant: ſin etiam pulli intermedij ad laterales devolâſſent, omnino omnes mori per ſe oportebat, quia metuebatur, ne cum hoſtiis pro peccato holocauſtum, & cum holocauſtis hoſtia pro peccato commiſta ac confuſa fuiſſet.

CAPUT DECIMUM.

Mulier cùm ita diceret: En ego voveo nidum, ſi filium pariam; atque filium peperiſſet, quatuor ferret volucres, duas pro voto, quæ ſacrificabantur in holocauſtum, ut ſuprà diximus, & nomine puerperij duas, quarum una ſacrificabatur in holocauſtum, & altera in hoſtiam pro peccato: ex quo intelligitur oportuiſſe, ut ex iſtis pullos tres in ſuperiori parte altaris, & in inferiori unum ſacerdos immolaret. Qui ſi per errorem duos ſupernè, & infernè duos immolâſſet, neque ullatenus ea de re conſultâſſet, alium etiam oportebat ferri pullum, qui ſupernè ſacrificaretur. Quod quidem ſic erat ſi quatuor illi pulli ferrentur omnes ex uno & eodem genere, ut ſi eſſent omnes turtures, aut omnes pulli columbini: ſin autem turtures duo forent, & duo pulli columbini, atque ex iis immolarentur ſupernè duo & duo infernè, præterea turturem unum, & pullum columbinum unum ferri etiam neceſſe erat, qui ſacrificarentur ambo ſupernè, ut mulier debito liberaretur. Nam ſi fortè ſacerdos principiò immolâſſet infernè turtures ambos, ad abſolvendum mulieris debitum requirebatur etiam turtur unus, qui ſupernè immolaretur: ſin autem pullos columbinos ambos infernè immolâſſet, præterea etiam pullum columbinum ſupernè immolari neceſſe erat, eò; ut mulieris debitum prorſus exolveretur: neque enim licebat, ut quiſquam ſolutionem debiti ſimul ex uno turture, & uno pullo columbino componeret, ſed aut ex duobus turturibus, aut ex pullis columbinis duobus componi oportebat.

ART. I. Voti & puerperij ſacrificia ſi confunderentur, quid facto opus eſſet?

II. Mulier ſi voti planè deſignandi causâ ſacerdoti ita diceret, Hos ego pullos in votum, & iſtos in debitum ſecerno, tum horum duos ſacerdos ſupernè & duos immolâſſet infernè, verùm neſciret utros ſupernè, utros infernè immolâſſet, mulier oportebat etiam tres offerret pullos, duos in votum, & unum ad perſolvendum debitum. Et immolabantur duo iſti in altaris ſuperiori parte, quia mulier à debito votum explicatè ſecreverat, & fortè pulli duo, qui fuerant in votum ſecreti, infernè fuerunt immolati, atque adeo temerati. Sic ſe res habebat cùm mulier pullos quatuor unius & ejuſdem generis tulerat, atque eorum duos in votum explicatè ſecreverat: verùm ſi duo pullorum genera tulerit, pullos alios oportebat à muliere ferri quatuor, duos videlicet eodem è genere, quod in votum deſtinaverat, ex voto immolandos; & duos alios, cujus maluerit generis, ex debito ſacrificandos, unum ſupernè, & alterum infernè.

III. Si mulier nuncupando voto nominatim dixiſſet: En ego ſpondeo turtures duos, ſi filium pariam; atque peperiſſet, tuliſſetque pullos quatuor, è voto duos, & duos è debito, tum ſacerdos immolâſſet binos ſupernè, binos infernè; ſed ignoraret utros immolâſſet ſupernè, utros infernè, nec mulier ipſa recordaretur quod avium genus in votum deſtinâſſet, turturesne, an pullos columbinos, neceſſe erat ab ea ferri etiam turtures duos, ſimul & duos pullos columbinos in votum, qui immolarentur omnes ſupernè; & præterea in complementum debiti pullum unum, qui pullus itidem immolaretur ſupernè: nam infernè duo fuerant jam immolati in hoſtias pro peccato. Quæ ratio tum demum valebat, cùm mulier quatuor generis ejuſdem pullos primùm tulerit: ſin autem primò lata fuerint genera duo, oportebat ut mulier denuo pullos ſex offerret, par turturum item & par pullorum columbinorum in votum, & pro debito alterutrum horum, par turturum, aut par pullorum columbinorum, quorum unus immolaretur ſupernè, & alter infernè. Similiter mulier ſi ſacerdoti pullos tribuerit, nec recordaretur quales, & hos ſacerdos immolârit, nec ſatis ſciret ubi tandem, omneſne ſupernè, aut rurſus omnes infernè, an dimidiam eorum partem ſupernè, & dimidiam infernè, hîc mulier itidem oportebat denuo offerret par turturum ſimul & par pullorum columbinorum in votum, & vel par turturum, vel par pullorum columbinorum in debitum.

Jam ſi mulier in votum juxta atque debitum aliquid certi conſtituerit, tum rei conſtitutæ obliviſceretur, quoniam fieri poterat, ut pro puerperio deberet agnum in holocauſtum, & in hoſtiam pro peccato volucrem unam, ſeu turturem, ſeu pullum columbinum, idcirco oportebat, ut offerret pullos ſex, quatuor in votum, & in debitum duos, inſuper ut offerret in hoſtiam pro peccato unum vel pullum columbinum, vel turturem ſimul cum agno, ita; ut volucres offerret ſeptem. IV.

Atque ejuſmodi hoſtiæ pro peccato comedebantur nullæ, quippe quæ ambiguæ fuerant. V.

CAPUT UNDECIMUM.

QUISQUIS ſacris adminiſtrandis non erat idoneus, is ſi de fertis plenum pugillum exemiſſet, ea temeráſſet utique. Idem ſi thus de ſimila demeret, quanquam non ſuſtuliſſet plenum pugillum de ferto, id temeráſſet tamen. ART. I. Qua ratione ferta temerarentur?

Et ſacerdos idoneus ſi de ferto plenum pugillum decerpſiſſet, tum haud idoneo præbuiſſet: item ſacerdos idoneus ſi de ferto plenum pugillum decerpſiſſet manu dextrâ, deinde decerptum hoc in ſiniſtram manum, tum in vas ſacrum indidiſſet: itemque ſi id quod è vaſe ſacro decerpſiſſet, indidiſſet in vas profanum, fertum utique temeráſſet. II.

Si decerpendo ferti pleno pugillo prehenderetur aut lapillus, aut grumus ſalis, aut granum thuris, fertum temeraretur. III.

Jam ſacerdos ſi plenum è ferto pugillum decerpſiſſet tum, cùm ſtaret extra atrium, atque introïſſet, rurſus intus è ferto plenum pugillum decerperet oportebat, atque bene erat. IV.

Si decerptus è ferto plenus ille pugillus per atrij pavimentum fuiſſet diſperſus, rurſus colligeretur. V.

Si fertum reponeretur in vaſe non ſacro, ſi decerptus ex eo plenus ille pugillus reponeretur in vaſe non ſacro, ſi ferretur ad altare in vaſe non ſacro, ſi permiſceretur oleo extra atrium, temeraretur: etenim oleum immiſceretur intus oportebat. VI.

Qui ſacris adminiſtrandis haud idoneus erat, ut homo alienus, & hujus ſimiles, ſi fudiſſet oleum ſuper ferta, ſi cum oleo ferta confudiſſet, ſi ferta comminuiſſet, ſi ſale conſperſiſſet, ea nihilominus legitima fuerint. Idem ſi ferta altari admoviſ- VII.

ſet, ſi de more agitâſſet, ea denuo ſacerdos admoveret, agitaret oportebat, quanquam legitima ferta fuiſſent, tametſi non à ſacerdote denuo altari admoverentur, aut agitarentur. Nam
Lev 2. 2. quod eſt in Lege, *Ac deferet ad filios Aaron ſacerdotes: quorum unus tollet pugillum plenum*, &c. ex eo ſatis intelligitur ad tollendum è ferto plenum pugillum demum, ac ceteras deinceps functiones opus eſſe ſacerdote; ex quo ſequitur ad oleum ſuper ferta fundendum, item ad miſcenda oleo ferta, hominem alienum ſatis idoneum eſſe.

VIII. Si vel ex oleo ferti alterius, vel ex oleo profano quamvis parum incidiſſet fertum in aliquod, id temeraretur: ſi ferto defuerit aliquid ex oleo ſuo, item temeraretur: ſin eidem è thure ſuo defuerit aliquid, nihilominus legitimum foret, ſiquidem ei grana thuris adhiberentur duo: temeraretur autem ſi granum thuris unicum duntaxat adhiberetur, eò, quòd in Lege eſt,
Ibidem. *Ac totum thus.*

IX. Si fertum oleo thureque redundaret, modò cuique decimæ ſimilaginis adhiberetur oleum * intra modum duorum ſextariorum, & cuique ferto thus intra modum duorum pugillorum, fertum erat legitimum: ſin adhiberentur plenè ſextarij duo, plenéque pugilli duo, aut eo plus, fertum temeratum foret.

X. * Fertum peccatoris, cùm oleum fuiſſet inditum vel ipſi, vel decerpto pleno pugillo, temeratum foret. Quòd ſi thus ei fuiſſet impoſitum, id è ferto tolli oportebat. Quòd ſi thus egregiè contuſum ac comminutum inditum ferto fuiſſet, quoniam fieri non poterat, ut tolleretur ex eo thus, fertum de dubio temeratum foret.

XI. Si ſublato è ferto pleno pugillo poſtea denique in ejus reliquias oleum infunderet aliquis, nec is verberibus multaretur, nec fertum temerâſſet, eam ob rem quia decerptus ex eo pugillus utique legitimus eſſet.

XII. Si parum oleæ funderetur in portionem ferti eam, quæ

IX. *Intra modum duorum.* Monendus eſt hîc Lector in editione Folij minoris anni 1574. mendosè legi apud textum, עד שני לוגין, pro על שני לוגין quod correctè legitur in editione Folij majoris anni 1524. Atqui hæc una parva vox על ſententiam mutat totam; immo omnino ſentehtiam relinquit nullam.

X. *Fertum peccatoris.* De hoc ſcriptum legitur Lev 5. v. 11. *Non mittet in eam (oblationem) oleum, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato eſt.*

magnitudine par eſſet olivæ, fertum de dubio temeratum foret: verùm ſi funderetur oleum ſuper ferti portionem olivæ magnitudine minorem, non fieret illegitimum fertum: Jam fertum non temeraret inditum thus, niſi inderetur thuris id, quod magnitudinem olivæ exæquaret.

Thus ſi poneretur ſuper ferti particula quamvis parva, nihiloſecius fertum temeratum foret, donec ex eo tolleretur thus. XIII.

Si fertum aquâ ſparſum ſubegiſſet ſacerdos, tum inde plenum pugillum exemiſſet, idoneum fuiſſet: quòd autem fertum hoc *Aridum* dicitur, id de oleo duntaxat intelligitur. XIV. *Lev.* 7. 11.

Sacerdos ſi portionem ferti adolendam pugillo decerpſiſſet ſcilicet, ſed duabus vicibus, fertum tamen idoneum erat; immo etiam ſi pluribus, modò ſimul unà particulam ferti adoleret eam, quæ æquaret oleæ magnitudinem: nam minus hoc omnino adolendum non erat. XV.

Sacerdos ſi decerptum è ferto pugillum nullo adhibito ſale adoleret, fertum temeratum erat. Etenim fertum ſine ſale prorſus nullum eſſe ſuprà diximus. Jam ſi ferto aliquantum deeſſet ante, quàm pugillus ex eo fuerit decerptus, domo penu deportandum erat, quo expleretur. Fertum enim tum demum fixum ac ſtatutum erat, cùm pugillus inde decerperetur, non continuò atque in vaſe ſacro impoſitum fuerit. XVI.

Si pugillo thuris, quem ſponte ſuâ quis ſeparatim obtulerat, quamvis parum deeſſet, illegitimus foret: ſimiliter quæ duæ thuris acerræ ad panem propoſitionis apponebantur, earum uni ſi tantulum deeſſet, illegitimæ fuerint: Etenim pugillos thuris duos continerent uſque * à principio ad finem oportebat. XVII.

Si fertum ad unum deſtinarentur pugilli thuris duo, & eorum alter amitteretur, ſiquidem id totum fieret priùs, quàm plenus pugillus fuerat decerptus è ferto, fertum necdum fixum & ſtatutum habebatur: ſin autem poſtea quàm plenus pugillus fuerat è ferto decerptus, totum hoc fieret, fertum ſanè jam fixum, atque illegitimum erat, ut pote quod thure redundaret. Similiter ſi duabus thuris acerris pani propoſitionis adhibendis deſtinarentur pugilli thuris quatuor, atque eorum duo amitterentur, ſiquidem totum hoc fieret ante, quàm acerræ veteres de menſa ſublatæ fuerant, nondum conſtituti XVIII.

XVII. *A principio.* Erant autem ad panem appoſitæ ſeptem dies totos.

habebantur, adeoque erant legitimi: ſin poſt, quàm acerræ veteres ſublatæ de menſa fuerant, ſanè jam conſtituti erant, adeoque illegitimi, quippe cùm redundarent.

XIX. Si pugillus thuris inquinatus adoleretur, id commiſſum expiabat aurea pontificis lamina, de qua ſcriptum legitur, *Portabitque Aaron iniquitates*, &c. Si pugillus thuris atrio elatus rurſus in atrium inferretur atque adoleretur, hoc commiſſum non expiabat aurea pontificis lamina: hæc enim de ſacris inquinatis, quæ adolerentur, Deum placatum efficiebat quidem, de ſacris atrio elatis non item.

Exo. 28. 38.

XX. Si poſt ſublatum è ferto plenum pugillum reliquum ferti pollueretur, cremaretur, extra atrium deportaretur, aut amitteretur, omnino plenus ille pugillus in altari non erat incendendus: verùm ſi fuerit incenſus, gratus & acceptus erat tamen. Jam ſi minuta reliqui particula remanſiſſet legitima, plenus ille pugillus de integro erat adolendus, & quæ legitima remanſerit minuta particula eſu nefas erat.

XXI. Cùm illius, in quo reponeretur decima ſimilaginis pro ferto, vaſis ſacri pars inferior velut intergerino pariete divideretur, è ferto quamvis ſupernè ritè miſto plenus ille pugillus decerpendus non erat: qui ſi fuerit decerptus, fertum eſſet temeratum.

XXII. Rurſus vas ſacrum ſi velut intergerino pariete ſupernè divideretur, atque infernè fertum in eo contentum probè miſceretur, licebat è ferto plenum pugillum decerpi.

XXIII. Cùm in uno & eodem vaſe ſacro fertum ex decima ſimilaginis in partes quidem fuerit diviſum ita, ut earum aliam alia non attingeret, ſed inter eaſdem nihil interclusionis intereſſet, dubium erat, utrùm partes per vas ſatis eſſent conjunctæ ad decerpendum ex iis plenum pugillum, necne: quapropter pugillus ille decerpendus non erat: ſi jam fuerit decerptus, incendendus in altari non erat: quanquam ſi fuerit incenſus, gratus & acceptus foret: ſed quidquid poſt decerptum plenum illum pugillum fuerit reliquum, id neutiquam comedebatur.

XXIV. Si pugillus è ferto decerptus reponeretur ſuper templi menſa contra celſam panum propoſitionis ordinationem, eum menſa conſecràſſet quidem ad temerandum, ad ſacrificandum non item: nec verò ſacrificabatur unquam, niſi priùs conſecratus fuerit in ejuſmodi vaſe ſacro, quod pugillo decerpto aptum ac conveniens erat.

Sacerdos ſi decerpendo pugillum ad vaſis ſacri latus admoviſſet: ſi vas ipſum ſuper manum ſuam ſic invertiſſet, ut os ejus eſſet infernè, tum ex eo pugillum decerperet, pugillus hic incendendus in altari non erat; ſi fuerit incenſus, gratus & acceptus foret. XXV.

Cùm è decima bipertitò diviſâ partium altera amitteretur, continuóque ſubſtitueretur in ejus locum alia, tum pars amiſſa reperiretur, atque partes illæ tres ſimul in uno vaſe reponerentur ita, ut ſe inter ſe non contingeret, ac pollueretur pars ea, quæ amiſſa fuerat, ea quidem cum priori parte conjuncta cenſeretur, atque adeo ambæ temeratæ forent: & quæ pars ſubſtituta fuerit, ea non putaretur eſſe duabus aliis juncta: huic igitur adderetur id, quod fertum expleret. Sin pars ſubſtituta pollueretur, ea ſimiliter cum priori parte conjuncta duceretur, & ambæ temeratæ forent, & pars iſta reperta non haberetur pro juncta cum duabus aliis. Sin pars prima pollueretur, pars altera, quæ fuerat amiſſa, & tertia, quæ in ejus locum ſubſtituta fuerat, conjunctæ ſimul putarentur. XXVI.

Eadem ratio tenenda fuit in decerpendo pugillo: ſi fuerit ex parte reperta decerptus pugillus, reliquum partis ejus, & prima pars tota comedebantur, & quæ pars fuerit in locum alterius ſubſtituta, ea non comedebatur: ſin pugillus ille decerptus ſit ex ſubſtituta parte, reliquum ejus cum prima parte tota comedebatur, non comedebatur reperta pars. Sin è parte prima pugillus ille decerptus fuerit, reliquæ partes ambæ non comedebantur, quoniam ambæ ſimul reliquiæ fuerant nimiæ, ut quæ decimam conficiebant integram, atque fertum, unde non eſſet exemptus plenus pugillus, cujuſmodi fertum utique interdictum erat, eſſe videbatur. Atenim quî fieri poterat, ut ſacrificaretur plenus ille pugillus, quandoquidem ſeſquidecima ſimilaginis pro uno & eodem ferto appoſita fuerat? Nimirum exemptio pugilli fuit in ſacerdotis ſita nutu: is igitur cùm pugillum hunc eximeret, totum animum ad decimam duntaxat intendebat, quandoquidem partes inter ſe non contingebant. XXVII.

Pugillus ex uno ferto decerptus ſi commiſceretur cum pugillo ferti alterius, ambos ſimul adoleri rectum erat. Item cùm exemptus è ferto pugillus confunderetur cum ferto ſacer- XXVIII.

dotum, aut cum ferto libaminum, aut cum cruſtulis ſummi ſacerdotis, hæc item ſimul adoleri rectum erat, quippe quæ tota igni altaris abſumebantur.

XXIX. Duo ferta, de quibus necdum fuerat exemptus pugillus, ſi confunderentur inter ſe, ſiquidem ex utroque poterat etiam ſeorſim eximi pugillus, legitima: ſin minus, temerata fuerant.

XXX. Exemptus è ferto pugillus ſi cum ferto commiſceretur eo, unde pugillus necdum fuerit exemptus, nihil inde adolendum fuit. Quòd ſi totum adoleverit ſacerdos, illud, ex quo pugillus erat decerptus, fertum ſuo profuit domino: hoc verò, unde pugillus non erat exemptus, neutiquam profuit domino.

XXXI. Pugillus è ferto exemptus ſi rurſus confunderetur cum reliquiis ſuis, vel ſi reliquiæ ferti unius cum alterius ferti reliquiis confunderentur, omnino nihil inde fuit adolendum: verùm ſi quid inde ſacerdos adoleverit, id dominis utique profuerit.

CAPUT DUODECIMUM.

ART. I. Sacrum tépli paniſicium, libaminaque, quibus rebus temerarentur?

SI præfinita * duobus panibus, & panibus propoſitionis, & manipulo agitationis menſura quantulumcunque augeretur, minueretur ve, temerati forent.

II. De placentis ſacrificij pro gratiarum actione, & de Nazaræi laganis ſi quid diminueretur priùs, quàm hoſtiæ ſanguis altari fuerit aſperſus, temerata fuerant: ſin poſtea quàm aſperſus altari fuit hoſtiæ ſanguis, aliquid de illis detraheretur, nihilominus legitima forent.

III. Eadem erat duorum panum ratio: de his ſi quid diminueretur ante, quàm altari ſanguis agnorum fuerat aſperſus, temerati: ſin poſt ſanguinis aſperſionem, legitimi fuerint.

IV. Item & duabus panum propoſitionis ordinationibus ſi quid detraheretur ante acerras duas thuris in altari incenſas, temeratæ; poſt incenſas acerras, legitimæ fuerint.

V. Libaminibus autem ſi quid detraheretur ſeu poſt, ſeu priùs quàm ſacrificaretur hoſtia, nihiloſecius illa legitima remanſerint ita, ut aliunde ferendum eſſet, quo rurſus explerentur.

VI. Si poſt quàm fuerant in vaſe ſacro ſacrata libamina, hoſtia temeraretur,

ART. I. *Duobus panibus.* Pentecoſte in frugum primitias Deo offerendis.

temeraretur, atque temeraretur in jugulatione ipſa, non erant conſecrata ſatis ad ſacrificandum libamina: ſin poſtquam fuerat exceptus hoſtiæ ſanguis, ſatis erant ſacrata libamina ad ſacrificandum: namque libamina ad ſacrificandum non conſecrabantur niſi per hoſtiæ jugulationem. Quid igitur de illis faceret ſacerdos? Nempe ſi tunc ipſum alia immolata victima præſens afforet, cum hac ſimul iſta ſacrificarentur libamina: ſin nulla alia victima immolata præſens adeſſet, perinde erat, ut ſi libamina pernoctando temerata fuerint, quæ propterea concremarentur oportebat. Hæc adeo de ſacrificio ſunt accipienda publico, de quo Senatus apud animum ſuum legem iſtam conſtituiſſe credebatur: ſin autem ſacrificium hominis privati fuerit, ejus libamina non ſacrificarentur cum alia victima, tamen etſi tunc ipſum immolata præſens afforet, ſed relinquerentur uſque dum pernoctando temerarentur, tum deinde comburerentur.

Jam quæcunque victimæ non jugularentur ſuo nomine, nihilominus tamen earum ſacrificarentur libamina. VII.

Partus hoſtiæ pro gratiarum actione, & quæ beſtia cum hoſtia pro gratiarum actione * fuit commutata, item ſi propter amiſſionem hoſtiæ pro gratiarum actione alia fuerit in ejus locum ſubſtituta, hæ tres ſi ferrentur poſtea, quàm priori hoſtia pro gratiarum actione facta jam fuit expiatio, non poſtulabant panem ſibi adjungi. Sin necdum facto piaculo prior hoſtia, & quæ fuerat in ejus locum ſubſtituta præſentes aderant, aut prior hoſtia, & partus ejus, aut prior hoſtia, & quæ cum ipſa commutata fuerat, utraque panem requirebat. Ita res erat ſi quis hoſtiam pro gratiarum actione voviſſet: ſi quis autem voluntariè præberet hoſtiam pro gratiarum actione, ſubſtituta in ejus locum, item & quæ commutata cum ipſa fuerat panem requirebant, non requirebat autem partus ejus ſeu ante, ſeu poſt factum piaculum. VIII. Quibus hoſtiis eſſet adhibendũ panificiũ?

Cùm deſtinata in gratiarum actionem hoſtia amitteretur, atque ſubſtitueretur in ejus locum alia, cujus etiam amiſſæ in locum tertia ſubſtitueretur, tum reperirentur duæ priores, atque adeo tres unà præſentes adeſſent, res ſic erat, ſi ex hoſtia IX.

VIII. *Fuit commutata.* Vide noſtram hac de re notam, quam appoſuimus ad art. 8. cap. 1. Tract. 4.

prima piaculum fieret, altera hoſtia panem non requirebat, requirebat tertia: ſi piaculum fieret ex hoſtia tertia, item altera panem non requirebat, requirebat autem hoſtia prima: ſin ex hoſtiarum altera piaculum fieret, reliquæ ambæ panem non requirebant.

X. Si quis argentum in ſuam hoſtiam pro gratiarum actione deſtinâſſet, tum argentum hoc amiſiſſet, atque in ejus locum ſubſtituiſſet argentum aliud, quo necdum fuerit empta alia hoſtia pro gratiarum actione, cùm argentum prius reperiretur, is utroque argento oportebat hoſtiam pro gratiarum actione coëmeret, quibus etiam hoſtiis ſuus erat panis adhibendus: & ſi quid argenti præterea ſupereſſet, & eo quoque coëmeretur hoſtia pro gratiarum actione, quæ quidem hoſtia panem non requirebat, requirebat autem libamina. Item ſi quis ſuam hoſtiam pro gratiarum actione ſegregâſſet, tum amiſiſſet, atque in ejus locum argentum ſepoſuiſſet, & deinde reperiretur hoſtia, argento illo coëmeretur hoſtia, cui panis adhibendus non erat. Item ſi quis argentum in ſuam hoſtiam pro gratiarum actione ſepoſuiſſet, deinde amiſiſſet, & ſubſtituiſſet in ejus locum hoſtiam, tum argentum illud reperiretur, argento coëmeretur hoſtia, cui panis ſuus erat adhibendus: poſterior autem hoſtia ſine pane ſacrificaretur.

XI. Si quis dixiſſet: Sit iſta hoſtia pro gratiarum actione, & hic panis ejus, tum amiſiſſet panem, ferret alium panem oportebat: ſin amiſiſſet hoſtiam, nihil erat, quòd aliam ferret hoſtiam: cujus rei iſta ratio erat, quia panis ferebatur propter hoſtiam, hoſtia non ferebatur propter panem.

XII. Si quis ſepoſuiſſet argentum in hoſtiam pro gratiarum actione, & aliquid inde ſupereſſet, reliquo iſto emeretur panis hoſtiæ adhibendus: ſi quis autem argentum ſepoſuiſſet in panem, qui hoſtiæ pro gratiarum actione erat adhibendus, & aliquid inde reſtaret, reliquo illo hoſtia coëmenda non erat.

XIII. Si quis dixiſſet: Sit iſta hoſtia pro gratiarum actione, tum ipſa, & quæ cum ea commutata fuiſſet, confunderentur inter ſe, atque earum altera mortem obîſſet; ſed quænam, incertum eſſet, ſanè altera ſuperſtes ad immolandum aptari nullo pacto poterat. Quid enim? Adhibereſne ei panem? At fortaſſis erat illa, quæ cum hoſtia Euchariſtica commutata fuerat. An eam

ſine pane ſacrificares? At fortè erat ipſa hoſtia Euchariſtica. Quare iſta ſacrificabatur nunquam, ſed paſcebatur interea dum vitio afficiebatur.

Si quæ cum hoſtia Euchariſtica jungebantur * placentæ, ea- XIV.
rum aliqua frangeretur, omnino temerabantur omnes. Si ferretur extra atrium placentarum aliqua, reliquæ placentæ fuerant etiam idoneæ. Si priùs quàm jugularetur hoſtia Euchariſtica, panis ei adhibitus vel frangeretur, vel contaminaretur, vel extra atrium portaretur, alius adhibebatur panis, atque hoſtia jugulabatur. Sin poſt jugulationem hoſtiæ frangeretur panis, pollueretur, efferretur, hoſtiæ videlicet ſanguis altari aſpergebatur, & comedebatur caro: panis autem totus erat temeratus, eamque ob rem voti ſolutio nulla erat. Si poſtquàm altari fuerat aſperſus hoſtiæ ſanguis panum aliqui aut frangerentur, aut pollucrentur, aut extra atrium ferrentur, de panibus integris pro fractis quoque facienda erat oblatio, & de puris pro panibus inquinatis, & de panibus intus relictis pro panibus elatis.

Si jugularetur hoſtia Euchariſtica adhibitis * octoginta pla- XV.
centis, ne quadraginta quidem ex eis conſecrarentur. Si nominatim diceretur: Sint ex eis ſacratæ quadraginta, totidem ex octoginta illis demebantur, atque * ex unoquoque ſacrificio erat Deo offerenda una placenta: & alteræ placentæ quadraginta, facta illarum redemptione, in uſum communem cedebant.

Si jugularetur hoſtia Euchariſtica tum, cùm panis ejus eſſet XVI.
etiam extra murum * Bethphage, nequaquam conſecrâſſet panem: eundem tunc extra atrium duntaxat poſitum utique con-

XIV. *Placentæ.* De pane cùm azymo, tum fermentato, qui adhibebatur ſacrificio Euchariſtico, & de diviſione ejus panificij in placentas quadragenas genere diverſas accuratè explicatum eſt Trac. 5. cap 9. artt. 17. 18. 19. 20. & 21.

XV. *Octoginta placentis.* Erant autem omnino adhibendæ quadraginta, ut loco paulò ante laudato pluribus agitur.

Ex unoquoque ſacrificio. E quadraginta placentis, quæ hoſtiæ Euchariſticæ adhibebantur, ſingulæ decem genere differebant à reliquis, proptereaque pro ſacrificio diverſo putabantur, ita; ut ex unoquoque genere Deo offerretur una placenta, reliquæ verò placentæ comederentur ab eo, cujus erat ſacrificium. Vide & loco mox laudato.

XVI. *Bethphage.* De hoc loco paſſim in Talmude commemoratur: in Talmudis commentariis explicatur de ejus ſitu; ſed de eo non convenit. Noſter enim Scriptor Tract. מנחות cap. התודה, quod in Gemara numeratur octavum, & ſeptimum in textu Miſnico editionis Venetæ in Folio anni 1606. ad art. 3. ita ſcripſit. „ Bethphage locus eſt extra montē ædis.

ſecrâſſet, nec quidquam referebat quòd panis intra atrium tunc non fuerit.

XVII. Si jugularetur hoſtia priùs, quàm in clibano panis ejus fuerat cruſtatus; immo ſi placenta vel una de cunctis necdum fuerat cruſtata, panis ſacratus non erat.

XVIII. Si temeraretur hoſtia Euchariſtica tunc ipſum cùm jugularetur eò, quòd miniſter de tempore locove jugulationis pravè cogitâſſet, nihiloſecius panis ejus ritè conſecratus fuerit: ſi reperiretur hoſtia vitio correpta, aut lethaliter affecta fuiſſe: item ſi non jugularetur ſuo nomine, panis ejus non fuerit conſecratus. Eadem ratio tenenda fuit in pane, qui cum ariete Nazaræi jungebatur.

CAPUT DECIMUM-TERTIUM.

ART. I. Triplici cogitatione victimas temerari.

TRIA cogitationum erant genera, quibus temerabantur victimæ: hæc erant: ſi cogitando mutaretur nomen: ſi cogitando mutaretur locus: ſi cogitando mutaretur tempus. Jam cogitando mutabatur nomen ſi victima non immolaretur ſuo nomine: ut ſi quis immolando holocauſto cogitaret immolare victimam pacificam, ſi primo aditu victimam immolaret nomine holocauſti, & nomine hoſtiæ pacificæ, contráve: ſi vi-

Ibidem. Bartenora ita diſſerit. „ Magiſtri noſtri Bethphage extra mœnia „ Hieroſolymæ fuiſſe dixerunt. At Rabbi Moyſes Majemonis filius legit „ בית בגי *Bethbage*, quem locum „ vult eſſe ſitum proximè ad montem ædis extra eum murum, qui monti ædis „ erat circundatus: ibi ferta cocta fuiſſe, indeq; nomen ei fuiſſe inditũ *Bethbage*, deductũ ab illa ratione loquendi „ בפתבג המלך, quæ frequẽter uſurpatur à Daniele. Jam Rabbi Salomon Jarchi commentariis ſuis in Gemaram ejuſdem Tractatûs fol. 78. pag. b. idem aſſerit. „ Bethphage ſitum fuiſſe extra „ murum montis ædis. Eodem fere modo loquitur hic idem Tract. סנהדרין fol. 14. pag. b. „ Bethphage, inquit, „ locus eſt intra mœnia urbis ſitus, & „ inſtar Hieroſolymæ ducebatur ad omnia. Sed idem hic non conſtat ſibi; namque Trac. בבא מציעא, fol. 90. pag. a. ita ſcribit. „ Bethphage eſt ambitus exterior Hieroſolymæ, incrementum videlicet illud, quo urbs aucta „ fuit. Itaque mihi videtur fuiſſe quaſi „ cinctus urbis, בלעז barbarè *cingula* dicitur. Porro idem Tract. פסחים fol. 63. pag. b. „ Bethphage, inquit, „ locus eſt extra Hieroſolymam, & pergit quidem ibidem: nam Bethphage „ eſt extra Hieroſolymam, nec eſt locus idoneus, in quo liceat comedi ſacrificia. In eandem ſententiam loquitur etiam Tract. סוטה, fol. 45. pag. a. Jam in nominis enodatione mirificè diſcrepant inter ſe ſcriptores cùm Hebræi, tum alij, quorum opiniones hic ſubjicere nimis longum foret. Vide Buxtorfium, qui in Lexico Talmudico themate פגג pleraſque omnes recenſuit.

ctimam non immolaret nomine offerentis. Sic cogitando mutabatur nomen. Jam mutabatur cogitando locus, ſi quis victimam immolaret ſuo nomine ſcilicet, at ea mente, ut extra atrium vel ſanguinem ejus ſpargeret, vel aliquam partem ejus ad adolendum idoneam adoleret: vel ut quid è victima ad comedendum aptum comederet extra locum eum, quo comedi jus erat: hoc modo mutabatur cogitando locus. Etenim quibus de victimis horum aliquid cogitabatur, eæ dicebantur victimæ extra locum ſuum immolatæ. Tertium erat ſi cogitando mutaretur tempus: ut ſi mactaretur hoſtia nomine quid in ſuo, ſed ea mente, ut vel ejus ſanguis ſpargeretur poſt ſolis obitum, quod tempus ad ſanguinis aſperſionem neutiquam erat idoneum; vel ut ex ea quid aptum ad adolendum, adoleretur poſtera die poſt exortam auroram, quo quidem tempore id adolendum non erat; vel ut ex ea quid aptum ad comedendum, comederetur poſt tempus id, quo comedi conveniebat: nempe hoc pacto mutabatur cogitando tempus. Quibus igitur de victimis cogitabatur iſtorum aliquid, eæ dicebantur victimæ extra tempus ſuum immolatæ. Atque hoc illud eſt, quod paſſim * dicitur abominatio, de qua etiam Lege commemoratur.

Eſt verò nobis quaſi per manus traditum Legis illud, *Et ſi quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit*, ad eum pertinere, qui in immolanda victima cogitet ſe die perendino quid ex ea comeſurum: eandemque rationem eſſe cujuſvis hoſtiæ, ſi quis inter immolationem ipſam cogitaret ſe quid ex hoſtia comeſurum poſt tempus, quo comedi conveniebat eam hoſtiam: itemque ſi cogitet ex ea quid ad adolendum aptum poſt tempus in altari adolere: nam id quoque quaſi per manus nobis traditum eſt, unum & idem eſſe per hominem, ac per altare conſumi victimam: ſi cogitaretur id faciendum fore poſt tempus, victima videlicet erat abominanda. II. *Lev. 7. 18.*

III. Nam ſi de victima nihil pravum cogitaretur, atque ſanguis ejus altari ritè aſpergeretur, tum poſtea uſu veniret, ut elapſo tempore comedendæ victimæ aliquid ex ea reliquum fieret,

ART. I. *Dicitur abominatio.* Hebraïcè פגול. quæ vox uſurpatur ad ſignificandam *abominationem*, contaminationem, fœtorem hoſtiarum, quæ poſt immolationem ultra præfinitum tempus reſervarentur: hac de re commemoratur Lev. 7. v. 18.

reliquum id *Reſiduum* dicebatur, quod quidem interdictum erat, ne porro comederetur: verùm enim victima grata & accepta jam fuerit, & commiſſum prorſus expiaverit. Videmus enim de ſanguine ſcriptum, *Ego dedi illum vobis, ut ſuper altare in eo expietis*, cui verbo hæc eſt ſubjecta vis, ubi primùm ritè tetigerit altare ſanguis, illico offerentis expiatum iri commiſſa, & victimam acceptam fore. Qua de cauſa nulla res niſi ex qua reſiduum ſeu ab homine, ſeu ab altari fieri poterat, abominationi erat obnoxia: ſed hac de re alio loco agetur. Atque ex his tribus cogitationum generibus unumquodque victimam afficiebat æquè inter ipſam jugulationem, ac inter excipiendum ejus ſanguinem, aut inter ſanguinem ejus ad altare transferendum, aut denique inter ſanguinem ipſius altari aſpergendum.

Lev. 17. 11

IV. Ex quo intelligitur potuiſſe cogitando temerari victimam inter has quatuor operationes, inter jugulationem, inter excipiendum ſanguinem, inter ſanguinis tranſlationem, & inter ſanguinem altari aſpergendum.

V. Volucris autem hoſtia temerabatur omnino inter operationes duas, inter reſecandum ungue collum, & inter exprimendum ejus ſanguinem.

VI. Ferta verò, de quibus demebatur plenus pugillus, ea temerabantur inter operationes quatuor, inter demendum pugillum, inter pugillum in vaſe ſacro reponendum, inter transferendum pugillum ad altare, & inter pugillum in ignem projiciendum.

VII. Sin extra has operationes de victima cogitaretur aliquid, vel detrahendo corio, vel in diſſecandis artubus, vel in extis ad altare transferendis, aut in miſcendo ferto, aut in ferto ad altare transferendo, atque in horum ſimilibus, nullam ad rem valeret cogitatio, ſeu illâ mutaretur nomen, ſeu locus, ſeu tempus.

VIII. Item ſi quis aut inter horum quatuor operationum ſingulas, aut inter univerſas, aliud quiddam à ſuperiori triplici cogitationum genere de victima cogitaret, nihil ea cogitatio temeraret. Ut ſi quis in hoſtia jugulanda, in excipiendo, transferendo, & aſpergendo ſanguine cogitaret ſe hoſtiæ ſeu ſanguinem, ſeu exta relicturum in diem craſtinum, aut elaturum extra atrium: vel ſi cogitaret ſe ſanguinem hoſtiæ de colle non aſ-

perſurum eſſe altari contra baſim : vel ſi cogitaret ſe facturum aut aſperſiones ſuperiores infernè, aut inferiores supernè : ſi cogitaret ſe altari exteriori aſperſurum ſanguinem interiori altari aſpergendum, contráve : ſi cogitaret in templi adytum inferre ſanguinem hoſtiæ pro peccato : ſi cogitaret fore ut victimam comedant inquinati, aut alij quidam victimis edendis haud idonei: ſi cogitaret fore ut victimam ſacrificent inquinati, aut alia de cauſa ad ſacrificandum minus idonei : ſi ſe miſturū ſanguinem hoſtiæ idoneæ cum ſanguine hoſtiarum minus idonearum : ſi cogitaret ſe Paſchalis Agni fracturum oſſa, aut ſe comeſurum Paſchalem Agnum crudum: ſi hoſtiam pro peccato cremandam, ſeu extra tempus, ſeu extra locum præſinitum cremare cogitaret, his cunctis ſuſceptis cogitationibus, atque iſtarum ſimilibus nihiloſecius victima erat legitima. Similiter ſi quis inter demendum è ferto plenum pugillum, aut inter eundem in vaſe ſacro reponendum, aut inter eundem transferendum, aut inter eundem in ignem projiciendum cogitaret, ſeu plenum illum pugillum, ſeu thus ejus relinquere in diem poſterum, vel extra atrium efferre, nihiloſecius fertum illud legitimum fuiſſet. Jam ſi ſacra ſacerdos tranſmoveret, nec iret pedibus, illam motionem nullam eſſe ſuprà docuimus. Quare ſi ſacerdos in ejuſmodi motione pravè cogitaret, omnino temeráſſet nihil.

IX. Sin autem tranſmovens ſacra ſacerdos iret aliò, quàm oportebat, erat illa motio quidem, perquam cogitando ſacra temerari poterat: exemplum rei apponatur. Si ſacerdos ſanguinem exceptum altari aſperſurus loco hærens ſuo manum porrigeret, atque manu porrigenda pravè cogitaret, nihil illa cogitatio temeráſſet. Sin autem ſanguinem intra atrium exceptum tranſmoveret ſacerdos pergendo non ad altare verſus, ſed foras, idemque ferendo ſanguine foras, aut de mutatione temporis, aut de mutatione alicujus rei ſimilis cogitaret, ſanè victimam temeráſſet.

ART. I. Quis eſſet is, qui ſacrificia poſſet cogitatione polluere, ſacerdoſne

CAPUT DECIMUM-QUARTUM.

ATQUI harum cogitationum vis erat à ſacerdote ſacris operante, non item abs homine, qui ſacra offerret.

ſacrificans, an qui ſacrificia offerebat? Enimverò ſi offerentem audiremus, cùm de ſacris ſuis abominanda diceret, modò ſacerdotis operantis eſſet recta cogitatio, idonea ſacra fuerint.

II. Nec verò vim habebat niſi cogitatio ejus, qui erat ad operandum habilis, nec hæc ipſa quidem, niſi de re alioquin ad ſacrificandum apta ſuſciperetur in loco item ad ſacra facienda idoneo. Primum igitur erat, ut cogitatio eſſet hominis ad operandum habilis: nam ſi quis ex iis, qui ſacris faciendis erant inhabiles, hoſtiæ ſanguinem vel exciperet, vel transferret, vel altari aſpergeret, atque operando de alieno ſeu loco, ſeu tempore ſacrificandi cogitaret, nihilomagis ſacrum temeraret, eò, quòd ipſe ad operandum inhabilis eſſet, & qui fuerat exceptus ab ejuſmodi homine ſanguis, quique ex parte erat altari aſperſus, eum oportebat ſanguinem in ſubjectam altari foſſam effundi. Ac ſi quid ſanguinis vitalis ſupereſſet in hoſtia, id etiam rectè cogitando excipiebat ſacerdos ad operandum habilis: verumtamen inhabilis ad operandum ſi jugulandâ victimâ pravè cogitaret, victimam temerâſſet ideo, quia jugulationem, ut ante dictum eſt, etiam per inhabiles ad operandum fieri licebat. Etenim erant ſacra, quæ ſi non fierent ſuo nomine, tamen erant legitima ſic, ut deinceps explicabitur. Si quis igitur ad operandum inhabilis eo pacto hujuſmodi ſacrificij ſanguinem exciperet, transferret, altari aſpergeret, id temerâſſet perinde, ut ſi idem hoc feciſſet ſuo nomine, quod haud dubiè temeratum fuiſſet. Cùm igitur in ejuſmodi hoſtia ſanguis vitalis ſupereſſet, eumque protinus ſacerdos ad operandum habilis exciperet, atque altari aſpergeret, nihilominus hoſtia jam temerata fuerit, non quòd mutatum erat victimæ nomen, ſed quòd prior ille non erat ad operandum habilis, ut paulò ſuprà diſſeruimus.

III. Alterum erat, ut cogitatio de re alioquin ad ſacrificandum idoneâ ſuſciperetur. Cùm igitur è ferto manipuli plenus pugillus non demeretur ſuo nomine, tamen perinde erat, ut ſi ſuo nomine demptus ſit, & reliquum ejus comederetur: Etenim fertum iſtud hordeaceum erat, atqui hordeum non erat alioquin ad ſacrificandum idoneum. Item ſi de zelotypiæ ferto eoque thure inſtructo pravè cogitaretur priùs, quàm ex eo thus ſublatum fuerit, nihil efficeret iſta cogitatio, quippe quæ ſpectabat

ſtabat rem ad ſacrificandum haud idoneam. Eadem erat ratio rerum aliarum hujus ſimilium.

Tertium fuit, ut cogitatio ſuſciperetur in loco ad ſacra facienda idoneo: ſi quis igitur altari fracto de ſacrificandi tempore locove mutando cogitaret, hoſtiam iſtâ cogitatione neutiquam temerâſſet, quia tunc ipſum locus ad ſacrificandum non erat idoneus: Item ſi quis extra atrium demeret de ferto plenum pugillum, idemque demendo pugillo cogitaret de mutando ſacrificandi ſeu tempore, ſeu loco, iſta quidem cogitatio nullam vim habebat. IV.

Quædam è ſacris non erant apta homini ad veſcendum, & eadem erant ad adolendum idonea, ſanguis, exta, & holocauſti caro omnis: porro plenus pugillus, atque thus è fertis illis, quibus eximi plenum pugillum oportebat. V.

Quædam è contrario erant apta homini ad veſcendum, non erant apta ad adolendum, cunctarum videlicet hoſtiarum caro, quæ comedebatur vel à ſacerdotibus, vel à quovis hominum genere, fertorum reliquiæ, duo illi panes, atque panis propoſitionis. VI.

Porro quædam erant nec ad veſcendum, nec ad adolendum idonea, ut hoſtiæ pro peccato cremandæ caro tota, ut totum beſtiæ corium præter id, quo cauda tegitur, quod utique comedebatur: nam membrana, hoc eſt, tenuis illa pellicula, quæ corio ſic adhæret, ut ipſum à carne diſtinguat, illa quoque non erat ad veſcendum idonea: ut oſſa, nervi, cornua, ungulæ, ut avium plumæ, ungues, roſtra, extremum alarum, item & caudæ. Etenim horum, quamvis multa ſic carne inhæreant, ut ſi abſcindantur ab animante vivo protinus ſanguis effluat, tamen quoniam viliora ſunt, in ſacris non putabantur pro rebus ad veſcendum idoneis, ut carnis jura, condimentaque, ut animantium embryones & ſecundæ, ut avium ova, ut ea caro, quæ detrahendo corio beſtiarum cultro decerpta, in corio relinquitur (vulgò אלל *Alal* dicitur.) Hæc univerſa non ducebantur eorum numero, quæ cogitationes illæ ſacra temerantes ſpectarent, ſed pro rebus ad veſcendum haud idoneis habebantur. VII.

Sed enim cogitationes alioqui ſacra temerantes ſuſcipere de rebus ad perdendum, aut ad urendum deſtinatis licebat. Si VIII.

quis igitur per aliquam ex quatuor illis operationibus, aut etiam ſimul per quatuor operationes cogitaret ſe comeſurum id, quod comedi non ſolebat, vel adolere quod conſuetudo adoleri non permittebat, ſeu eadem illa cogitatione locus, ſeu tempus præſtitutum mutaretur, nihiloſecius idonea victima foret. Exempli cauſâ, ſi quis in animum induceret, vel ſanguinem hoſtiæ potare, vel exta comedere, vel demptum de ferto pugillum, & thus, idque aut extra atrium, aut die poſtero: itemque ſi quis in animum induxiſſet carnem victimæ, aut ferti reliquias adolere vel extra atrium, vel die poſtero, nihilominus victima legitima fuerat. Similiter ſi quid è corio, oſſibus, nervis, *Alal* comedere tempore locove alieno, aut adolere cogitaret, victima tamen erat idonea. Itemque ſi quis de juvencis & hircis illis cremandis aliquid extra atrium, aut die poſtero comedere in animum induxiſſet, nihilominus illi fuerant idonei. Atque eadem erat ratio omnium rerum his ſimilium.

IX. Si quis ita cogitâſſet fore ut inquinati, vel homines alioqui non idonei veſcantur re ſacrâ ad veſcendum aptâ, vel adoleant rem ſacram ad adolendum aptam, idque extra tempus comedendi adolendique, erat abominanda victima ſic, ut ſuprà poſuimus. Sin cogitâſſet futurum ut eadem homines illi comedant adoleantque extra locum comedendi adolendique, erat victima temerata quidem, non item abominanda.

X. Sed enim è ſacris infra magnitudinem olivæ comedere, vel adolere nihil erat: quocirca ſi quis in animum induxiſſet infra magnitudinem olivæ ſacrum quiddam, aut aptum ad comedendum comedere, aut aptum ad adolendum adolere extra tempus, vel extra locum, victima nihilominus legitima fuerit. * Et ſi quis animo cogitâſſet particulam è ſacris dimidiæ olivæ æqualem comedere extra atrium, & tantundem inſuper extra atrium * adolere; vel æqualem dimidiæ olivæ particulam comedere poſt tempus comedendi, inſuper & particulam dimidiæ olivæ æqualem adolere poſt tempus adolendi, victima ta-

X. *Et ſi quis animo cogitaret*, &c. Hæc ſanè quàm obſcura Scriptoris noſtri verba חשב לאכל כזית ביותר מכדי אכילת פרס itidem leguntur Tract. Talmudico, qui זבחים inſcribitur ſub finem cap. 2. fol. 31. pag. b. ubi à R. Salomone Jarchi dilucidè explicantur „ Comedere unam & alteram particulam „ dimidiæ olivæ æqualem, atque inter „ utramque intermittere paulò plus tẽ- „ poris, quàm quod ſufficit ad comeden- „ dum ovum unum & alterius dimidiũ:

Adolere. Alieno videlicet tempore, vel loco.

men erat idonea: nimirum hæc duo comedere & adolere non conjungebantur inter ſe. Si quis autem hoc utrumque uno & eodem verbo conſumendi apertè proferret, nempe ſi quis ita dixerit & à ſe particulam dimidiæ olivæ æqualem conſumptum iri, & ab igni itidem particulam dimidiæ olivæ æqualem conſumptum iri, ſanè conjungebantur inter ſe ea re, quia uno verbo effata fuerant. Et ſi quis animo cogitâſſet comedere vel adolere ſacrorum particulam dimidiæ olivæ æqualem, atque eodem tenore cogitâſſet, & particulam alteram dimidiæ olivæ æqualem comedere, hæ quoque inter ſe conjungerentur. Si quis animo cogitâſſet & à ſe ſacrorum particulam dimidiæ olivæ æqualem, ſeu extra locum, ſeu extra tempus comeſum iri, & iri comeſum itidem alteram particulam dimidiæ olivę æqualem à beſtia cicuri, ferave, hîc quoque, quoniam unum & idem uſurparetur verbum comedendi, particulæ conjungerentur. Si quis animo cogitaret ſacrorum particulam olivæ æqualem iri comeſum binis ab hominibus, iſti conſociabantur: Et ſi quis cogitaret ſe comeſurum particulam dimidiæ olivæ æqualem, tum intermiſſurum aliquanto plus temporis, quàm quod ſufficiat ad unum ovum, & alterius dimidium edendum, rurſuſque alteram particulam dimidiæ olivæ æqualem ſe comeſurum, iſtæ quoque conſociarentur. Si quis inter immolandam victimam cogitaret ſe ex ea comeſurum particulam dimidiæ olivæ æqualem, idemque rurſus inter ſpargendum victimæ ſanguinem cogitaret ſe particulam è victima dimidiæ olivæ æqualem comeſurum ſeu extra locum, ſeu extra tempus, ſanè jungebantur inter ſe. Item ſi vel excipiendo victimæ ſanguine, vel eodem transferendo cogitaret ſe victimæ particulam olivæ æqualem comeſurum: nimirum quatuor iſtæ operationes ſic erant inter ſe copulatæ, ut pro una & eadem operatione haberentur. Si quis cogitaret dempti pugilli particulam dimidiæ olivæ æqualem adolere, & æqualem dimidiæ olivæ particulam thuris, hæ ſimul jungebantur: etenim thus & demptus ille pugillus erant in ferto idem, quod exta in victima. Quare ſi quis cogitaret thuris particulam olivæ æqualem adolere extra tempus, fertum utique abominandum foret. Sed hac de re inferiùs diſputabitur. Nec verò quidquam intererat utrùm ſanguinem victimæ totum, an partem ejus extra atrium, vel die po-

ſtero ſpargendam cogitares, modò cogitatione complecterere ſatis ſanguinis ad ſpargendum, victima temerabatur.

CAPUT DECIMUM-QUINTUM.

ART. I. Victimarũ alieno nomine immolatarum quænam legitimæ, quænam eſſent temeratæ?

QUÆCUNQUE alieno nomine fuerunt immolatæ victimæ ſive privatæ, ſive publicæ, illæ omnino erant legitimæ omnes: verùm enim dominos non expediebant debito. Jam verò cunctis è victimis Agnus Paſchalis, & hoſtia pro peccato excipiuntur: quæ ſi victimæ alieno nomine immolarentur, temerarentur utique. Nec quidquam intererat utrùm immolandâ victimâ mutaretur ejus nomen, an ſanguine excipiendo, transferendo, ſpargendo ſic, ut ante poſuimus. Quid autem ſibi vult dominos non expediebant debito? Nempe holocauſtum ſi mactaretur nomine victimæ pacificæ, nihil offerenti proderat neque in holocauſtum ſi quod deberet, neque porro in hoſtiam pacificam; ſed neceſſe erat, ut victimam ſuppeditaret aliam. Item ſi Rubenis holocauſtum immolaretur nomine Simeonis, neutri proderat. Omnino ſic ſe res habebat: ſi quis victimæ nomen prudens ſciens mutaret: ſi quis autem imprudens putaret holocauſtum aliquod eſſe pacificam hoſtiam, ac cunctas operationes hoſtiæ pacificæ nomine ritè perpetrâſſet, iſta quidem hoſtia dominum planè debito liberâſſet. Quin etiam hoſtia pro peccato, & Agnus Paſchalis ſi per imprudentiam immolarentur alieno nomine, nihilominus rectum & legitimum erat: nimirum mutâſſe nomen imprudenter pro nihilo ducebatur. Eadem erat ratio holocauſti ex ave, ſi cùm ſecabatur ungue caput intortum, ſi cùm exprimebatur ſanguis, cogitando mutaretur nomen, holocauſtum legitimum erat ſcilicet, at offerenti nihil proderat: ſin eſſet hoſtia pro peccato volucris, illegitima foret.

II. Ferta quoque ſi ſacrificarentur alieno nomine, omnino dominis nihil profuiſſent, ſed legitima fuerint omnia, præter fertum peccatoris, & fertum zelotypiæ, quæ, ſi per aliquam è quatuor operationibus illorum nomen cogitando mutaretur, ambo fuerint temerata. Mutabatur autem ferti nomen, ſi quis inter demendum è ferto plenum pugillum nomen ferti ſpontanei cogitando mutaret cum nomine ferti peccatoris, aut no-

men ferti craticulâ coquendi cum nomine ferti coquendi ſartagine, & cetera horum ſimilia.

III. Jam interdictum fuiſſe ne de ſacris ſuſciperetur aliena cogitatio, paulò poſt explicabitur. Quare ſi quam victimam mactaveris alieno nomine, ſi de ferto plenum pugillum prudens imprudens alieno nomine dempſeris, reliquas etiam operationes ſuo nomine perpetrari oportebat. Immo etiam ſi inter immolandam hoſtiam, & excipiendum, ac transferendum ſanguinem animum ad nomen alienum applicaris, porro per aſperſionem ſanguinis animum inſtitueres ad rectè cogitandum opus erat. Quòd autem hoſtia pro peccato, & Agnus Paſchalis à ceteris hoſtiis, & peccatoris ac zelotypiæ ferta ceteris à fertis differrent, hæc cauſa fuit, quòd in his explicandis accuratiſſima ſit ſanctæ Legis diligentia. Nam de hoſtia pro peccato ſcriptum videmus, *Et immolabit eam in hoſtiam pro peccato*, cujus loci ea vis eſt, ut immolatio juxta atque reliquæ ejus operationes nomine hoſtiæ pro peccato perpetrentur: Subjicitur autem, *Pro peccato ſuo*, cujus iſta ſententia eſt, ut hujus illius peccati nomine mactetur hoſtia pro peccato. Additur, *Et expiabit eum*, cui verbo hæc eſt ſubjecta vis piaculum iſtud offerentium nomine fieri oportere. Jam de Agno Paſchali in Lege eſt, *Facias Phaſe Domino Deo tuo*, quod quidem hoc ſibi vult, omnem ejus operationem nomine Phaſe eſſe oportere: Quod autem de eodem ſcriptum videmus, *Dicetis: Victima Phaſe eſt*, item hoc ſignificat, nomine Phaſe mactari oportuiſſe. At ſi vel ipſius, vel offerentium mutaretur nomen, temeratum fuiſſe. De ferto autem peccatoris ſcriptum legitur, * *Quia oblatio pro peccato eſt*, & de ferto mulieris in ſuſpicionem adulterij vocatæ ſcriptum in Lege habemus, *Quia ſacrificium Zelotypiæ eſt*, quod utrumque eò ſpectat operationes illorum nomine faciendas eſſe omnes.

Lev. 4. 33. *Ibid. v. 35.* *Ibidem.* *Deut. 16. 1.* *Exo. 12. 27.* *Lev. 5. 11.* *Num. 5. 15.*

IV. Hoſtia pro peccato ſi mactaretur nomine cujuſvis aliûs hoſtiæ, nomine holocauſti, nomine hoſtiæ pro delicto, nomine hoſtiæ pacificæ, temerata fuerit, ut ante diſſeruimus: ſin immolaretur nomine profanæ beſtiæ, erat illa quidem legitima, at offerenti nihil proderat.

III. *Quia oblatio*, &c. Textus hic mendosè laudatur in editione Folij parvi anni 1574. idem laudatur emendatè in editione Folij magni.

V. Nam hæc quaſi per manus tradita fuit doctrina commutata ſacris ſacra temerari quidem, non item commutata ſacra profanis.

VI. Sin immolaretur nomine peccati alterius, ut ſi victima de comeſo adipe oblata mactaretur de comeſo ſanguine, temerata fuerit.

VII. Sin mactaretur nomine hominis alterius, qui deberet item pro peccato hoſtiam, vel hoſtiam illam pro peccato haud ſtatam, nihiloſecius temeraretur.

VIII. Sin autem immolaretur nomine hominis alterius, qui deberet holocauſtum, hæc ſi domino nihil prodeſſet, at certè legi-
Lev. 4. 35. tima foret: Eſt enim in Lege, *Et expiabit eum*, non item proximum ejus, qui æquè ac ipſe hoſtiam pro peccato debeat.

IX. Si mactaretur nomine hominis emortui, legitima foret illa quidem, ſed nihil profuerit: etenim mortuorum expiatio nulla eſt. Si mactaretur nomine hominis ejus, qui omnino victimam deberet nullam, neque hoſtiam pro peccato, neque holocauſtum, nec quidquam aliud, illegitima foret ideo, quòd ille fortaſſis homo victimam debeat aliquam, ſed ignorat.

X. Jam ſi quis victimam immolaret nomine proprio, idemque inter immolationem animo cogitaret ſe ſanguinem ejus ſparſurum nomine alieno, ſanè victima temerata fuerit: fas erat enim per unam operationem cogitare de operatione altera. Id igitur cogitâſſe inter immolationem perinde erat, ut ſi idem hoc cogitâſſes inter ſanguinis aſperſionem, adeoque victima temerata foret.

XI. Agnus Paſchalis, ſi per immolationem ejus nomen aliud cogitaretur, ſeu nomen alterius victimæ, ſeu nomen beſtiæ profanæ, utique temeraretur. Eſt enim in Lege, *Et dicetis: Vi-*
Exo. 12. 27. *ctima Phaſe eſt Domino*, ita res erat ſiquidem immolabatur ſuo tempore, hoc eſt, decima quarta die Niſan. Etenim illa die ſi mactaretur quamvis manè, atque mactando nomen aliud cogitaretur, haud dubiè Paſchalis Agnus temeratus fuerit: ſin extra tempus immolaretur Agnus Paſchalis non nomine ſuo, tamen erat legitimus: rurſum ſi non mactaretur nomine domini ſui, perinde erat, ut ſi ſuo tempore careret domino, adeoque temeratus foret.

XII. Agnus Paſchalis ſi mactaretur nomine ſuo ad decimam &

quartam diem Niſan ante meridiem, temeraretur; quippe quod tempus non ejus erat proprium: ſin agnus anniculo major nomine Paſchalis Agni mactaretur ſuo tempore: item & aliæ victimæ ſi Paſchalis Agni nomine mactarentur etiam poſt meridiem, tamen erant legitimæ: verùm enim ad ſolvendam dominorum obligationem nihil conducebant.

Si quando nomine hoſtiæ pacificæ mactaretur hoſtia Euchariſtica, domino proderat: contrà, ſi nomine hoſtiæ Euchariſticæ mactaretur hoſtia pacifica, nihil proderat domino: cauſa eſt quòd hoſtia Euchariſtica eadem & pacifica vocetur: pacifica autem hoſtia non vocetur item & hoſtia Euchariſtica. XIII.

Holocauſtum ſi mactaretur nomine hominis ejus, qui ſacrificium deberet nullum, nihil domino profuerit, ut quod non erat mactatum domini ſui nomine. Nam ſi hic, cujus nomine holocauſtum fuerat immolatum, nihil ejuſmodi debebat; at certè fieri non poterat, quin piaculum Deo deberet aliquod: nemo enim Iſraëlitarum eſt, qui non aliquando contra aliquod præceptum jubens fecerit. XIV.

Si mortui hominis holocauſtum immolaretur nomine hominis alterius, ad ſolvendam obligationem hujus alterius domini valeret, quippe quia ſuperior ille deſierat poſt mortem eſſe victimæ dominus. XV.

* Agni illi duo Pentecoſte ſacrificandi ſi mactarentur nomine arietum, ad ſolvendam Eccleſiæ obligationem neutiquam valebant. Quod ſi quis revera putaret eos eſſe arietes, atque nomine arietum mactaret, ad obligationem Eccleſiæ ſolvendam valerent eò, quòd per errorem facta mutatio fuiſſet. XVI.

Hominis leproſi hoſtia pro delicto ſi non eſſet immolata ſuo nomine, ſi non inſperſi fuerint ejus ſanguine * pollices, oportebat adhiberi libamina: niſi enim libamina adhiberentur, hæc hoſtia ſacrificaretur inſtar hoſtiæ ſpontaneæ, atqui hoſtiam pro delicto ſacrificari ritu hoſtiæ ſpontaneæ non licet. XVII.

Agnus ille cum manipulo ſpicarum ſacrificandus ſi non mactaretur ſuo nomine, erat ejus fertum libaminum non duæ ſimilaginis decimæ, ſed veluti cunctarum hoſtiarum ſponta- XVIII.

XVI. *Agni illi duo*, &c. De agnis & arietibus Pentecoſte nomine totius Eccleſiæ ſacrificandis. Vide Lev. 23. v. 18. & 19.

XVII. *Pollices.* Hominis videlicet leproſi, qua de re Lev. 14. v. 14.

nearum una decima: id adeo quòd hic debitum non exolvebat. Et ſacrificij jugis agnus ſi non mactaretur ſuo nomine, cum eo non item, ut cum reliquis ſacrificiis jugibus duo ligni ſecamenta ferebantur in altare, eò, quòd hic itidem debitum ſacrificium juge non exolvebat, ſed cunctarum hoſtiarum ſpontanearum erat inſtar.

XIX. Agni illi duo Pentecoſte ſacrificandi ſi non mactarentur ſuo nomine, ſi mactarentur aut ante tempus, aut poſt tempus, & ſanguis eorum ſpargeretur, & comederetur caro, tametſi non valerent ad obligationem Eccleſiæ ſolvendam. Quòd ſi ſabbatum haberetur, non ſpargeretur eorum ſanguis: quanquam ſi inſperſus eſſet, gratus fuerit eatenus, ut veſperi etiam exta adolere liceret.

XX. Similiter Nazaræi * hoſtia pacifica ſi non mactaretur ſuo nomine, licet domino nihil profuerit, nihiloſecius comederetur per diem ipſum & inſequentem noctem. Atenim panis ei adhibebatur nullus. Similiter Nazaræi & hominis leproſi hoſtiæ pro delicto, quæ non fuerint immolatæ ſuo nomine, tametſi nihil profuerint dominis, nihilominus comedebantur.

CAPUT DECIMUM-SEXTUM.

ART. I. Quænam eſſet ratio ſacrorum, de quibus ſimul unà multæ & variæ cogitationes pravæ ſuſciperentur?

DICTUM eſt ante ſacrificium, quod per aliquam è quatuor operationibus cogitares facturum alieno loco, temeratum eſſe ſcilicet, at non eſſe abominandum: quod autem cogitares facturum alieno tempore, id verò abominandum eſſe. Etenim ita res erat, ſi cum illa cogitatione de tempore alieno ſuſceptâ nulla conjungeretur alia cogitatio: ſin autem in hoſtia pro peccato, vel in Agno Paſchali mactando ſuſciperetur de tempore alieno cogitatio, ac cum iſta confunderetur & cogitatio vel alieni loci, vel alieni nominis, victima temerata foret quidem, non item abominanda. Exempli causâ, ſi quis victimam immolaret, ejuſdem ſanguinem exciperet, transferret, & altari inſpergeret, idemque aut per has quatuor deinceps operationes perperam de tempore cogitâſſet, aut per unam duntaxat ex his operationibus: porro autem per reliquas operationes, vel rectam ac legitimam, vel omnino nullam

XX. *Hoſtia pacifica.* Hac de re Num. 6. à verſu 14. ad verſum 18.

cogitationem

cogitationem ſuſcepiſſet, iſta quidem abominatio fuerit: ſi quis autem inter immolandam victimam de alieno tempore cogitâſſet, idemque inter ſanguinem aut excipiendum, aut transferendum, aut ſpargendum cogitâſſet de loco alieno: itemque ſi immolandâ victimâ cogitaret de alieno loco, & vel excipiendo, vel transferendo, vel aſpergendo ſanguine cogitaret de alieno tempore, non erat victima abominanda, ſed temerata. Similiter Agnus Paſchalis, & hoſtia pro peccato ſi mactarentur alieno nomine, atque inter excipiendum, vel transferendum eorum ſanguinem cogitatio de alieno tempore ſuſciperetur, contráve mactandis ipſis cogitaretur de alieno tempore, & eorum excipiendo ſanguine, transferendo, aſpergendo cogitaretur de nomine alieno non ea abominanda, ſed temerata forent. Nec verò diſſimilis erat avium & fertorum ratio. Etenim nulla prorſus erat abominatio niſi ſacrorum illorum, quæ redderentur illegitima per cogitationem de tempore alieno ſuſceptam, cum qua à principio ad exitum non eſſet confuſa cogitatio de alieno loco; neque porro confuſa fuiſſet cogitatio de alieno nomine, ſi tamen ſacra eſſent ejuſmodi, quæ per cogitationem alieni nominis etiam illegitima fierent.

Si quis aut per aliquam è quatuor operationibus, aut per omnes deinceps cogitaret primùm ſe ex ſacro ad comedendum apto particulam magnitudine æqualem oleæ comeſurum extra atrium, & deinde ſtatueret apud animum ſe tantundem comeſurum die poſtero, contráve primùm cogitaret ſe iſtiuſmodi particulam comeſurum die poſtero, tum animo conſtitueret ſe tantundem comeſurum extra atrium: item ſi principiò cogitaret ſe particulam parem magnitudine dimidiæ oleæ comeſurum extra atrium, deinde cogitaret etiam ſe tantundem die poſtero comeſurum, contráve primùm cogitaret ſe particulam magnitudine dimidiæ oleæ parem die poſtero, poſtea animo proponeret ſe tantundem comeſurum extra atrium, ſacrum hoc eſſet non abominandum, ſed temeratum. Similiter ſi ſacro adolendo cogitationes ejuſmodi confunderentur inter ſe, ſacrum erat quidem temeratum, non item abominandum. II.

Si quis particulam magnitudine dimidiæ oleæ parem comedere alieno loco, vel adolere cogitaret, idemque parem oleæ integræ magnitudine particulam ſeu comedere alieno tempo- III.

re, ſeu adolere cogitaret, hæc quidem abominatio erat. Nec verò quidquam referebat utrùm de particula magnitudinem oleæ integræ exæquanti priùs, an poſteriùs cogitârit: nimirum ubi fuerit particula, quæ magnitudine totam exæquaret oleam, non habebatur ratio particulæ magnitudine dimidiam oleam adæquantis.

IV. Si quis primùm de una particula magnitudinem dimidiæ oleæ adæquante ſuſciperet cogitationem alieni temporis, & deinde de altera particula item magnitudinem dimidiæ oleæ adæquante ſuſciperet cogitationem alieni loci, tum etiam de particula tertia itidem magnitudinem dimidiæ olivæ adæquante rurſus cogitationem alieni temporis ſuſciperet, iſta quidem erat abominatio. Item ſi primò de una particula magnitudinem dimidiæ oleæ adæquante cogitationem alieni temporis ſuſciperet, tum ad alteram, quæ magnitudinem oleæ integræ adæquaret particulam, applicaret animum ita, ut de dimidio ejus cogitationem alieni temporis, & de dimidio cogitationem alieni loci ſuſciperet, iſta verò abominatio fuerit.

V. Si quis ſanguinem inferiori altaris parti inſpergendum cogitaret inſpergere parti altaris ſuperiori, contrâve ſuperiori altaris parti aſpergendum cogitaret aſpergere parti altaris inferiori, aut ſuſcepiſſet cogitationes harum ſimiles, quæ, ut ſuperiùs diſſerui, ſacra non temerabant, ac cum hiſce cogitationibus cogitationem alieni temporis conjunxiſſet, hæc quidem abominatio erat: ſin autem cum ſuperioribus illis cogitationibus cogitationem alieni loci tantùm conjunxiſſet, ſacrum erat temeratum quidem, non item abominandum.

VI. Si quis ſanguinem ſuperiori altaris parti aſpergendum cogitaret aſpergere die poſtero parti altaris inferiori, contráque ſanguinem ſpargendum infernè cogitaret ſpargere ſupernè die poſtero: ſi ſanguinem intra templum ſpargendum cogitaret aſpergere altari exteriori die poſtero, contrâve ſanguinem exteriori aſpergendum altari cogitaret ſpargere intra templum die craſtino, ſacrum id, de quo cogitatio temporis alieni ſuſcepta fuerat, non abominandum foret tamen; ſedenim propter ſpargendi ſanguinis locum cogitatione mutatum, ſacrum erat temeratum, abominandum non erat. Hîc nobis, quoniam in his diſputationibus poſuimus, ſi ſanguis alieno loco

aſperſus fuerit, perinde fuiſſe, ut ſi loco eſſet aſperſus ſuo, fortaſſe ſic occurretur. Quid igitur cauſæ erat, quòd cùm cogitaret aliquis ſanguinem alieno loco aſpergere die craſtino, ſacrum tamen non abominandum foret? Nempe quia ſanguis alieno loco aſperſus ſi victimam reddebat legitimam, attamen non reddebat eſum carnis ejus licitum. Sed ſi quæcunque ſanguinis aſperſio eſum carnis non reddebat licitum, ea, ſi quando illam extra tempus facere cogitares, ſacrum non efficiebat abominandum. Quapropter hæc altera cogitatio temporis alieni * victimam iſtam non efficiebat abominandam.

Si quis cùm demeret è ferto plenum pugillum, cogitaret de tempore alieno, non item cùm thus ex eodem tolleret: contráve de tempore alieno cogitaret cùm tolleret è ferto thus, non item cùm ex eodem plenum pugillum demeret, omnino fertum erat temeratum: ſedenim abominandum non erat donec ea cogitatio duraret per rem omnem, quæ fertum efficiebat licitum: ea res erat plenus ille pugillus ſimul cum thure: oportebat igitur ut duraret ea cogitatio, vel interea dum è ferto demebatur plenus ille pugillus tollebaturque thus, aut dum utrumque vel in vaſe ſacro imponebatur, vel transferebatur, vel ſpargebatur. VII.

Si quis inter adolendum plenum illum pugillum è ferto demptum cogitaret ejuſdem ferti thus adolere die craſtino, hæc quidem abominatio non erat: neque enim inter adolendam ſacri partem unam altera pars ejuſdem ſacri item adolenda reddebatur abominanda. Et ſi quis ferti pleno pugillo ſeorſim adolendo, vel adolendo ſeorſim ferti thure cogitaret ſe poſtero die comeſurum eſſe ferti reliquias, ſanè fertum erat temeratum, abominandum non erat, eam ob rem quia non reddebatur abominandum fertum per dimidium ejus rei, qua fiebat licitum. Si quis autem inter plenum pugillum ferti ſeorſim adolendum cogitâſſet thus ejuſdem ferti ſeorſim adolere die poſtero, idemque & adolendo thure rurſus cogitaret reliquias ferti die poſtero comedere, hoc utique fertum abominandum foret, quippe cùm hîc ferti ſacrificandi tempus cogitatione protenderetur. VIII.

VI. *Victimam iſtam.* Hoc loco mendoſè legitur apud editionem in Folio parvo | המזבח זה : emendatè legitur apud editionem in Folio magno במזבח זה.

IX. Si quis de pugillo è ferto dempto ſimul & de thure adoleret tantùm, quanta eſt ſeſama, idemque tunc ipſum cogitaret ſe poſtero die de ferti reliquiis item comeſurum eſſe portionem magnitudine æqualem ſeſamæ, ac ſic deinceps plenum ferti pugillum ſimul & thus conſumeret cogitando uſque de alieno tempore, fertum omnino temeratum erat, ſed non erat abominandum. Nam ſi per conſuetudinem licebat portionem ferti comedendam comedere particulatim, at certè portionem ferti adolendam adolere particulatim conſuetudo non permittebat. Fertum igitur ejuſmodi habebatur itidem, ut ſi demptus ex eo plenus pugillus omnino non adoleretur.

X. Si quis ſeu de ferto peccatoris, ſeu de ferto zelotypiæ, ſuper quo fuerit poſitum thus, ſuſciperet cogitationem alieni temporis priùs, quàm ſuſtuliſſet è ferto thus, fertum hoc temeratum quidem, non item abominandum foret: ſin autem poſt ſublatum thus cogitationem alieni temporis de ferto ſuſcepiſſet, fertum abominandum eſſet utique.

XI. Si ferti reliquiæ minuerentur tum, cùm demptum ex eo plenum pugillum necdum adoleveris, indeque pleno illo pugillo adolendo cogitationem alieni temporis ſuſcepiſſes, dubium erat, utrùm ad rationem abominationis ſatis eſſent conſtitutæ ferti reliquiæ, atque adeo abominandæ forent, an non fuerint ſatis conſtitutæ reliquiæ, proptereaque nec eſſent abominandæ.

CAPUT DECIMUM-SEPTIMUM.

ART. I. In ſanguine, qui eſſet exteriori altari aſpergendus, cogitationibus pravis minus fuiſſe loci, quàm in ſanguine, qui fuerit altari inſpergendus interiori.

EX quocunque ſanguine, qui quidem fuerat altari exteriori aſpergendus, ſi modò prima fieret aſperſio cum recta cogitatione; tametſi ſecunda & porro reliquæ aſperſiones continuarentur cum ſuſcepta cogitatione aut alieni nominis, aut alieni loci, aut alieni temporis, nihilominus expiatio legitima fuerit, grataque victima. Quòd ſi cum alieni temporis cogitatione fieret aſperſio prima, & aſperſiones reliquæ porro perficerentur cum cogitatione alieni loci, iſta quidem erat abominatio. Fuit enim prima aſperſionum præcipua. At verò ex omni ſanguine, qui fuit altari interiori aſpergendùs, quoniam ſanguinis ejus, ut ante poſuimus, aſperſiones ſingulæ ſingulas invicem requirebant, ſi aſperſio vel una minus rectè fieret cum

cogitatione videlicet depravata, quamvis ritè fierent aſperſiones reliquæ, victima tamen eſſet temerata.

Si quis primâ ſanguinis hujus poſterioris aſperſione faciendâ de tempore alieno cogitaret, & ab hac cogitatione ceſſaret reliquis faciendis aſperſionibus: Et ſi quis aſperſiones ritè feciſſet cunctas præter extremam; nempe ſi per extremam demum aſperſionem de alieno tempore cogitaret, ſacrum omnino erat temeratum: non erat autem abominandum, niſi de tempore alieno cogitaret * per aſperſiones omnes, quia enim omnes pro una & eadem aſperſione ducebantur. II.

Et digito intingendo in ſanguinem hoſtiarum pro peccato earum, quarum ſanguis in Sanctum infertur, item hoſtiæ fieri poterant abominandæ: nempe cùm ſacerdos intingendo digito in ſanguinem de alieno tempore cogitaret, perinde fuerat, ut ſi ſanguine ſpargendo cogitâſſet idem. III.

Si ſacerdos in atrio conſiſtens de hoſtiis pro peccato in Sanctum inferendis cogitationem alieni temporis ſuſciperet, modò cogitatio ſpectaret eam hujuſmodi hoſtiarum rem, quam opus erat intra templum fieri, ſacrum non erat abominandum. IV.

Sin autem cogitatio ſpectaret tale quid ex hujuſmodi hoſtiis, quod extra Sanctum ritè fieret, ſacrum abominandum utique foret. Ut ſi conſiſtens in atrio ita diceret: En ego macto hoſtiam ea mente, ut ſanguinem ejus ſpargam die craſtino, quoniam aſperſio ſanguinis intra Sanctum fiebat, ſacrum non erat abominandum: ſin conſiſtens in templo diceret: En ego ſpargo ſanguinem ea mente, ut reliquum ejus craſtino demum die effundam, nihilomagis ſacrum erat abominandum, eò, quòd intra Sanctum cogitationem alieni temporis ſuſceperit de ejuſmodi re, quæ fieret extra: ſin autem conſiſtens in atrio mactaret hoſtiam, idemque id temporis cogitaret ſe craſtino demum die reliquum ſanguinis effundere, aut adolere exta, ſacrum abominandum foret ſcilicet: quia enim extra Sanctum cogitationem alieni temporis ſuſcepiſſet de ejuſmodi re, quæ extra Sanctum fiebat. V.

Omnino hoſtia Euchariſtica reddebat abominandum & panem, qui ei adhibebatur: verùm enim panis ille hoſtiam Eu- VI.

II. *Per aſperſiones omnes.* Hæc ultima vox *omnes* כולן deſideratur apud editionem in Folio parvo: extat apud editionem in Folio magno.

chariſticam non efficiebat abominandam viciſſim: ut ſi mactans hoſtiam Euchariſticam cogitaret ſe craſtino demum d e veſci ejus carne, ſanguinem ſpargere, exta adolere, victima ſimul & panis abominanda erant: ſin autem cogitaret ſe craſtino demum die comeſurum eſſe panem ejus, panis erat abominandus ſcilicet, at certè non erat abominanda hoſtia Euchariſtica.

VII. Et duorum illorum, qui ad Pentecoſten immolabantur, agnorum erat idem jus in panes duos ſimul unà cum ipſis offerendos: ſi cogitatio temporis alieni ſuſciperetur de agnis, & panes quoque erant abominandi: at ſi ſacerdos cogitâſſet ſe craſtino demum die comeſurum eſſe panes, panes quidem abominandi forent, non item agni. Et ſacerdos ſi inter unam è quatuor operationibus cogitâſſet ſe ex hoſtiæ carne particulam olivæ magnitudine parem craſtino die comeſurum unà cum pane, omnino panis erat abominandus; verùm hoſtia Euchariſtica, aut agni illi duo non abominandi erant.

VIII. Si inter adolendas illas, quæ ad panes propoſitionis erant appoſitæ, acerras thuris duas ſacerdos cogitaret ſe poſtero die comeſurum eſſe panes propoſitionis, panes erant abominandi.

IX. Si mactans duos illos ad Pentecoſten agnos cogitaret ſe poſtridie unam è duabus placentis comeſurum, ambæ erant abominandæ.

X. Et ſacerdos ſi thuris acerris duabus adolendis cogitaret ſe craſtino demum die comeſurum alterum ex duobus panum propoſitionis ordinibus, ordines erant abominandi ambo.

XI. Similiter ſi cogitationem alieni temporis ſuſcepiſſet de aliqua placentarum ad hoſtiam Euchariſticam, vel ad fertum in clibano coctum pertinentium, cunctæ placentæ erant abominandæ.

XII. Sin vel ex duabus illis placentis altera, vel ex duobus illis placentarum ordinibus alter, vel ex placentis ad hoſtiam Euchariſticam pertinentibus una ſeu ante, ſeu poſt ſanguinis aſperſionem contaminata fuerit, illa placenta ſola, vel ille placentarum ordo ſolus erat interdictus, & quod remanſerat purum, purè comedebatur.

XIII. Si ſacerdos uno ex duobus agnis ſacrificando cogitaret ſe de binis illis, qui adhibebantur, panibus craſtino die comeſurum

eſſe tantum, quantum olivæ magnitudinem æquaret: item ſi unâ ex duabus acerris adolendâ cogitaret ſe craſtino die de panibus propoſitionis comeſurum ad magnitudinem olivæ, omnino panis omnis erat temeratus: verùm abominandus non erat, niſi ea cogitatio ſubiret animum tamdiu dum fiebat tota res, quæ adhibiti panis uſum reddebat licitum, hoc eſt, dum ambo ſacrificabantur agni, aut acerræ adolebantur ambæ.

Si ſacerdos inter immolandum unum ex duobus agnis cogitaret ſe poſtero die de placentarum altera comeſurum eſſe tantum, quanta eſt dimidiæ olivæ magnitudo, tum inter immolandum agnum alterum cogitaret ſe & de placentarum altera quoque comeſurum eſſe id quod magnitudine adæquaret dimidiam olivam, hæ duæ particulæ conjungerentur inter ſe ad efficiendum ſacrum abominandum. Eadem erat ratio & duarum acerrarum ad duos panum propoſitionis ordines. XIV.

Si ſacerdos mactando uno ex duobus agnis ſuſciperet cogitationem alieni temporis, & mactando altero ritè cogitaret, agnorum primus abominandus eſſet, & alter idoneus. XV.

Si mactando uno ex duobus agnis cogitaret ſe de alterius agni carne ad diem poſterum comeſurum eſſe, agni erant idonei ambo: nimirum in uno agno immolando de altero agno ſuſcepta cogitatio nulla erat. XVI.

Jam hi duo agni ad Pentecoſten ſacrificandi panem ipſis adhibitum non niſi per immolationem conſecrabant: ut ſi ſacerdos & immolandis ipſis & ipſorum ſpargendo ſanguine cogitaret de alieno nomine, panis ipſis adhibitus omnino ſacratus non eſſet. Si mactâſſet eos ſuo nomine, idemque ſanguinem eorum ſparſiſſet nomine alieno, panis ipſis adhibitus ſacratus aliquatenus foret: ſin eos mactâſſet nomine alieno, tametſi ſanguinem eorum ſuo nomine ſparſiſſet, panis ipſis adhibitus nullatenus ſacratus fuerit. XVII.

Si panes illi duo fuerint extra Sanctuarium elati per intervallum immolationis atque aſperſionis, tum aſpergendo ſanguine duorum agnorum ſacerdos de tempore alieno cogitaret, ſanè duo panes abominandi fuerint, ut etiam eſſent extra Sanctuarium: nam ſanguinis aſperſio ſacro foras elato proderat, & proderat etiam tunc ipſum cùm foris eſſet. XVIII.

Cùm uſu veniret, ut poſtea quàm agni illi duo Pentecoſte XIX.

ſacrificandi fuerant ſuo nomine immolati, amitteretur panis ipſis adhibitus, tum ſi ſacerdos ſanguinem eorum nomine ſpargeret, agni videlicet erant temerati: ſin autem poſt amiſſum panem porro ſacerdos agnorum ſanguine ſpargendo cogitaret de alieno tempore, dubium erat liceret agnis veſci, necne.

ART. I. Quid admitteret in ſe pravè de ſacris cogitans?

CAPUT DUODEVIGESIMUM.

QUISQUIS de ſacris cogitationem minus rectam ſuſcipiebat, is contra vetitum faciebat: eſt enim in Lege, *Non imputabitur.* Lev. 7. 18.

II. Nam id quidem quaſi per manus traditum eſt, hac ſanctione caveri etiam, ne cogitando corrumpat ſacra miniſter: Etenim id ſi committebat idem faciebat, ac ſi ſacra vitiis afficeret: non verberaretur tamen, quia cogitatione nihil effectum dabat.

III. Quodcunque ſacrum dicitur temeratum fuiſſe, ſeu id cogitatione, ſeu facto, ſeu quocunque interveniente vitio redderetur temeratum, ſi quis ex eo tantum, quanta ſit olivæ magnitudo comederet ſciens, verberibus multaretur: eſt enim in Lege, *Ne comedas ullam abominationem.* Deut. 14. 3.

IV. Etenim auditione accepimus hanc ſcripturæ admonitionem ad temerata ſacra ſola pertinere.

V. Et ſi qui de ſacris vitio affectis comederet ad magnitudinem olivæ, ille quoque verberibus multaretur: nam & ipſa comprehenduntur his verbis, *Vllam abominationem.* Ibidem. Manendum igitur erat donec in ipſis exoriretur vitium aliud, & poſtea denique vitioſa comedebantur ſic, ut ſuprà diſputavimus. Sedenim quæcunque erant ex dubio temerata, de his verberabatur nemo.

VI. Quodcunque ſacrum cogitatione temporis alieni ſic, ut ante diximus, abominandum fuerat redditum, ex eo ſi quis ad olivæ magnitudinem comederet ſciens, pœna erat כרת *Keret:* nam id ſignificatur hoc Legis dicto, *Et anima comedens ex eo iniquitatem ſuam portabit.* Lev. 7. 18. Si quis autem tantundem ex eo comederit imprudens, ſtatam hoſtiam pro peccato ferebat.

VII. Nec verò merebatur quiſquam pœnam כרת *Keret*, niſi comediſſet ejuſmodi quid, quod vel homini, vel altari redderetur licitum: ſi quis autem comediſſet de ſacrorum eo ipſo, quod reliquum

reliquum reddebat licitum, omnino ille non merebatur pœnam כרת *Keret*, ſed verberabatur, ut qui comediſſet ſacra temerata, quæ eadem non eſſent abominanda. Exempli gratiâ, ſi quis de ferti abominandi reliquiis ad magnitudinem olivæ comediſſet ſciens, merebatur pœnam כרת *Keret*. Idem ſi tantundem comediſſet aut de pugillo è ferto exempto, aut de ferti thure, non erat obnoxius pœnæ כרת *Keret*, quia enim hæc ipſa erant, quæ ferti reliquias reddebant homini licitas. Et ſi quis de victimæ abominandæ carne vel extis comediſſet ad magnitudinem olivæ: item ſi tantundem de carne holocauſti pœna erat כרת *Keret*. Si de ſanguine comediſſet ad magnitudinem olivæ, de eo nullam abominationis ergo pœnam meruiſſet: nam ſanguine fiebat, ut liceret exta ſacrificare in altari: extis fiebat, ut homini liceret carne veſci: item ſanguis holocauſti reddebat carnem ipſius licitam altari: ſanguis hoſtiæ pro peccato ex ave reddebat carnem ipſius licitam ſacerdotibus: ſanguis holocauſti ex ave reddebat carnem ipſius licitam altari: ſanguis hoſtiarum pro peccato comburendarum reddebat ipſorum exta licita altari; quamobrem in horum extis erat abominationis pœnæ locus. Jam plenus pugillus & thus reddebant ferti reliquias ſacerdotibus licitas: duo agni Pentecoſte ſacrificandi duos panes adhibitos reddebant ſacerdotibus licitos, & acerræ thuris duæ reddebant panes propoſitionis licitos ſacerdotibus. Quæ verò ſacra nullâ re fiebant licita, velut hoſtiarum pro peccato comburendarum caro, veluti ferta comburenda, ea nec abominanda fiebant unquam.

VIII. Hæc autem erant, in quibus nunquam abominationis pœnæ dabatur locus: exemptus è ferto pugillus, & thus, & ſuffimentum, & ſanguis, & vinum ſive illud quod conjungebatur libaminibus, ſive hoc quod ſeparatim offerebatur, cunctaque ferta comburenda, quippe quibus non eximebatur pugillus, quo redderentur licita. Etenim hujuſmodi erant fertum ſacerdotum, & fertum libaminum, & caro hoſtiarum pro peccato cremandarum, & logus olei ab homine leproſo. At dixerit aliquis hunc quidem olei logum licitum reddebat ſanguis hoſtiæ pro delicto? Immo nequaquam ex eo dependebat ſiquidem erat homini permiſſum, ut hoſtiam pro delicto offerret certo die, & multis poſt diebus offerret logum olei ſic, ut alio loco diſputabitur.

IX. Interdictum erat ne de ſacrorum carne relinqueretur aliquid poſt tempus id, quo comedi jus erat: nam quod ſcriptum vi-
Lev. 22. 30 demus de ſacrificio Euchariſtico, *Non remanebit quidquam in mane alterius diei*, id & de cunctis ſacris intelligendum: verùm enim ſi quis ex illis reliquum fecerit aliquid, non verberibus multaretur tamen, quia vetitum illud ſcriptura convertit in
Exo. 12. 10. juſſum: videmus enim in Lege ſcriptum, *Si quid relictum fuerit uſque manè, igni comburetis.*

X. Si quis de reſidua ſacrorum carne ad magnitudinem olivæ comediſſet ſciens, pœna erat כרת *Keret*: ſin comediſſet tantundem imprudens, ſtatam offerebat hoſtiam pro peccato. Eſt
Lev. 19. 8. enim in Lege, *Et qui comederit illud, iniquitatem ſuam portabit, quia ſanctum Domini polluit, & peribit.* Sed qui ſacrorum reſiduum comediſſet ex quo tandem tempore merebatur pœnam כרת *Keret*? Nempe ſi comederit reſiduum ſacrorum ſanctiorum ab orta aurora diei conſequentis immolationem victimæ: ſin ſacrorum minus ſanctorum, poſt quàm occubuerit ſol die poſt immolationem victimæ altero, ſeu ineunte nocte, quæ erat ad tertium poſt immolationem victimæ diem. Jam de reſiduo ſacrorum & abominatione ſcriptura nos admonet deſcri-
Exo. 29. 34 bendis ſacerdotum initiamentis, ubi dicitur, *Non comedentur quia ſanctificata ſunt*, quo quidem monitu ſignificatur quidquid ſacri temeratum fuerit, id ne comedatur vetando interdictum eſſe.

XI. Atqui abominandum quid & reſiduum conjungebantur inter ſe ad componendam portionem, quæ adæquaret olivæ magnitudinem: porro cuncta abominanda reſiduaque conjungebantur inter ſe.

XII. Interdictum erat, ne quiſquam ſacra vel ipſe contaminaret, vel efficeret ut aliunde contaminarentur, quippe quæ eo pacto redderentur temerata. Quòd ſi quis ſacra contamináſſet, non verberabatur tamen: verùm enim homo purus ſi de ſacris inquinatis comediſſet ad magnitudinem olivæ, utique verbera-
Lev. 7. 19. retur: nam quod de pacificis ſcriptum videmus, *Caro quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur*, id de quovis ſacro intelligendum eſt. Itaque ſi quis ad magnitudinem olivæ comederit de thure ferti ejus, quod in vaſe ſacro ritè conſecratum deinde contaminatum eſſet, ſanè verberaretur. Nec quidquam

referebat utrùm ante, an poſt factam expiationem ſacra contaminarentur: neque porro utrùm inquinamentum eſſet primarium, an ex alio ortum, ſi modò fuiſſet inquinamentum ex Lege: Nam ſi quis comediſſet ſacrum inquinatum quidem, ſed inquinamento ſapientum auctoritate inſtituto, omnino de ſacri eſu non verberaretur: verberaretur autem de rebellione. Porro non verberaretur niſi qui ſacrum ejuſmodi comediſſet poſt ſanguinis aſperſionem. Idem hoc ſi quis ante ſanguinis aſperſionem comediſſet, ille de ſacri contaminati eſu non verberaretur ſcilicet, attamen verberaretur de rebellione.

Qui fuerit ejuſmodi contaminatus inquinamento, ut ſi templum intrâſſet pœna ejus foret כרת *Keret*, is ſi prudens ſciens ad olivæ magnitudinem comediſſet de quocunque ſacro ſeu puro, ſeu contaminato item merebatur pœnam כרת *Keret*. Eſt enim in Lege, *Anima quæ ederit de carnibus hoſtiæ pacificorum, quæ oblata eſt Domino, & immunditia ejus ſit ſuper ipſum, peribit.* Sin comederit imprudens, offerebat ſacrificium gradatum. Quòd autem hoc Legis dictum ad immunditiem corporis ſpectat, ex iſto verſu cognoſci licet, *Et quæ anima tetigerit immunditiam hominis, vel jumenti, vel cujuſcunque rei pollutæ, & comederit de carnibus hoſtiæ pacificorum, quæ oblata eſt Domino, interibit.* Atqui rerum aliarum altari ſacratarum erat eadem ratio. Etenim peccatum id ne committerent homines Lex monuit eo loco, quo agitur de puerpera, de qua ſcriptum legimus, *Omne ſanctum non tanget.* XIII. Lev. 7. 20. Ibid. v. 21. Ibid. 12. 4.

XIV. Atqui hoc auditione accepimus hoc loco quemvis hominem immundum moneri, ne veſcatur ſacro priùs quàm laverit: Et ſi quis ſtatim à lavatione ſacro veſceretur ante, quàm ſol occubuerat, aut piaculum fecerat, is verberibus multabatur quidem, verùm non merebatur pœnam כרת *Keret.* Nihil enim aliud ſibi vult verbum iſtud, *Et immunditia ejus ſit ſuper ipſum,* niſi poſtremam hanc pœnam homini tum demum ſuſtinendam eſſe, cùm tota etiam in eo fuerit immundities. Ibid. 7. 20.

XV. Sed inquinamento ſapientum auctoritate conſtituto contaminatus verberibus non multabatur. Etenim ſic contaminatum non meruiſſe pœnam כרת *Keret*, nec dici quidem neceſſe eſt: verumtamen idem hic de rebellione verberaretur.

XVI. Jam quodcunque ſacrum erat ejuſmodi, ut aliqua pars ejus

reliquum efficeret licitum, ex eo ſi quis immundus ediſſet aliquid, niſi comediſſet poſt ſacrificatam partem illam, quæ reliquum efficiebat licitum, non ſufferebat pœnam כרת *Keret.* Etenim ſi quis inquinatus veſceretur alicujus victimæ carne ante ſanguinis aſperſionem, nec verberibus quidem multaretur, eò, quòd immundus ſacrum comediſſet. Summa eſt, cujuſcunque ſacri pars aliqua reliquum reddebat licitum, de eo nec propter abominationem, neque propter reſiduum, neque propter immunditiam pœna ferebatur, niſi poſtquàm pars illa, quæ reliquum reddebat licitum, ſacrificata ritè fuerat: Et quodcunque ſacrum non habebat ejuſmodi partem, quæ reliquum licitum redderet, de eo pœna ferebatur, ubi primùm id fuerat in ſancto vaſe conſecratum. Immo verò ſi cujus victimæ caro contaminata fuerit priùs, quàm fuerit contaminatus is, qui eam immundus comederit, ſiquidem pars ea, quæ reliquum victimæ efficiebat licitum, ſacrificata fuit ante, quàm immundus hic victimæ carnem comedit, merebatur pœnam כרת *Keret.* Et ſi quis inquinatus veſceretur carne hoſtiarum pro peccato cremandarum, poſtquam earum ſanguis fuerat ritè ſparſus, hic quoque merebatur pœnam כרת *Keret.*

XVII. Dictum eſt ante fuiſſe quaſdam res ſacras, de quibus ſi propter abominationem nulla ferebatur pœna, at ferebatur propter reſiduum & immunditiam: ut quibuſcunque rebus ſacris non inerat pars ejuſmodi, quæ reliquum redderet licitum, de his propter abominationem omnino pœna ferebatur nulla, ſed his iiſdem de rebus, & propter reſiduum, & propter immunditiam pœna ferebatur: Et de ea ipſa parte ſacri, quæ reliquum reddebat licitum, quanquam propter abominationem nulla, ſicut alio loco diſputavimus, pœna ferebatur propter reſiduum, itemque propter immunditiam pœna ſuſtinenda fuit utique: excipitur ſanguis de quo nunquam niſi unam ob rem pœna ſuffere batur.

XVIII. Si quis immundus victimarum exta comederet, merebatur pœnam כרת *Keret.*

XIX. Et ſi quis immundus comederit aut Agnum Paſchalem non aſſum, aut panes ſacrificij Euchariſtici, de quibus nulla fuerit Deo oblata placenta, hic propter corporis immunditiam merebatur pœnam כרת *Keret*: nec quidquam obſtabat, quòd ſa-

cra iſta non eſſent ad uſum deſtinatum idonea. Fieri non poterat, ut quiſquam uno & eodem eſu ſacri pœnam mereretur & propter abominationem, & propter reſiduum: nam abominatio erat ſacrificium cogitatione temporis alieni temeratum, quod nec ſacrificij debitum ſolvebat, nec verò gratum erat: reſiduum autem erat id, quod ex ſacrificio ritè ſacrificato relinquebatur poſt tempus id, quo comedi ſacrificium jus erat.

Si quis abominandum, reſiduum, & immundum confunderet inter ſe, atque comederet, pœnâ tenebatur: nec verò ſi plus eſſet ex uno genere, quàm ex altero, idcirco modicum hoc pro nihilo ducebatur: non eſt enim, ut res interdictæ ſe inter ſe deleant. XX.

Si uſu veniret, ut de ſacris aliquid abominandum, aut reſiduum, aut immundum in ſummum altare tolleretur, ſic erat; ubi primùm ignis invaſerat majorem partem ejus interdictio ceſſabat. Atque in holocauſto juxta ac reliquis ſacris exta caroque conjungebantur inter ſe ad componendam portionem olivæ magnitudine parem, de qua pœna ſufferretur propter abominationem, reſiduum, & abominandum. XXI.

Si quis de victimæ ſeu abominandæ, ſeu poſt tempus præſtitutum relictæ corio comediſſet aliquid: ſi comediſſet aliquid de jure, de condimentis, de * *Alal*, de membrana, de nervis, de cornibus, de ungulis, de avium unguibus, roſtris, plumis, ovis nequaquam merebatur pœnam כרת *Keret*. Et ſi quis, cùm eſſet immundus ipſe, veſceretur iſtis hoſtiæ puræ partibus, non merebatur quidem pœnam כרת *Keret*, ſed de rebellione verberabatur. XXII.

Si quis autem comediſſet aliquid de embryone, deque ſecundis tam propter abominationem, reſiduum, & immunditiam pœnâ tenebatur, quàm ſi quid è reliqua carne victimæ comederet. XXIII.

De ſacris ethnicorum nulla ferebatur pœna propter abominationem, reſiduum, & immunditiam: neque porro de cunctarum victimarum ſanguine, ſicut ante poſuimus. Similiter nemo de thure, ſuffimento, ligniſque merebatur pœnam כרת *Keret*, nec propter abominationem, & reſiduum, nec propter immunditiam ipſiuſmet corporis. XXIV.

XXII. *De Alal.* Vide quæ de his ſunt dicta in art. 7. cap. 14 hujus Tractatûs.

CAPUT UNDEVIGESIMUM.

ART. I. Sacra contaminata temerataque cremari.

JUBENDO ſancitum eſt, ut ſacra contaminata cuncta comburantur: Eſt enim in Lege, *Caro quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur, ſed comburetur igni*: item jubendò ſancitum eſt, ut comburatur quidquid è ſacro reſiduum fuerit: ſcriptum eſt enim, *Quidquid autem ſuperfuerit de carne victimæ, igni comburetur.* Atqui reſiduo includitur & abominatio: nimirum illegitima ſacra cuncta comburebantur.

Lev. 7. 19.

Ibid. v. 17.

II. Cùm igitur ſacrum aliquod aut abominandum, aut temeratum efficeretur, id in Sanctuario continuò cremabatur: Et quod ſacrum ex dubio foret illegitimum, id reſervabatur donec ipſius mutaretur forma, tum poſtea denique cremabatur in Sanctuario.

III. Juvenci & hirci comburendi cùm aut noctem totam traduxerint, aut extra Sanctuarium ante tempus exceſſerint, dubium erat an ſic, tanquam exta, illorum caro quoque temeraretur, necne: quapropter illi pro rigore temerati ducebantur, atque in ipſo cremabantur atrio. Item cùm dimidium eorum extra Sanctuarium ſitum eſſet, idque partem majorem alicujus membri contineret, dubium erat utrùm propter majorem illius membri partem pro egreſſis haberentur, an, quia non erat ipſorum pars major extra Sanctuarium locata, nondum etiam pro egreſſis habendi fuerint: quare de dubio ducebantur temerati, atque adeo in atrio ipſo cremabantur: eadem ratio tenebatur cùm hos eoſdem Sanctuario exportaturi ferrent homines quinque, atque eorum tres exiſſent foras, duo reſtitiſſent intus: nempe ſi tres illi dimidiam partem harum beſtiarum extuliſſent, illegitimæ de dubio ducebantur, & comburebantur in atrio. Ac meâ quidem ſententiâ nihil erat, quòd iſti ſervarentur donec illorum forma mutaretur, ea re; quia comburendi ſemper erant, ut etiam non redderentur temerati.

IV. Si quando intra atrium reperiebatur caro, ſeu membra holocauſtorum, ſeu partes hoſtiarum pro peccato; & ſi quid pacificis è victimis reperiebatur intra totam urbem Hieroſolymam, cuncta reſervabantur donec eorum forma mutaretur, tum poſtea conſumebantur igni, eam ob rem; quia fortè reſiduum

quid erat. Quid igitur, inquies, proderat compertum habere carnem eſſe holocauſti, vel hoſtiæ pro peccato, vel victimæ pacificæ? Proderat ei videlicet, qui carnem ejuſmodi contra jus faſque comediſſet. Jam reſiduum è victimis non abſumebatur igni niſi interdiu: eſt enim in Lege, *Quidquid autem invenerit tertius dies, ignis abſumet.* Lev. 7. 17.

V. Victimæ pacificæ quamvis eſſent interdictæ ab ineunte nocte tertia poſt immolationem, non cremabantur tamen niſi interdiu ſuo, vel alieno tempore: Et quidquid abominandum erat, item non cremabatur niſi interdiu. Atqui ad immundum & reſiduum quid cremandum nihil quidquam contra legem de ſolemni die latam faciendum erat: nihil enim fuiſſe committendum contra legem de ſabbato ne dici quidem neceſſe eſt. Permiſſum erat autem, ut cùm adeſſet aliquid immundum, aliquid reſiduum, aliquid abominandum, ſimul unà cremarentur.

VI. Caro victimarum ſanctiorum cùm inquinaretur intra Sanctuarium, cremabatur intus: Et cùm inquinaretur extra Sanctuarium, cremabatur foris: nec quidquam intererat utrùm inquinamento contaminaretur principali, an orto ex alio. Nunquam ſacerdotes prohibebantur carnem inquinamento principali contaminatam, adeoque primum immunditiæ gradum tenentem concremare cum carne inquinamento ex alio orto polluta, quæ tertium immunditiæ locum obtinebat: nec quidquam referebat quòd adderent immunditiam immunditiæ: nam quidquid tertium immunditiæ locum obtinebat, cùm attingeret id quod tenebat primum immunditiæ gradum, ad ſecundum immunditiæ gradum aſcendebat, ut alio loco diſputabitur. Immo verò inquinatum tactu hominis de die lavandi, qui tertium immunditiæ locum obtinebat, oleum licebat accendere etiam in lucerna fuſili, quam contigiſſet aliquid immundum ab homine mortuo: atqui lucerna iſta fuiſſet inquinamentum principale, adeoque contactu ſuo oleum illud promoviſſet in primum immunditiæ locum. Nimirum ubi foret inquinamentum aliquod non laborabatur de ipſius acceſſione: hæc una cautio erat, ne res munda temeraretur.

VII. Reſiduum victimarum minus ſanctarum domi ſuæ cremabant domini.

VIII. Cùm aliquis urbe Hieroſolymâ egreſſus meminerit ſe carnem ſacram ferre, ſi jam præteriſſet Sophim, carnem hanc eodem ipſo loco cremabat: ſin hunc terminum nondum præteriſſet, atque haberet ejuſmodi carnis tantum, quanta eſt oliva, aut eo plus, revertebatur Hieroſolymam, ut carnem iſtam in urbe cremaret. Qui ſi hoſpes eſſet, & nullam adeo domum in urbe haberet, carnis id cremabat ante templum, adhibebatque ligna in altaris uſum deſtinata.

IX. Quæcunque victimarum oſſa medullæ nihil habebant, ea cremari neceſſe non erat: excipe tamen oſſa Agni Paſchalis. Dictum eſt ante victimarum poſt detractionem corij demum temeratarum corium ad ſacerdotes pertinere, vel ad dominos ſiquidem victimæ minus ſanctæ forent: ſin ante corij detractionem temeraretur hoſtia, corium erat carnis inſtar, omniaque cremabantur. Et ſi qua victima poſt detractionem corij vel reperiretur fuiſſe lethaliter affecta, vel temeraretur cogitatione temporis locive alieni, quoniam victima non erat grata & accepta, corium ejus quoque crematum oportebat: nec quidquam inter victimas ſanctiores, & minus ſanctas differebat: nam quæ victima ſacrificata fuiſſet alieno nomine, tametſi nihil proderat dominis, at quoniam eadem grata & accepta erat, ejus corium pertinebat vel ad ſacerdotes, vel ad dominos ſic, ut ante diſſeruimus. Sin ante ſanguinis aſperſionem victimæ detraheretur pellis, ea porro non temeraretur.

X. Hæc igitur erant comburenda: caro ſacrorum contaminata, reſidua, temerata: item fertum ſacrum ſi contaminatum fuerit, ſi temeratum, ſi reſiduum: & hoſtia pro delicto ſi quis eam animi dubius obtulit, tum ante ſanguinis aſperſionem pro certo comperit ſe nihil deliquiſſe, & volucris hoſtia pro peccato dubio, & * cæſaries Nazaræi puri: & * arborum præputia, & * admiſta vineæ ſemina. Et ſi quid erat ejuſmodi, quod comburi non ſoleret, uti liquores vel ex arborum præputiis, vel ex admiſtis vineæ ſeminibus expreſſi, id humandum erat.

Illa

X. *Cæſaries Nazaræi.* De hac Num. 6. v. 18. ita præceptum eſt. *Tunc radetur Nazaræus ante oſtium tabernaculi fœderis cæſarie conſecrationis ſuæ: tolletque capillos ejus, & ponet ſuper ignem, qui eſt ſuppoſitus ſacrificio pacificorum.*

Arborum præputia. Hac de re explicatum eſt Tract. 4. ad art. 9. cap. 5.

Admiſta vineæ ſemina. Hac de re diligenter explicatum eſt ibidem.

XI.

Illa verò ſepelienda: quæcunque victimæ ſeu altari, ſeu reficiendis templi ruinis ſacratæ per ſe ipſæ mortuæ fuiſſent: & quæ abortum fecerint; nam ſi ſint enixæ ſecundas, ſolæ ſecundæ ſepeliebantur: & bos lapide percutiendus; & * vitula percuſſa: & ungues hominis leproſi: & cæſaries Nazaræi polluti: & * primogenitus aſini: & caro lacte condita: & beſtiæ profanæ in atrio mactatæ. XI.

Si quis Nazaræi pilum vel crinem aſini primogeniti intexuiſſet ſacco tranſverſum digitum, ſaccum oportebat igni conſumi. XII.

Quæcunque ſacra humabantur, eorum erat interdictus cinis: rurſus erat licitus cinis eorum, quæ cremabantur: excipe cinerem altaris tam exterioris, quàm interioris, itemque cinerem candelabri. XIII.

Nunquam ea, quæ cremanda fuerunt, ſepeliebantur; nec quæ ſepelienda cremabantur. Atenim hæc cremare gravius eſſet: verùm ipſorum cinis fieret levior; nam ſepultorum cinis interdictus erat. XIV.

Sacerdoti tunc ipſum cùm alicujus victimas ſacrificaret dicenti eas evaſiſſe abominandas: item eo tempore ipſo cùm alicujus rebus puris operam daret dicenti eas eſſe contaminatas, fides erat habenda: neque enim eſt ſuſpicio Iſraëlitam hominem falsò iſta aſſerere. Quòd ſi multum poſt tempus ſacerdos homini diceret, quas ego pro te hoc illo die ſacrificavi victimas, eæ abominandæ evaſerant: pura illa tua contaminata fuerant, ſic erat agendum: ſi ſacerdotem homo veracem duceret, verbis ejus erat habenda fides: ſin minus, omnino æqui boni ratio poſtularet, ut ſacerdoti non crederetur: verùm ſi quis ſeverè ſecum agi mallet, laude dignus erat. XV.

XI. *Vitula percuſſa.* De qua agitur Deut 21.

Primogenitus aſini. De quo Exod. 13.

Finis ſeptimi Tractatûs.

TRACTATUS VIII.

DE RATIONE FACIENDI REM DIVINAM DIE SOLEMNI Expiationum.

CAPUT PRIMUM.

ART. I. Quot & qualia fierent die ſolemni Expiationum ſacrificia?

AD * DIEM jejunij quondam manè quidem & veſperi ſic, ut cunctis diebus ſacrificium juge fiebat: præterea autem Diei ſolemnis causâ ſacrificabantur juvencus & aries, atque agni ſeptem, omnes in holocauſta: immolabatur etiam foris in hoſtiam pro peccato & hircus, qui idem veſperi comedebatur. Porro autem ſacrificabatur in hoſtiam pro peccato juvencus qui cremabatur, & aries in holocauſtum, quos ambos præbebat de ſuo ſummus ſacerdos. Porro etiam aries ſacrificabatur de publico: atque hic eſt aries ille, de quo commemoratur eâ Legis ſectione, quæ POST MORTEM inſcribitur. *Lev. 16. 3.* Idem hic aries inter alia ſacra extraordinaria commemoratur etiam Pentateuchi parte illâ, quæ eſt de numero Iſraëlitarum recenſendo: atque hic eſt ille, qui dicitur *Aries populi*. Præterea autem de publico offerebantur hirci duo, quorum alter immolatus in hoſtiam pro peccato cremabatur, alter vivus emittebatur in ſolitudinem. Itaque ad Diem illum omnino beſtiæ ſacrificabantur quindecim: jugia ſacrificia duo,

ART. I. D*Iem jejunij.* Hoc feſtum triplici fere nomine appellatur, *Dies Expiationum*, *Dies jejunij*, & antonomaſticè *Dies.* Immo verò & Talmudicus ille Tractatus, in quo de hac Solemnitate diſputatur יומא JOMA inſcribitur, hoc eſt DIES.

juvencus, duo arietes, agni ſeptem, & hi omnes in holocauſta: præterea hirci duo in hoſtiam pro peccato: horum alterius ſanguis inſpergebatur altari exteriori, & hic comedebatur veſperi: alterius autem ſanguis reſpergebatur intus in Sanctó, atque idem cremabatur: porro ſummi ſacerdotis juvencus in hoſtiam pro peccato, qui itidem cremabatur.

Atque harum quindecim hoſtiarum eo die mactandarum operationem omnem unus efficiebat ſummus ſacerdos: nec quidquam differebat inter ſacerdotem unctione olei, & ſacerdotem veſtium multiplicatione inauguratum. Qui ſi Dies incideret in ſabbatum, & ſabbati ſacra extraordinaria niſi ſummus ſacerdos faciebat nemo. Et hujus Diei cunctas operationes, ut ſuffimenti per totum Diem incenſionem, lucernarum accenſionem, cunctas efficiebat ſummus ſacerdos omnium ſacerdotum princeps, de quo ſcriptum legitur, *Vt roget pro ſe & pro domo ſua*, quo loco *pro domo ſua*, pro uxore ſua eſt.

II. Solemnitate Expiationum operari ſacris Pontificem ſolum.

Lev. 16.17.

Ante Diem Expiationum ſummus ſacerdos dies ſeptem à domo ſua ſecluſus tenebatur intra conclave illud, quod in templo ipſi paratum erat: id verò nobis uſque à magiſtro noſtro Moyſe traditum eſt. Porro per univerſos hos dies ſeptem ſegregabatur ab uxore ſua, ne fortè uſu veniret, ut illa menſtrualis reperiretur hoc temporis ſpatio, atque ſummus ſacerdos inquinaretur in dies ſeptem, adeoque Die Expiationum ſacris operari nequiret. Eidem cooptabatur & alter ſummus ſacerdos, qui, ſi temeraretur ille, munus ejus iniret. Cúmque temerabatur ille ſeu ante ſacrificium juge matutinum, ſeu poſtea, quàm fecerat ſacrificiorum aliqua, vicarius ejus non erat initiandus, ſed operatione ipſa initiabatur. Et ubi ſuperior finem, initium operandi faciebat alter. Exacto Die Expiationum prior ad ſuum munus redibat, alter iſte ſacrificabat ille quidem, cunctiſque tenebatur ſummi ſacerdotij præceptis: verùm enim non ſacrificabat ſic tanquam ſummus ſacerdos: quanquam ſi contra fas ita ſacrificâſſet, ſacrificium ejus legitimum fuiſſet: & cùm prior iſte mortem obîſſet, hic alter in ejus locum ſubſtitueretur.

III. Aliquanto ante ſolemnitatem ſecludi Pontificem, & eidem cooptari vicarium.

Intra ſeptem hos dies ſummus ſacerdos aſpergebatur vaccæ rufæ cinere; tertio videlicet ſeceſsûs die & ſeptimo, qui idem erat vigilia Solemnitatis Expiationum: id adeo, ſi fortè fune-

IV. Pontificem vaccæ rufæ cinere bis

per ſeceſſũ mundari. ſtus evaſiſſet ignorans. Quod ſi ſabbatum incideret aut in tertium, aut in ſeptimum diem, ejus aſperſio proferebatur.

V. Ut Pontifex per ſeceſſum exerceretur in Diem Expiationum? His ſeptem diebus totis exercebatur in rebus divinis, in aſpergendo ſanguine, ſuffimento incendendo, accendendis lucernis, & jugis ſacrificij membris ſuper altare adolendis, quò foret exercitatior in ſacris faciendis ad Diem Expiationum. Ac dabantur illi quidam è Senatu majores natu, qui prælegerent, & traderent ei rationem ſacrificandi ad Diem Expiationum, & ordinem. Iidem ita dicebant ei: Domine Pontifex lege tumetipſe ore tuo, ſi fortè fueris oblitus, ſi fortè non didiceris rem iſtam. Vigiliâ Solemnitatis Expiationum manè conſtituebatur ad portam orientis: hîc ante conſpectum ejus agebantur juvenci, arietes, & agni, ut eos internoſceret, atque adeo expeditior ad rem divinam & promptior eſſet.

VI. Ad vigiliã ſolemnitatis veſperi parum cibi datum Põtifici. Omnino per hos ſeptem dies cibum & potionem ei non deducebant: verùm enim vigiliâ Solemnitatis Expiationum veſperi non ſinebant eum capere cibi multum: multus enim cibus ſomnum affert: arcebatur autem ſomno, ne ſecundum quietem pateretur fluxionem ſeminis: neque porro illi cibaria dabantur ea, quibus uſus homo fere ſemen emittit: talia ſunt ova, & lac calidum, atque horum ſimilia.

VII. Jurejurando adigi Pontificem ſe ab hæreſi eſſe alienum. Stante templo ſecundo nata eſt hæreſis apud Iſraëlitas. * Saducæi (citò pereant) extitere, qui Legi ſine ſcripto traditæ fidem derogârunt: hi contendebant ſuffimentum Diei Expiationum ſuper igni ponendum intra templi ſpatium illud, quod erat ante velum, idemque cùm fumum exhalaret introferendum eſſe intra Sanctum Sanctorum: Et rationem ſubjiciebant, *Lev. 16. 2.* quòd in Lege ſit, *Quia in nube apparebo ſuper oraculum*: nempe volebant iſtam eſſe ſuffimenti nubem: at ſapientibus quaſi per manus traditum eſt igni non ſuperponi ſuffimentum niſi intra Sanctum Sanctorum ante fœderis arcam. Huc enim ſpectat *Ibid. v. 13.* Legis illud, *Ponetque incenſum ſuper ignem coram Domino.* Quoniam igitur in templo ſecundo metuendum erat, ne ad hæreſim inclinaret Pontifex, vigiliâ Solemnitatis Expiationum jurejurando adigebatur, atque ei ſupradicti ſenes ita dicebant: Domine Pontifex nos ſumus legati Senatûs, tu verò legatus noſtri ſimul & Senatûs: nos te jubemus jurare per eum, cujus nomine inſcribitur hæc auguſta Domus, te nihil quidquam co-

VII. *Saducæi.* Vide quam hac de re notam appoſuimus ad art. 3. cap. 1. Trac. 3.

rum, quæ tibi tradidimus, immutaturum. Protinus & ipſe fletum aliquò recedebat, quod in ſuſpicionem veniſſet hæreſeos, pariter & ſenes illi fletum abibant aliquò, quòd in ſuſpicionem vocâſſent hominem, cujus erat occulta voluntas, quæ fortaſſis nihil vitij conceperat.

Tota nocte illa, quam conſequebatur Dies Expiationum, Pontifex, ſiquidem homo doctus erat, ſedens de Lege divinâ diſputabat: qui ſi fuerit tantùm auditor doctorum hominum, hi coram illo de Lege diſſerebant. Idem ſi ſolitus erat legere, legebat: ſin minùs, alij coram ipſo legebant eò, ut à ſomno deterreretur. Sed quo de genere coram illo legebatur? Nempe de voluminibus ſacris. Et coram illo dormituro Levitæ ætate florentes concrepabant * digito medio, & eorum unus illi dicebat: Domine Pontifex ſurge, ac * refrigera te paululum in pavimento, ne fortè dormias. Atque exercebatur interea dum immolandi tempus appetebat: neque enim ulla fiebat immolatio, donec certò cognoſcebatur auroram eſſe jam exortam, ne fortè uſu veniret, ut noctu victima immolaretur aliqua. VIII. Nocte, quæ eſſet ad Diē Expiationis Pontificem à ſomno avocari.

CAPUT SECUNDUM.

CUNCTA igitur ſacrificia quotidiana & extraordinaria Die illo faciebat ſummus ſacerdos veſtitus veſtibus aureis. Et ſacra hujus Diei propria faciebat veſtitus * veſtibus albis: erat autem ejus Diei propria operatio juvenci à Pontifice, & operatio duorum hircorum, quorum unus erat hircus emiſſarius, & ſuffimenti intra Sanctum Sanctorum incenſio: hæc igitur ſacra cum veſtibus albis fiebant. ART. I. Ad varia Diei ſacra variis Pontificem veſtibus veſtitum eſſe.

II. Ad ſingulas veſtium mutationes cùm videlicet veſtes unas exuebat, & induebat alteras Pontifex, corpus totum ablueret oportebat: namque ſcriptum legitur, *Et depoſitis veſtibus li-* Lev. 16. 23.

VIII. *Digito medio.* Hebr. באצבע צרדה, quem quidam volunt eſſe digitum indicem.

Refrigera, &c. Sacerdotes enim oportebat nudis pedibus inſiſterent in templi pavimento, cujus frigus facilè impediebat inſiſtentes, quominus dormirent. Jam hanc locis ſanctis habendam eſſe reverentiam Deus ipſe docuit Moyſem: hic enim cùm properaret ad rubum illũ, quem mirabatur inflammatum non conſumi, his eum verbis, quæ narrantur Exod. 3. v. 5. retardavit Dominus ac retinuit. *Ne approperes, inquit, huc: ſolve calceamentum pedibus tuis: locus enim in quo ſtas terra ſancta eſt.*

ART. I. *VEſtibus albis.* E lino videlicet byſſino.

Lev. 16. 24 *neis ..... Lavabit carnem ſuam in loco ſancto, induetúrque veſtibus ſuis.* Is igitur hoc Die corpus totum abluebat quinquies, & decies * manus & pedes lavabat. Exuebat primùm eas, quibus erat indutus, veſtes communes, atque corpus abluebat: aſcendebat è lavacro, & ſe ſe abſtergebat: induebatque veſtes aureas, atque manus & pedes lavabat: inde victimam ſacrificij jugis immolabat, incendebat quotidianum ſuffimentum matutinum, accendebat lucernas, adolebat membra jugis holocauſti, & cum his ſimul cruſtula, libaminaque: item ſacrificabat juvencum & agnos ſeptem, qui Diei ſolemnis causâ quotidianis ſacris addebantur; quo facto manus & pedes lavabat: tum exuebat veſtes aureas, abluebat corpus, aſcendebat è lavacro, & ſe ſe abſtergebat, induebat veſtes albas, & lavabat manus & pedes, & Diei ſacra peragebat: ac confeſſiones omnes, ſortitiones, & ſanguinis aſperſiones fiebant intra Sanctum: Suffimenti autem incenſio fiebat intra Sanctum Sanctorum: tradebat hircum emiſſarium homini, qui illum abduceret ad * Azazel: eximebat exta juvenci & hirci cremandi, quorum reliqua alicui cremanda dabat, atque lavabat manus & pedes: deinde veſtes albas exuebat, abluebat corpus, aſcendebat è lavacro, & ſe ſe abſtergebat, induebat veſtes aureas, atque lavabat manus & pedes: ſacrificabat hircum in hoſtiam pro peccato illam, quæ Diei ſolemnis causâ quotidianis ſacris addebatur, item & arietem ſuum, & arietem populi, & hos in holocauſta, & adolebat exta juvenci & hirci cremandi: faciebat ſacrificium juge veſpertinum, atque lavabat manus & pedes: poſt exuebat veſtes aureas, corpus abluebat, aſcendebat è lavacro, & ſe ſe abſtergebat, induebat veſtes albas & manus ac pedes lavabat: introibat in Sanctum Sanctorum, ex quo acerram & thuribulum efferebat, atque lavabat manus & pedes: poſt exuebat veſtes albas, corpus abluebat, aſcendebat è lavacro, & ſe ſe abſtergebat, induebat veſtes aureas, atque manus & pedes lavabat: adolebat veſpertinum ſuffimentum quotidianum, idemque lucernas accendebat ad veſperas, ma-

Quoties eo Die Pontifex veſtes mutaret, corpus ablueret, manus & pedes lavaret?

II. *Manus & pedes lavabat.* Erat autem peculiaris quædam ratio lavandi manus & pedes, de quo Tract. 3. diſputatum eſt art. 16. cap. 5. Eo verò modo manus & pedes lavare Hebræis conſecrare eſt, quod à nobis jam inde à Tract. 1. obſervatum eſt ad art. 6. cap. 1.

Azazel. De hoc explicabitur capite proximo.

nus & pedes lavabat, exuebat veſtes aureas, veſtes communes reſumebat, exibat.

III. Atqui has omnes purificationes & lavationes intra Sanctuarium fieri oportebat: namque ſcriptum videmus, *Lavabit carnem ſuam in loco ſancto*: excipienda tamen prima purificatio, quam fieri loco profano licebat. Nam ea quidem eò tantùm ſpectabat, Pontifex ut ſe ſe ſtudioſiùs attenderet, ac ſi fortè meminerit inquinamentum vetus in ſe reſidere, id hac ipſa purificatione ejus nomine factâ tolleret. Et cùm ſacerdos inter veſtium mutationes corpus non abluiſſet, aut manus & pedes non laviſſet, neque inter ſingulas operationes, tamen ejus operatio legitima foret.

Lev. 16. 24

Baptiſmata & lavationes Pontificis eſſe faciendas in Sanctuario.

IV. Pontifex ſi ætate affectâ, ſi valetudine eſſet ægrâ, de vigilia Solemnitatis apparabantur laminæ ferreæ candentes, quæ poſtero mane * projiciebantur in aquam lavacri, ut ejus frigus remitteretur: etenim his, quæ ex Rabbinorum inſtitutis ſabbato ſunt obſervanda; his in templo quidem locus non erat: vel etiam tantum aquæ calidæ infundebatur in aquam lavacri, uti tandem frigus hujus remitteretur.

Duas ob cauſas Pontifici modico calore temperatã eſſe lavacri aquam.

V. Singulis diebus è labro manus & pedes lavabat Pontifex ſic, tanquam reliqui ſacerdotes, at hoc Die ſolemni honoris causâ lavabat ex aureo ſcypho: ſingulis diebus ſacerdotes aſcendebant in collem, quà reſpiciebat orientem, deſcendebantque de colle, quà vergebat ad occidentem; hoc autem Die ſolemni ſacerdotes aſcendentes deſcendenteſque per medium collem incedebant ante Pontificem pompâ decorandum: ſingulis diebus is, cui obvenerat ſorte thuribulum, thuribulo argenteo de altari capiebat ignem, quem deinde in aliud ex auro thuribulum effundebat; hoc autem Die Pontifex primo aditu capiebat ignem thuribulo aureo, quod ipſum in templum introferebat, ne nimiâ operatione defatigaretur: item thuribulum quotidianum capiebat cabos quatuor; at hujus Diei cabos tres: erat quotidianum grave; at hujus Diei leve thuribulum: porro autem quotidiano breve; at hujus Diei thuribulo manubrium bene longum erat præfixum, quod laborem Pontifici levans minus loci laſſitudini relinqueret: ſingulis diebus in altari tres

Multa in ſacris hoc Die fuiſſe mutata, vel propter honorem Põtifici habẽdum, vel ad celebrãdum Diem feſtum.

IV. *Projiciebantur.* Quod ne fieret neu ſabbato, neu ullo Die ſolemni Rabbinorum inſtitutis ſancitum erat.

extructi rogi flagrabant; at hoc Die quatuor, quo foret altare magis ornatum, ac veluti coronâ redimitum.

VI. *Lev.16.17.* A Pontifice confeſſionem triplicem hoc Die eſſe factam, ac Dei nomen decies prolatum.

Eſt in Lege, *Vt roget pro ſe, & pro domo ſua, & pro univerſo cœtu Iſraël*, quibus verbis hanc ſubjectam eſſe vim, ut Pontifex vocis confeſſione ſe ſuoſque nocentes declaret traditum eſt noſtris: ex quo intelligitur à Pontifice tres eo Die factas eſſe confeſſiones: unam pro ſeipſo, alteram pro ſe ſimul & pro reliquis ſacerdotibus, atque ad hanc duplicem confeſſionem manus ſuperponebat uno & eodem illo juvenco, quem de ſuo Pontifex immolabat in hoſtiam pro peccato: tertia confeſſio fiebat pro univerſo populo Iſraëlitico, ad quam confeſſionem manus ſuper emiſſario ponebat hirco. In unaquaque confeſſione glorioſum Dei nomen ter pronuntiabat, atque ita dicebat: Obſecro, Domine, Ego miſer in conſpectu tuo admiſi delicta, contraxi ſcelera, feci flagitia: O Domine, condona, obſecro, delicta, ſcelera, flagitia, quæ miſer ego in conſpectu tuo admiſi, contraxi, feci! [¶ Id quod ore tuo venerando prolatum in ſervi tui Moyſis Lege ſcriptum videmus] *In hac die expiatio erit veſtri atque mundatio: ab omnibus peccatis veſtris coram Domino mundabimini.* Hîc videlicet ter pronuntiatum ab eo fuit Dei nomen, itemque fiebat in reliquis confeſſionibus. Et cùm ducebat ſortem de hirco in hoſtiam pro peccato immolando, idem dicebat, *Domino hoſtia pro peccato*: ita fiebat, ut eo Die decies pronuntiaret Dei nomen. Jam quoties pronuntiandum erat, toties ſic, ut ſcribitur, hoc eſt nomen Τετραγράμματον pronuntiabatur. Et ab initio quidem elata voce proferebatur: ut verò multiplicati ſunt homines protervi, porro Pontifex nomen hoc demiſſa voce proferebat, ac jucundo quodam modo operiebat ſic, ut ne ſacerdotes quidem ejus ſodales quidquam perciperent.

VII. Cùm proferretur intus à Pontifice Dei nomen, foris populum procidiſſe in faciem, ac certo

Atque ſacerdotes & populus in atrio conſiſtentes cùm exaudierant nomen Τετραγράμματον Pontificis ore ſanctè puréque prolatum flexis genibus incurvato corpore procidebant in faciem, atque dicebant: *Benedictus Deus cujus regnum glorioſum in*

¶ Quod [ ] uncis duobus comprehenſum eſt, id in textu noſtri Scriptoris ſupprimitur, atque ejus loco adſcribitur *&c.* Nos autem illud è libro precum eo, qui מחזור Cyclus inſcribitur, huc adduximus, ut hîc lectori formulam illam confeſſionis integram ſubjiceremus.

in ſeculum ſeculi: atque hoc illud eſt, quod ſcriptum legimus, * *Quando nomen Domini invocabo : date magnificentiam Deo noſtro.* Jam Pontifex per tres iſtas confeſſiones ſub finem pronuntiationis hujus nominis converſus erat ad cœtum hominum Deo benedicentium, quibus Pontifex *Mundabimini* dicebat. Ad confeſſionem Solemnitatis Expiationum totus erat dies idoneus : ſimiliter & ad confeſſionem juvencorum cremandorum.

carmine magnificâſſe. *Deut.* 32. 3.

CAPUT TERTIUM.

ERANT ſortes duæ, quarum in una * ſcriptum erat *Domino* : in altera * *Azazeli*: has ex quacunque materia fieri licebat, è ligno, lapide, metallo : non erat una longa, brevis altera : neque una ex argento, & ex auro altera; ſed ambæ pares erant inter ſe, ambæ è ligno conſtabant : fiebant autem ex auro in templo ſecundo : hæ duæ ſortes conjiciebantur in unum & idem vaſculum, quod capiebat manus duas eò, ut Pontifex * velut aliud agens manus inſereret : vaſculum illud

ART. I. Duas eo Die ſortes ex una & eadem materia, unoque è vaſe eſſe ductas.

VII. *Quando.* Verbum hoc כִּי hîc non ſonare *quia*, ſicut tranſtulit Vulgatus Interpres; ſed *quando*, ſeu *quum* volunt Hebræi: id diligenter exponitur in commentariis R. Salomonis Jarchi ad hunc locum.

ART. I. *Scriptum erat Domino* Omnino hircorum uterque conſecrabatur Domino, & Domino ſiſti jubetur uterque Lev. 16. v. 7. rurſuſque emiſſarius hircus ibid. v. 10. jubetur Domino ſiſti vivus ante, quàm in ſolitudinem emittatur : verùm enim is præcipuè videbatur Domino obtingere, qui mactabatur, quia victimæ Deo immolatæ ad Hebræorum conſuetudinem vocantur *Panes Dei*, ut Lev. 21. v. 6. & paſſim in ſcriptura ſacra videre licet.

Azazeli. Clariſſimus Bochartus Hierozoïci parte prima, lib. 2. cap. 54. multorum multas ac varias hujus nominis explicationes enodationeſque refellit argumentis quàm firmiſſimis : tum verò ſuam ipſe conjecturam ſubjicit valdè veri ſimilem; Azazel nomen eſſe Arabicum, quo ſignificetur *ſeceſſus, locus ſolitarius*, in quem abducebatur hircus ille, quo de agitur. Conjecturam exemplis illuſtrat innumeris, quæ ex Arabum monumentis in medium profert. Sed graviſſimum omnium, ac multò certiſſimum argumentum ex ipſa ducitur ſcriptura ſacra. Etenim Lev. 16. v. 10. de hirco emiſſario ſcriptum legimus, לשלח אותו לעזאזל המדברה, quod ad verbum eſt, *Ad emittendum illum ad azazel in deſertum* : atqui eodem cap. v. 22. hircus emiſſarius dicitur portare iniquitates Iſraëlitarum לארץ גזרה quod Recentiores, *In terram inhabitabilem*, Vulgatus Interpres eleganter reddidit, *In terram ſolitariam.* Ex quo patet quòd primùm Azazel dicitur, paulò poſt *ſeceſſum*, ſeu *locum ſolitarium* appellari.

Velut aliud agens. Ut ſortes utraque manu indiſcriminatim tolleret, neque alteram alteri præferret; ſed omnia ſortis permitteret arbitrio, vel potiùs Dei, qui ſortes dirigit ſecundum illud Prov. 16. 33. *Sortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur.*

profanum erat, è ligno conſtabat, Κάλπις dicebatur.

II. *Qualis eſſet ſortiendi ratio & cerimonia?* Hic igitur erat ſortiendi modus: in atrio quà vergebat ad orientem Κάλπις ponebatur ad partem altaris aquilonarem: hîc conſtituebantur hirci duo, quorum facies ad occidentem, & ad orientem poſteriora convertebantur: adveniebat eò Pontifex, cujus à dextra vicarius incedebat, & Antiſtes familiæ miniſtrantis à ſiniſtra: ante Pontificem erant hirci duo, unus ad dextram, & alter ad ſiniſtram.

III. Quatiebat arculam, & duorum hircorum ſortes duas duabus manibus ducebat, aperiebatque manus: ſi eſſet, ut ſortem eam, quæ inſcriberetur *Domino* dextrâ teneret, vicarius ei dicebat, Domine Pontifex tolle manum tuam dextram: ſin eam haberet in manu ſiniſtra, Antiſtes familiæ miniſtrantis ei dicebat, Domine Pontifex tolle manum tuam ſiniſtram: tum hircis illis duobus has duas ſortes imponebat, dextram dextro, lævo lævam: quanquam ſi non impoſuiſſet, nihil obſtaret: verùm enim rem præceptam omiſiſſet: atque ſortium impoſitio omnino res eſt præſcripta, quæ nihil obſtabat: verùm ductio ſortium ſi non erat divina res, nihilominus neceſſariò requirebatur: ex quo fiebat, ut hominem alienum hircis imponere ſortes liceret, non liceret autem hominem alienum ex urna ſortes ducere.

IV. *Duos hircos eſſe coccino prælígatos.* Porro Pontifex * coccinum, quod duorum cyclorum pondus exæquaret, & haberet linguæ formam, ad hirci emiſſarij caput alligabat: tum hircum iſtum conſtituebat ad locum illum, ex quo emittebatur: * Et alligabat etiam ejuſmodi coc-

IV. *Coccinum quod*, &c. Coccinum illud in linguæ figuram textum traditur in Talmude Tractt. ראש השנה fol. 31. pag. b. & יומא cap. 6. fol. 67. pag. a. ſubitò colorem amiſiſſe, & candidum evaſiſſe per miraculum propemodum anniverſarium, ex quo ſignificatio fiebat Deum benignè populo peccata condonâſſe: huc enim ſpectare, hoc ſibi velle Eſaïæ vatis illud, quod cap. 1. v. 18. ſcriptum videmus, *Si fuerint peccata veſtra ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra, quaſi vermiculus, velut lana alba erunt.* Porro Tract. יומא cap. 4. fol. 39. pag. b. traditur 40. annos ante diſturbationem templi ſecundi miraculum id fieri deſitum.

Et alligabat etiam, &c. In textu eſt ולנשחט כנגד בית שחיטתו, quod quidem non eſt referendum ad inciſum proximum ומעמידו; ſed ad membrum antecedens וקושר לשון, quemadmodum diſertè traditur in Talmude, atque ibidem explicatur etiam à Rabbi Salomone Jarchi; tum etiam in commentariis, qui כסף משנה inſcribuntur, hoc ipſo loco explanatur. Jam textum hunc per ſe ſic ſatis obſcurum, ſi ad verbum interpreteris, eſt *Et mactando ad locum mactationis ſuæ*, quod præcisè dictum hanc habet ſententiam hi cũ

cinum ad jugulum hirci mactandi, atque immolabat juvencum ſuum in hoſtiam pro peccato, item & hircum illum, cui obvenerat ſors inſcripta *Domino.*

Idem horum ſanguinem * in templum inferebat: nam ex amborum ſanguine per Diem illum aſperſiones fiebant tres & quadraginta: ac primùm quidem ex ſanguine juvenci aſperſiones octo fiebant in Sancto Sanctorum intra binos vectes arcæ fœderis ad unum circiter palmum ab propitiatorio ſic, uti ſcriptum videmus, *Et aſperget digito ſepties contra propitiatorium:* hîc una fiebat aſperſio ſurſum verſus, & deorſum verſus fiebant aſperſiones ſeptem: nam quod ſcriptum legitur, *Et aſperget . . . . . . ſepties,* id traditio docuit intelligendum eſſe præter aſperſionem primam. Pontifex igitur aſperſiones ita numerabat, una, una & una, una & duæ, una & tres, una & quatuor, una & quinque, una & ſex, una & ſeptem. Quòd autem ita numerabat hæc cauſa erat, quia alioquin fieri potuiſſet, ut per oblivionem numero ſeptem aſperſionum aſperſionem primam comprehenderet: tum deinde de ſanguine hirci item inter vectes arcæ fœderis aſperſiones fiebant octo, una videlicet ſurſum, & deorſum ſeptem, quæ aſperſiones eodem modo numerabantur, quo ſuperiores ex ſanguine juvenci. * Poſt in templo contra velum iterum ex ſanguine juvenci fiebant aſperſiones octo, una ſurſum, & deorſum ſeptem: namque de ſanguine juvenci ſcriptum legitur, *Contra propitiatorium & coram propitiatorio,* ac numerandi ratio tenebatur eadem, quæ in Sancto Sanctorum: tum etiam de hirci ſanguine fiebant item contra propitiatorium aſperſiones octo, una ſurſum, deorſum ſeptē.

V. Quot & quales eo Die fierent ab Pontifice aſperſiones?

Lev. 16. 14.

Ibidem.

Ibidem.

mactandum quoque fuiſſe coccino præligatum: ſed in hirco emiſſario coccinum fuiſſe ad caput alligatum, & in hirco mactando ad jugulum. Quod autem jugulum paſſim à Talmudiſtis, & ceteris Scriptoribus vocetur בית שחיטה *locus mactationis,* ea cauſa eſt & ratio, quòd Judæi mactandis animantibus non ſic, ut reliquæ fere gentes capita ictibus elidunt, ſed cultro quàm acutiſſimo & eodem oblongo jugulum tranſverſum præcidunt; id adeo, quia paſſim jubentur animantium ſanguinem fundere velut aquam: putant autem ſi caput animantis ictibus elidas, ſanguinem ejus ſic concreſcere, uti porro fundi nequeat.

V. *In templum,* &c. Hoc videlicet illud eſt, quod ait Apoſtolus Epiſt. ad Hebræos cap. 9. v. 25. *Pontifex intrat in ſancta per ſingulos annos in ſanguine alieno.* Nam, ut ibid. paucis ante verſibus commodè dicit idem Apoſtolus, *Omnia pæne in ſanguine ſecundum Legem mundantur.*

Poſt in templo. Ut hîc, ſic paſſim hoc Tractatu toto *templum* opponitur *Sancto Sanctorum,* ac ſumitur pro ea duntaxat parte, quæ fere *Sanctum* nuncupatur. Vide notam à nobis appoſitam ad art. 5. cap. 1. Tract. 1.

Levit. 16. 15. Nam de hirci ſanguine ſcriptum fuit, *Facietque de ſanguine ejus quemadmodum fecit de ſanguine juvenci.* Et hoc loco eadem atque intus numerandi ratio tenenda fuit: & cunctis iſtis aſperſionibus faciendis Pontifex ut ſpargendo ſummam infimamque loci partem attingeret neutiquam contendebat: ſed * imitabatur lictorem, qui damnatos verberum ictibus undequadraginta multabat: poſtea juvenci ſanguis cum hirci ſanguine confundebatur, atque de confuſo amborum ſanguine fiebant aſperſiones quatuor ad quatuor cornua altaris aurei in templo ſiti, item & aſperſiones ſeptem ad ejuſdem altaris medium.

VI. Ad ſingulas iſtarum quadraginta trium aſperſionum Pontifex digitum in ſanguinem intingebat: nec verò licebat, ut per tincturam unam & eandem aſperſiones fierent duæ: porro reliquum ſanguinis effundebatur ad altaris exterioris fundamentum, quà ſpectabat occidentem.

VII. Hircus emiſſarius quo modo abduceretur in ſolitudinem? Quid de illo tandem fieret?

Exinde vivum hircum Pontifex emittebat per hominem eum, qui ad hircum iſtum in ſolitudinem abducendum delectus erat. Atqui ad abducendum illum omnes erant idonei ſcilicet: ſed Pontifices certum quendam hominem ad hanc rem deligebant, & iidem non ſinebant ut eum abduceret * Iſraëlita. Jam ab urbe Hieroſolyma ad ſolitudinis initium per viam erant conſtituta tuguria, quorum in unoquoque quietè ſedebat unus aliquis, aut plures: hi eum, qui hircum abducebat in ſolitudinem, hominem comitabantur à tuguriorum uno * ad alterum. Apud unumquodque tugurium monebant hominem adeſſe cibum, adeſſe potionem: qui, ſi vires eum deficere cœ-

Imitabatur lictorem, &c. Damnatus verberibus, ut in Talmude narratur, ad columnam abligatus denudabatur, atque à lictore cædebatur loro ſic, ut prima plaga ſcapulis, & reliquæ deinceps alia ſubter aliam infligerentur, donec gradatim ad lumbos perventum eſſet. Similiter ſummus ſacerdos dabat operam non ut aſpergendo ſummam & infimam templi partem attingeret, ſed ut alicunde orſus ſingulas deinceps aſperſiones diſponeret, atque aliam ab alia velut ordinaret.

VII. *Iſraëlita.* Aliquando tamen uſu veniſſe, ut hircus iſte averruncus in ſolitudinem abduceretur per quendam Iſraëlitam Tipporienſem nomine Arſalam traditur in Talmude cap. 6. Tract. יומא.

Ad alterum. Solitudo illa, in quam abducebatur hircus averruncus, diſtabat ab urbe Hieroſolyma, uti ſcriptum legitur cap. 6. Tract. יומא, ſtadia 90. quorum ſeptem cum ſemiſſe milliare unum, & totum adeo hoc ſpatium milliaria conficiebat 12. Erat igitur metuendi locus, ne per iter ſat longum, & ſanè quàm ſolitarium humani quid accideret ei, qui rem univerſi populi tantam ac tam gravem peragebat. Itaque adjungi comitem itineris illi neceſſe erat: ſed nullum unum ire viæ comitem perpetuū licebat. Nam-

piſſent, atque ad illas reficiendas opus eſſet cibo, omnino * cibum caperet; ſed nunquam uſu venit, ut eo indigeret. Poſtremi tugurij habitatores ad extremum *iter ſabbati* conſiſtebant, atque procul obſervabant hominem quid rerum ageret. Quid ille verò? Nempe coccinum illud, quod linguæ reddens ſpeciem erat hirci cornubus illigatum, dividuum faciebat: dimidium ejus ad ſaxum deligabat, & dimidium inter hirci cornua: retrudebat hircum ita, ut deorſum volveretur. Et vixdum hircus ad medium montem revolutus erat cùm membra ejus diſſipata cernerentur: inde reverſus homo ſub poſtremo illo tugurio * manebat ad veſperam: ac paratæ erant ſpeculæ, ex quibus ſublata ſudaria ſignificarent hircum attigiſſe ſolitudinem. Et Pontifex poſtquam hircum emiſſarium delecto homini abducendum tradiderat, redibat ad juvencum & hircum, quorum ſanguine Sanctum Sanctorum reſperſum fuerat: his diſciſſis eximebat exta, quæ primùm vaſe reponebat, tum adolebat in altari: idem & carnem eorum reliquam in majora ſecabat fruſta, quæ eadem quadam velut implicatione inter ſe colligata relinquebat, non diſſolvebat: tum eadem aliis tradebat deportanda ad eum locum, quo cremabantur: hîc ea ſimul cum pelle ſua perſcindebantur, ſicut alio loco diſſeruimus.

que lex eſt Judæis, ut eorum nemo quiſquam, præter illos, qui itidem ut hirci ductor nominatim excipiuntur, nec ſabbato, nec ullo die feſto extra locum, ubi degat, plus quàm 2 milliaria itineris faciat, quod ſpatium Actuum Apoſtolorum cap. 1. v. 12. vocatur *iter ſabbati*. Inde factum illud quod eodem cap. 6. Tiac. יומא litteris proditum eſt. Conſtituta ſunt per viam, qua hircus abduceretur, tuguria 10 quorum aliud ab alio milliaris intervallo disjunctum eſſet, & tantundem eſſet ab urbe diſſitum tuguriorum primum, & poſtremum ab initio ſolitudinis. Principes civitatis ductorem hirci comitabantur ad primum uſque tuguriū, atque redibant: ſic eundo redeundoque bina conficiebant milliaria, quod iter die ſolemni fieri licebat: Porro erant ſinguli vel etiam plures, qui ſingula tuguria ſaltem per ſolemnitatem inhabitarent: hi ductorem hirci deinceps excipiebant ac deducebant à ſuo quiſque tugurio ad tugurium ſibi proximè vicinum, atque revertebantur; ita fiebat, ut hirci ductor ſine comite foret nuſquam, nec comitum quiſquā *iter ſabbati* præfinitū excederet.

Cibum caperet. Quod quidem, præter hirci ductorem nemini conceſſum erat. Namque hoc Legis edictum, quod extat Lev. 16. v. 29. *Menſe ſeptimo decima die menſis affligetis animas veſtras*, Judæi ſic interpretantur, ut velint hac ſolemnitate jejunium publicum eſſe celebrandum, quorum interpretationem confirmat B. Theodoretus Quæſt. in Lev. Jejunium iſtud hodie ſervari quàm religioſiſſimè palàm faciunt quotquot ubique gentium degunt Judæi: & olim ſervatum eſſe teſtatur Joſephus Hiſtoricus, qui lib. 3. Antiquitatum cap. 10. hoc ſcriptum reliquit. „ Decimâ deinde lunâ ejuſdem „ (ſeptimi) menſis jejunant uſque ad „ veſperam.

Manebat ad veſperam. Nihil enim cauſæ erat, cur porro per reliquum diei ſolemnis ſpatium contra Legem iter faciendum ſuſciperet.

VIII. Ut primùm hircus emiſſarius pervenerat ad ſolitudinem, Pontifex in atrium mulierum exibat: hîc aſtantibus de Lege prælegebat aliquid: atque interea dum id ipſe legebat, juvencus & hircus cremabantur ab aliis ad receptaculum cineris. Ergo fieri non poterat, ut qui lectioni Pontificis, idem ſimul & juvenci hircique cremationi aſſiſteret. Jam horum cremationem per hominem alienum fieri licuiſſe ſuprà dictum eſt.

A Pontifice aliquid de Lege prælectum eſſe populo.

IX. Lectio verò non erat ipſa divina res: quare vel ſuis, ſi lubuerat, indutus veſtibus albis communibus legebat, vel, ſi malebat, indutus ſacris veſtibus albis: namque ſacerdotibus eſſe conceſſum, ut veſtibus uterentur ſacerdotalibus etiam extra rem divinam alio loco expoſuimus.

X. Erat iſte legendi modus: Sedebat in atrio mulierum Pontifex, cujus in conſpectu populus omnis ſtabat in pedes. Æditaus volumen Legis depromebat, & idem hoc tradebat principi Synagogæ: Synagogæ princeps idem illud tradebat vicario, & vicarius demum Pontifici: Pontifex accipiendo volumini aſſurgebat, idemque ſtans legebat ex eo totam illam ſectionem, cujus principium eſt, POST MORTEM. Et è ſectione illa, quæ eſt de diebus ſolemnibus legebat à verſu *Decimo die* ad finem ejus rei: tum volumen convolvebat, & in ſinu ſuo repoſitum tenebat, atque ita dicebat, plus quàm ego prælegi vobis hîc ſcriptum eſt, atque ex ea parte Pentateuchi, quæ eſt de recenſendo Iſraëlitarum numero, memoriter recitabat, *Decima quoque*, &c. ad finem hujus rei. Id verò recitabat memoriter, quia liber ille Legis inſpectante tota Eccleſia non ita evolvitur: nec verò legebat id de alio libro, quia non eſt permiſſum, ut unus & idem homo de libris duobus quidquam populo prælegat, ne librorum prior veniat in ſuſpicionem vitij.

Quinam eſſet prælegendi modus? *Lev.* 16. 1. *Ibid.* 23. 27. *Num.* 29. 7

XI. Ante & poſt lectionem iſtam fundebat preces eas, quæ ſolent in Synagogis: ſed enim preci poſteriori ſex alias addebat, *Placeat tibi Domine Deus noſter*, &c. *Nos tibi confitemur*, &c. *Ignoſce nobis, Pater noſter, quia peccavimus*, &c. atque iſti precationi hanc clauſulam addebat, *Laus tibi Domine, qui miſericors populo tuo Iſraël peccata condonas*: Hoc ordine videlicet primæ tres preces fundebantur: tum ſeorſim pro templo Deum precabatur: atque hujus precis erat iſta ſententia, ut ſtabile permaneret templum, & reluceret in eo divina Majeſtas: clau-

Poſt lectionem à Pontifice preces quaſdã eximias eſſe Deo fuſas.

ſula erat, *Laus tibi Domine, qui Sion incolis.* Porro pro populo Iſraëlitico ſeorſim Deum orabat in hanc ſententiam, ut populum Iſraëliticum ſalvum & incolumem præſtaret, neque Regem ex eo ſublatum eſſe vellet: clauſula erat, *Gratia tibi Domine, qui delegiſti Iſraëlem.* Denique ſeorſim pro ſacerdotibus Deum orabat in eam ſententiam, ut cordi eſſet Deo eorum cùm tota agendi ratio, tum præcipuè rei divinæ adminiſtratio, ac ſuam in eos benignitatem conferret: clauſula erat, *Gratia tibi Domine, qui ſacrâſti ſacerdotes:* addebat inde preces, obſecrationes, hymnos, & rogationes more & modo ſuo: clauſula erat, *Opitulare Domine populo tuo Iſraël, quia enim populus tuus opis eſt indigens: gratia tibi Domine, qui precem exaudias.*

CAPUT QUARTUM.

AD hunc igitur Diem hic erat omnium operationum ordo: mediâ nocte ſors auferendi cineris ducebatur: focus extruebatur lignis & altare itidem, ut ſingulis diebus ordine ſuprà dicto purgabatur cinere uſque dum appeteret tempus immolandæ victimæ jugis ſacrificij, quod tempus cùm appetierat è byſſo ſindon extendebatur inter Pontificem & populum. Erat autem è byſſo ſindon ideo, ut ſignificaret Pontifici propria ejus Diei ſacra facienda eſſe cum veſtibus byſſinis: tum Pontifex exuebat veſtes communes, corpus abluebat, induebatque veſtes aureas, idemque lavabat manus & pedes, atque jugulabat victimam jugis ſacrificij ſic, ut duorum illorum * ſignorum partem majorem abſcinderet, & reliquam jugulationem alteri perficiendam traderet: ipſe confeſtim ejus victimæ ſanguinem excipiebat, quo reſpergebat altare ex præſcripto: tum in templum introibat, incendebat ſuffimentum matutinum, accendebat lucernas, adolebat membra jugis ſacrificij, cruſtula, libaminaque ad illam prorſus rationem ſacrificij jugis quotidiani, quam nos alio loco expoſuimus. Poſt ſacrificium juge ſacrificabat juvencum, & agnos ſeptem, qui quotidianis ſacris addebantur hac Solemnitate: tum lavabat manus & pedes atque veſtes aureas exuebat: exinde corpus abluebat, induebat veſtes albas, lavabat manus & pedes, ac pergebat ad juvencũ

ART. I. Quo tandem ordine fierent eo Die cunctæ ſacrorum operationes à

ART. I. *Signorum.* Vide notam à nobis appoſitam ad art. 8. cap. 4. Tract. 5.

ſuum: is ſtabat inter veſtibulum & altare: caput ejus ad meridiem, aſpectus ad occidentem converſus erat: ſtabat autem ſacerdos ad orientem, & convertebat aſpectum ad occidentem versùs. Hîc impoſitis juvenci capiti manibus duabus peccata confitebatur, ita dicens, Obſecro Domine, ego miſer in conſpectu tuo admiſi delicta, contraxi ſcelera, feci flagitia, ego miſer, & domus mea: O Domine, condona, obſecro, delicta, ſcelera, flagitia, quæ admiſi, contraxi, feci in conſpectu tuo miſer ego & domus mea, id quod in Lege Moyſis ſervi tui ſcri-
Lev.16.30. ptum videmus, *In hac die expiatio erit veſtri atque mundatio: ab omnibus peccatis veſtris coram Domino mundabimini*: ducebat inde ſortes duorum hircorum, & coccinum illud, quod habebat linguæ ſpeciem, deligabat ad caput hirci emiſſarij, quem porro conſtituebat contra locum illum, ex quo emittebatur: itemque deligabat ejuſmodi coccinum ad jugulum hirci mactandi: rurſus ad juvencum ſuum adibat, atque ejus capiti manus ſuas imponebat, ac denuo peccata confitebatur, ita dicens, Obſecro Domine, ego miſer in conſpectu tuo admiſi delicta, contraxi ſcelera, feci flagitia, ego miſer, & domus mea, & poſteritas Aaronis, populus tuus ſanctus: O Domine, condona, obſecro, delicta, ſcelera, flagitia, quæ in conſpectu tuo admiſi, contraxi, feci, ego miſer, & domus mea, & poſteritas Aaronis, populus tuus ſanctus, id quod in Lege Moyſis ſervi
Ibidem. tui ſcriptum videmus, *In hac die*, &c. tum juvencum mactabat, excipiebat ejus ſanguinem, quem ſanguinem alicui dabat commovendum; ne foris in quarta templi areola concreſceret: apprehendebat inde thuribulum, quo proximè ad partem oc-
Ibid. v. 12. cidentis capiebat ignem ex altari, prout ſcriptum legitur, *De altari à conſpectu Domini*: altari degreſſus ignem in atrij tabulato reponebat: hîc ei promebatur acerra, & vas plenum ſuffimenti bene fracti, ex quo ſuum implebat pugillum ita, ut nec menſuras abraſas, nec rurſus accumulatas, ſed planè expletas imitaretur: porro eum ex ſua quiſque magnitudine vel parvitate metiebatur, & quidquid ex ſuffimento demptum erat dabatur in acerram. Dictum eſt ante cùm uſu veniſſet, ut ſiniſtrâ manu transferretur aut victimarum ſanguis, aut aliud quidpiam rei divinæ, id temeratum fuiſſe: quamobrem æqui boni ratio poſtulabat quidem, ut Pontifex manu ſiniſtrâ thuribulum,

bulum, & acerram ſuffimenti ferret dextrâ: ſedenim thuribulum quoniam erat grave ac calidum ad uſque fœderis arcam manu ſiniſtrâ geſtare non poterat: itaque dextrâ thuribulum, & acerram ſuffimenti ſiniſtrâ prehendebat, ingrediebaturque per templum ad Sanctum Sanctorum, ubi velum in ſe replicabatur: introibatque in Sanctum Sanctorum uſque ad arcam fœderis, quò cùm venerat deponebat thuribulum inter duos arcæ vectes: at in ſecundo templo, quoniam arca nulla erat, Pontifex thuribulum in * lapide fundationis deponebat: tum oram acerræ vel extremis digitis, vel etiam dentibus apprehendebat, atque pollice ſuffimentum ex acerra deducebat in pugnum uſque dum rurſus expleretur itidem, ut erat ab initio: hæc verò omnium, quæ erant in templo, operationum difficillima fuit: inde ſuffimentum ſupra prunas coacervans inſerebat manum in thuribulum adeo, ut ſuffimentum propius ab arca, atque abeſſet longiùs ab ore ſuo ne combureretur, & ibidem expectabat tamdiu, donec ædes tota fumo compleretur: tum exibat, ac pedetentim ingrediebatur retrò ſic, ut os ejus ad Sanctum Sanctorum, & tergum eſſet converſum ad templum uſque dum extra velum exceſſiſſet: huc cùm evaſerat certam quandam in templo precem Deo fundebat, eamque perbrevem, ne populus metu perturbatus Pontificem in templo mortuum eſſe crederet: talis igitur erat illa precatio: Sit tua voluntas Domine Deus noſter, ut, ſi debuiſſet annus hic æſtuoſus eſſe, fiat pluvioſus, ut ſceptrum ex domo Judæ nunquam excedat, nec domus Iſraël populi tui gravi conflictetur anonâ, nec viatorum preces ab aſpectu tuo oblitеſcant.

Interea dum ſuffimentum in Sancto Sanctorum incendebatur, I
omnino populus omnis recedebat à templo, non recedebat autem de ſpatio inter veſtibulum & altare intermedio: neque enim quotidie loco inter veſtibulum & altare intermedio cedendum erat, niſi interea temporis quo aut intra templum ſuffimentum incendebatur, aut inſpergeretur templo ſanguis

Lapide fundationis. Exponitur à Scriptore noſtro in commentariis ſuis Miſnicis ad art. 2. cap. 5. Tract. Jomæ ſic eſſe vocatum lapidem, quòd ineſſet eo loco, ubi fierent Deo ſacra, quæ ſint fundamentum, quo mundus totus nitatur. In eandẽ ſententiam exponitur idem hoc ab altero Interprete Miſnico Bartenora, à quo additur & illud Noæ ſacrificio adductum eſſe Deum, ut jurejurando ſe ſe obſtringeret ſe non eſſe commiſſurum ut deinceps terram diluvio miſceret. Ita fieri, ut ſacrificiis faciendis mundus veluti fundamento conſtituatur ac confirmetur.

ſic, ut Tract. de Sacrificiis Jugibus explicavimus. Poſthæc Pontifex juvenci ſanguinem recipiebat ab eo, qui perpetuò illum agitabat ne concreſceret, atque in Sanctum Sanctorum inferebat, ibique inter arcæ vectes ex eo ſanguine aſperſiones octo dabat, reliquum efferebat in templum, ubi quædam erat ex auro ſtylobata, in ea hoc reponebat: tum templo excedebat, jugulabat hircum, & ejus ſanguinem excipiebat, inferebat in Sanctum Sanctorum, ibique inter vectes arcæ dabat aſperſiones octo, reliquum efferebat in templum, atque in altera templi ſtylobata aurea ponebat: exinde recipiebat de ſuperiore ſtylobata juvenci ſanguinem, ex quo contra velum è regione arcæ dabat aſperſiones octo, & quod reliquum erat deponebat: ſumebatque hirci ſanguinem, ex quo itidem contra velum è regione arcæ dabat aſperſiones octo: poſtea reliquum è ſanguine juvenci in id, quod ex hirci ſanguine relictum fuerat, infundebat, rurſuſque totum ſimul effundebat in pateram, quâ primùm continebatur juvenci ſanguis, quò magis inter ſe confunderentur: Et cùm paulò præter aureum altare ſtaret medius inter altare & candelabrum, ſanguine iſto ſic confuſo reſpergere altaris aurei cornua incipiebat: circumibat igitur altaris cornua ſatis longè remotus, ac ducebat initium ab intermedio inter orientem & ſeptentrionem cornu: hinc procedebat ad cornu ſeptentrioni & occidenti intermedium: inde ad cornu occidenti & meridiei intermedium: inde ad intermedium meridiei & orienti cornu. Jam aſperſiones iſtas ab altaris inferiori parte ad ſuperiorem dirigebat omnes præter extremam, quam quòd propiùs à ſe daret, dirigebat ab parte altaris ſuperiori ad inferiorem, ne fortè veſtes ejus ſanguine commacularentur: exinde carbones & cineres altaris aurei movebat huc & illuc adeo, ut aurum aperiret, atque puram illam altaris partem ſanguine confuſo reſpergebat ſepties ad meridiem, ubi loci cornuum ejus aſperſiones abſolverat: egrediebatur inde, & reliquum ſanguinis effundebat in baſim altaris exterioris, quà ſpectabat ad occidentem. Hinc accedebat ad hircum emiſſarium, cui manus * duas imponebat, atque peccata confitebatur, ita dicens, Obſecro Domine, admiſerunt

II. *Duas imponebat*, &c. Quiſquis ſacrum piaculare facturus victimæ ſuæ capiti manus imponebat duas, peccata confitebatur, & impendentia ſibi mala in ho-

delicta, contraxerunt ſcelera, fecerunt flagitia in conſpectu tuo populus tuus, domus Iſraël: O Domine, condona, obſecro, delicta, ſcelera, flagitia, quæ admiſerunt, contraxerunt, fecerunt in conſpectu tuo populus tuus, domus Iſraël, id, quod in Lege Moyſis ſervi tui ſcriptum eſt, *In hac die expiatio erit veſtri*, &c. tum hircum iſtum in ſolitudinem emittebat, atque è juvenco & hirco, quorum ſanguinem in Sanctum Sanctorum intulerat, exempta exta in vaſe reponebat, reliqua eorum cremanda mittebat ad cineris receptaculum: hinc exibat in atrium mulierum, ubi de Lege populo quædam prælegebat poſtquam hircus emiſſarius ſolitudinem attigerat: lavabat inde manus & pedes, atque veſtes albas exuebat: tum corpus abluebat, induebat veſtes aureas, manus & pedes lavabat, atque hircum illum, qui foris erat ſacrificandus, ſacrificabat, & hircus iſte ex ſacris ejus Diei extraordinariis unum erat: tum arietem ſuum ſimul & arietem populi ſacrificabat, quia ſcriptum legimus, *Egreſſus obtulerit holocauſtum ſuum, ac plebis*: tum exta juvenci & hirci cremandorum adolebat, faciebat ſacrificium juge veſpertinum, atque manus & pedes lavabat, veſtes aureas exuebat: exinde corpus abluebat, induebat veſtes albas, atque manus & pedes lavabat, introibat in Sanctum Sanctorum, ex quo thuribulum & acerram efferebat, atque lavabat manus & pedes, & veſtes albas exuebat: deinde corpus abluebat, induebat veſtes aureas, atque manus & pedes lavabat, incendebat ſuffimentum veſpertinum, accendebat lucernas veſpertinas ſic, ut ſingulis diebus fieri ſolebat: tum lavabat manus & pedes, veſtes aureas exuebat, induebat veſtes ſuas, ac domum ſuam abibat. Jam domum ſuam eum deducebat populus omnis, & ipſe, quòd ſalvus & incolumis è Sancto Sanctorum exîſſet, diem feſtum celebrabat.

Lev. 16. 30.

Ibid. v. 24.

ſtiæ caput deteſtabatur. Quod idem Pontifex, qui perſonam totius Eccleſiæ ſuſtinebat, Solemnitate Expiationum facere nomine univerſi populi jubetur Lev. 16. 21. *Et poſita utraque manu ſuper caput ejus confiteatur omnes iniquitates filiorum Iſraël, & univerſa delicta atque peccata eorum: quæ imprecans capiti ejus.* Eundem fere ritum execrandi ac deteſtandi capita victimarum ab Ægyptiis ſervatum in faciendis piaculis legimus apud Herodotum lib. 2. cap. 39. indeque factum, ut Ægyptij nullo prorſus animantis capite veſcerentur.

CAPUT QUINTUM.

ART. I. Sacra, ſi præpoſterè fierent intus, nulla fuiſſe.

OMNIA illa ſacra, quæ Pontifex veſtitus veſtibus albis intus in templo faciebat, erant ordine prædicto facienda: ſi res rei præponeretur, nihil actum erat.

II. Si priùs quàm jugularetur juvencus, de ſuffimento plenus pugillus eximeretur, nihil actum erat. Nam ſi plenus ille pugillus eximebatur in atrio, at certè intus in templum introferretur, intus ſacrificaretur, oportebat. Et hircus ſi jugularetur ante, quàm juvenci ſanguis conſpergeretur, nihil actum erat: is enim in atrio jugulabatur; at ſanguis ejus ferebatur intus.

III. Aries & hircus illi, qui ſacris quotidianis addebantur, ſi ſacrificarentur ante ſacra quotidiana, nihil actum erat.

IV. Jam ſi Pontifex in Sancto Sanctorum hirci ſanguinem ſanguini juvenci prætulerit, oportebat ut ante abſolutam operationem illam aſperſiones de ſanguine juvenci fierent ex præſcripto, deinceps alius offerretur hircus, jugularetur, atque ejus ſanguine Sanctum Sanctorum ex præſcripto reſpergeretur, & prior hircus temeraretur. Sin Pontifex in illis, quæ fiebant in templo contra velum, aſperſionibus, hirci ſanguinem ſanguini juvenci prætulerit, oportebat, ut poſt inſperſum juvenci ſanguinem, ſanguinem hirci denuo conſpergeret.

V. Si ſanguis in Sancto Sanctorum funderetur ante perfectas aſperſiones, alius afferretur ſanguis oportebat, quo Sanctum Sanctorum de integro reſpergeretur.

VI. Si perfectis in Sancto Sanctorum, inchoatis in templo aſperſionibus effunderetur ſanguis, ſanguinem oportebat afferri alium, atque aſperſiones templi redintegrari.

VII. Si poſt abſolutas templi reſperſiones, & inchoatas altaris aurei, funderetur ſanguis, alium oportebat afferri ſanguinem, quo de integro reſpergeretur altare: namque omnes illæ reſperſiones ſeparata quædam per ſe piacula erant.

VIII. Si perfectis altaris aſperſionibus denique funderetur reliquus ſanguis, nihil erat, quòd ſanguis afferretur alius: nam effuſio reliqui ſanguinis ſuper exterius altare nihil quidquam impediebat. Quòd ſi juvenci ſanguis effunderetur ante perfectas omnes aſperſiones alius offerendus erat juvencus, tum denuo

de ſuffimento plenus pugillus erat eximendus priùs, quàm jugularetur alter iſte juvencus: id ſuffimenti incendebatur, inferebatur juvenci ſanguis, & fiebant ex eo reſperſiones.

Atque poſtremus iſte juvencus demum veſtes contaminabat, & cremabatur ad cineris receptaculum, quippe quo juvenco demum piaculum peragebatur. IX.

Quòd ſi juvenci ſanguis ſanguine commiſceretur hirci ante peractas aſperſiones, aſperſio una ſurſum versùs, & ſeptem aſperſiones deorſum nomine juvenci, rurſumque aſperſio una ſurſum, & deorſum aſperſiones ſeptem fuerant hirci nomine faciendæ. Sin ad ultimam demum aſperſionem ſanguine ſanguis confunderetur, nomine juvenci deorſum una fiebat aſperſio, tum etiam una aſperſio ſuprà, & infrà ſeptem aſperſiones hirci nomine fiebant. X.

Ipſæ ſi pateræ confunderentur inter ſe, ut ignoraretur utra illarum ſanguinem juvenci, utra ſanguinem hirci contineret; ex earum unâ aſperſio una ſuprà, infrà fiebant aſperſiones ſeptem; & ex alterâ item una aſperſio ſuprà, infrà aſperſiones ſeptem, iterumque ex paterâ primâ una aſperſio ſuprà, infrà ſeptem aſperſiones fiebant: hoc enim pacto neceſſariò primùm ex ſanguine juvenci, & deinde ex hirci ſanguine fiebant aſperſiones. XI.

Si juvenci ſanguis, & ſanguis hirci binis ſinguli pateris exciperentur, tum pateræ ex dimidia parte inter ſe confunderentur ſic, ut ex duabus iſtis inter ſe confuſis, quæ contineret ſanguinem juvenci, non ſecerneretur ab ea, quæ contineret ſanguinem hirci, de reliquis illis, quæ non erant inter ſe confuſæ, pateris aſperſiones fiebant ex præſcripto, ac ſi porro ſanguinis aliquid in ipſis relictum fuerit, id in baſim ex præſcripto fundebatur: pateræ verò iſtæ, quæ fuerint inter ſe confuſæ, in foſſam effundebantur. XII.

Omnino juvencum Solemnitate Expiationum ſacrificandum Pontifici ære ſuo emptum oportebat, quia ſcriptum legitur, *Iuvencum ſacrificij pro peccato ſuum:* verùm enim hac in hoſtia Deus pecuniæ pontificiæ ſocios participeſque fecit cunctos ſacerdotes, qui niſi conſortes ejus victimæ fuiſſent, eâ neutiquam expiarentur. Itaque ſi mortem obiſſet Pontifex priùs, quàm mactâſſet juvencum, non erat opus, ut juvencum alium XIII.

Lev. 16. 6. Juvencum Pontificis hoc Die ſacrificandũ omnium ſacerdotum

fuiſſe communem. offerret is, qui ſuccedebat in Pontificis locum ſacerdos, ſed prioris juvencum immolabat: neque enim hæc erat hoſtia pro peccato, cujus dominus vitâ functus ſit, quam per ſeipſam mori jus erat, quia non erat jus per ſeipſam mori hoſtiam pro peccato eam, quæ pertineret ad multos. Quòd ſi juvencum illum jugulâſſet Pontifex, tum deinde mortem oppetiiſſet ipſe priùs, quàm juvenci ſanguinem in expiationem adhibuiſſet, qui ſuccedebat ei ſacerdos ejuſdem juvenci ſanguinem in templum inferebat, atque in expiationem impendebat.

XIV. Duos hircos Solemnitatis ſpecie, ſtatura, pretio pares inter ſe fuiſſe.

Qui Solemnitate Expiationum offerebantur hirci duo, hos ſpecie, ſtaturâ, pretio pares inter ſe & ſimiles eſſe òpus erat: porro eos ſimul unà coëmptos oportebat. Quanquam ſi non eſſent ſimiles inter ſe, ſi alter uno die, & poſtero die coëmptus eſſet alter, nihilominus legitimi fuiſſent.

XV. Cùm uſu veniſſet, ut hircorum alter morte occumberet ante, quàm fuiſſet eorum facta ſortitio, coëmendus erat alius, qui hirco ſuperſtiti conjungeretur: ſin autem poſt ductas ſortes hircorum alter moreretur, adducebantur alij duo, quorum primùm fiebat ſortitio, tum videndum erat uter ſuperiorum hircorum occubuerit: ſi qui erat Domini, Pontifex ita dicebat, In illius locum ſuccedat is, qui jam nunc ſorte Domino obtigit: ſin mortuus eſſet is, qui ad Azazelem erat emittendus, Pontifex dicebat, In illius locum ſuccedat is, qui Azazeli nunc ſortitò obtigit: alter autem ex illis duobus, quorum fuerit extrema facta ſortitio, oportebat ut paſceretur interea dum vitio afficiebatur, tum verò venderetur, atque pretium ejus impendebatur in holocauſtum voluntarium: neque enim jus erat per ſeipſam mori hoſtiam pro peccato publicam.

XVI. Si perditis Solemnitatis Expiationum juvenco & hirco in eorum locum ſubſtituerentur alij, atque his ſacrificatis priores reperirentur, paſcerentur donec vitio afficiebantur, tum verò venderentur, atque pretium eorum impenderetur in holocauſta voluntaria. Et ſi priores reperirentur ante, quàm eſſent iſti poſteriores immolati, priores utique ſacrificarentur, & iſti poſteriores paſcerentur interea dum afficiebantur vitio: tum deinde venderentur, atque pretium eorum in holocauſta voluntaria impenderetur: neque enim jus erat publicam hoſtiam pro peccato per ſeipſam mori

Hircum emiſſarium temerabat vitium etiam temporaneum: idem temeraretur ſi veniret uſu, ut temporis eſſet indigens veluti * ſi mater ejus Solemnitate Expiationum jugularetur in uſum hominis ægroti: nam hircum iſtum ex Azazele præcipitem agi, hæc erat ejus jugulatio. XVII.

Idem ſi lethaliter afficeretur, item temeratus eſſet, quia ſcriptum legitur, *Statuet eum vivum.* XVIII. *Lev.* 16. 10.

Jam ſi morbo corriperetur hircus adeo, ut incedere non poſſet, ductor eum deportabat humeris, & ipſo quidem ſabbato. XIX.

Si ductor in morbum incidiſſet, hircus emittebatur per hominem alium. XX.

Si ductor inquinaretur, nihilominus Sanctuarium intrabat, hircum apprehendebat, excedebat: nam quod eſt in Lege, *Emittet illum per hominem paratum in deſertum*, id ſignificat hircum illum emittendum fuiſſe per hominem paratum, ut etiam homo ille contaminatus eſſet. XXI. *Ibid. v.* 21.

Si depulſum hircum ac detruſum nondum etiam mortuum cerneret ductor, confeſtim & ipſe deſcendebat, ac quacunque re poterat interficiebat: jam ut hujus ex hirci membris commodum caperent homines, permiſſum erat. XXII.

Templum ſi vel unius trabis imminutio fuerit in eo facta, non reſpergeretur victimarum ſanguine, quia ſcriptum legitur, *In tabernaculo teſtimonij.* XXIII. *Ibid.* 4. 7.

Altare ſi nondum ſuffimento fuerit dedicatum, non reſpergebatur victimarum ſanguine, quia ſcriptum legitur, *Altaris thymiatis gratiſſimi.* XXIV. *Ibidem.*

Pontifex ſi ſuffimentum incenderet, quod ex aromatibus ſuis uno careret, vel careret herbâ illâ fumum exhalante, mortem mereretur: ſcriptum eſt enim, *Vt non moriatur, quia in nube apparebo ſuper oraculum.* Similiter Pontifex mortem mereretur, ſi Sanctum Sanctorum intrâſſet citra præceptum: quare ſi Sanctum Sanctorum intrâſſet imprudens, idemque prudens in ſuffimento flagitium commiſiſſet: ſi ſuffimentum omnibus ſuis partibus expletum in templum inferret, ſimul & ſuffimentum, quod ſuarum partium aliquâ careret, mortem mereretur. XXV. *Ibid.* 16. 2.

Et ſi Pontifex de ſuffimento in Sancto Sanctorum incendendo XXVI.

XVII. *Si mater ejus.* Nam Judæi ne beſtiam matrem & ejus fœtum uno atque eodem die jugulent, Lege interdictum eſt.

particulam magnitudine olivæ parem incendiſſet in templo, mortem mereretur.

XXVII. De ſuffimento plenum pugillum eximere divina res erat, quam prava cogitatio temerabat: item ad incendendum ſuffimentum exemptos ab altari carbones prava cogitatio temerabat, quia ita res eſt, præparationes ad ſacra ſacrorum ſunt inſtar.

XXVIII. Si Pontifex de ſuffimento plenum pugillum eximeret digitis extremis, ſi digitis tranſverſis, ſi partem manûs inferiorem primùm, tum deinde ſuperiorem adhiberet, ſi adhiberet utramque manum conjungens unam alteri, ſi ſuffimentum elapſum manu ac terrâ ſparſum colligeret, ſi de ſuffimento ſacerdos alius plenum pugillum exemiſſet, tum in pugillum Pontificis dediſſet, ſi Pontifex ipſe de ſuffimento plenum pugillum exemiſſet, atque mortem obîſſet, tum ſuffectus ei ſacerdos ſuperioris pugillum in templum inferret, in his omnibus erat dubitandi locus: quare ſuffimentum de integro non incenderetur: ſin incenſum eſſet, gratum foret.

Finis octavi Tractatûs.

TRACTATUS IX.
DE
SACRORUM ABUSU.

CAPUT PRIMUM.

INTERDICTUM erat ne privatus homo fructùm ullum perciperet ex rebus Deo ſacris: nec verò quidquam differebat inter res altari ſacras, & eas, quæ templo reconcinnando dicatæ fuerant. Si quis igitur ex rebus Deo ſacris utilitatem pro obolo ceperit, prævaricatione ſe obſtrinxerit. ART. I. Prævaricatione teneri qui fructũ ceperit è rebus Deo ſacris.

Quæcunque ſacrorum comedi fas erat, ut carnem hoſtiæ pro peccato, & hoſtiæ pro delicto poſt inſperſum earum ſanguinem, & duos illos ad Pentecoſten oblatos panes poſt conſperſum ſanguinem duorum agnorum panibus adhibendorum, in his non erat prævaricationi locus, non ſi ea aut eorum ſimilia comediſſet homo alienus. Nimirum quia conceſſum erat, ut rebus illis fruerentur hominum aliqui, nemo prorſus ob captum harum rerum fructum, de prævaricatione damnabatur. Quæ ſi temerarentur, propetereaque porro comedi non liceret, tamen quoniam eadem aliquando comedi fas erat, nemo prorſus ob perceptam ex iis utilitatem, de prævaricatione damnaretur. II. Quibus ſacris homines veſci licebat, ea non dediſſe prævaricationi locũ?

Quiſquis prudens ſciens ſe prævaricatione obſtrinxiſſet, verberibus multaretur, inſuper & ſummam ipſam factæ in ſacro deceſſionis exolveret. Jam homines à prævaricatione deterrentur iſto Legis edicto, *Non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti tui, &c. .... & omnia quæ voveris.* Namque nobis ita traditum eſt hoc loco interdictum eſſe ne quiſquam veſcatur carne holocauſti, quod totum eſt Domini: eadem III. Quam pœnam daret qui ejuſmodi prævaricatione ſe obſtrinxiſſet? *Deut.* 12, 17

erat ratio & reliquorum ſacrorum, quæ itidem tota Domini ſolius erant. Nec quidquam intererat, utrùm res altari, an templo reconcinnando ſacræ fuiſſent, ſi quis ex illis fructum caperet pro obolo, verberibus multaretur. Si quis autem imprudens ſe prævaricatione obſtrinxiſſet, & fructum ex ſacris perceptum exolveret, & inſuper adderet quintam ejus partem: porro autem præberet arietem duobus ſiclis emptum, qui ſacrificaretur in hoſtiam pro delicto, atque expiaretur: hæc enim illa eſt, quæ dicitur hoſtia pro delicto prævaricationis, qua de
Lev. 5. 15. re ſcriptum legimus, *Si ..... per errorem in his, quæ Domino*
Ibid. v. 16 *ſunt ſanctificata, peccaverit, offeret pro delicto ſuo*, &c. .... *Ipſumque quod intulit damni reſtituet, & quintam partem ponet ſuprà*, &c. Jam ut exolveretur ſors additâ quintâ parte, & inſuper hoſtia immolaretur jubendo ſancitum erat.

IV. Sortis ſolutio, atque immolatio hoſtiæ pro delicto obſtabat quominus delictum expiaretur, acceſſio quintæ partis non ob-
Ibidem. ſtabat: nam quod à Lege dicitur, *In ariete hoſtiâ pro delicto*, ex eo efficitur illud arietem illum in hoſtiam pro delicto mactandum expiationi obſtitiſſe ſcilicet, at non obſtitiſſe quintæ partis acceſſionem.

V. Si quis id, quod prævaricatus ex ſacris in rem ſuam converterat, diſſolviſſet priùs, quàm obtuliſſet hoſtiam pro delicto, neutiquam ſatisfeciſſet. Si quis ambigeret utrùm prævaricatus eſſet ſacris, necne, à ſolutione ſortis eſſet immunis, & à ſacrificio. Jam acceſſio quintæ partis erat inſtar primi ſacri, ac ſi perciperes ex ea fructûs aliquid, porro etiam iſti quintæ parti quintam partem adderes. Jam id ſæpe dictum eſt quintam partem iſtam eſſe ſortis quadrantem ſic, ut ex ſorte & quinta ejus parte omnino fiant partes æquales quinque.

VI. Erant quædam res ſacræ, in quibus è Lege quidem non erat prævaricationi locus: verùm enim inſtitutis ſapientum ſancitum erat, ne commodum ullum ex illis caperetur: Ex his ſi quis fructum aliquem cepiſſet, omnino ſortem ſolveret, ſed nec adderet quintam partem, nec hoſtiam pro delicto offerret.

VII. Quæcunque fuerant altari conſecratæ beſtiæ, has ſeu ſanctiores, ſeu minus ſanctas nefas erat tondere, aut ad laborem
Deut. 15. 19 adhibere. Eſt enim in Lege, *Non operaberis in primogenito bovis, & non tondebis primogenita ovium*: atqui reliquarum vi-

ctimarum erat eadem ratio. Immo etiam ſi quis totondiſſet bovem, ovem ad operam applicâſſet, ex Lege verberibus multaretur. Sed enim lanam ex ove convellentis jus non erat idem atque tondentis. Ac mihi quidem ita videtur, omnino hominem verberibus multandum non fuiſſe, niſi tantum lanæ totondiſſet, quantum ſatis erat ad explendam latitudinem ſpithamæ duplicatæ: neque enim in hac re ſeveriùs, quàm in re ſabbati ageretur. Beſtias altari ſacras nec tondendas, nec ad laborem adhibendas.

VIII. Quæ verò beſtiæ erant de dubio ſacræ, ut ſi ambigeretur beſtia eſſet primogenita, necne, & ſi quid aliud ejus generis, illæ ne tonderentur, neu labori applicarentur interdictum erat quidem: verùm ſi quis eas totondiſſet, aut applicâſſet operæ & labori, is neutiquam verberaretur.

IX. Beſtiam ſacram vitio correptam redimi oportebat, ſicut alio loco poſuimus, & eam ipſam tonderi, operæve applicari non licebat; ſed prorſus erat interdicta donec jugularetur. Nam ſi poſt redemptionem jugularetur, veſcerentur eâ homines licebat. Quod quidem ſic accipiendum eſt ſi conſecratio beſtiæ vitium anteceſſerat, contráve vitium temporaneum beſtiæ anteceſſerat conſecrationem: nam ſi quis affectam vitio perpetuo beſtiam ſacrâſſet, eam tondere, operæve applicare ſolis ſapientum inſtitutis vetitum erat. Et cùm redempta fuerit ad omnia beſtiarum communium erat inſtar, atque etiam ad tonſuram ac laborem in beſtiarum communium locum & numerum veniebat. Excipe beſtiam primogenitam, & beſtiam decimam, quarum in proprio corpore conſecratio inſita ineſt, tametſi ab initio ſunt affectæ vitio perpetuo. Hæ igitur quod ad tonſuram & operam attinebat in locum beſtiarum communium redibant nunquam. Ac tam primogenitam, quàm aliam quamlibet ſacram beſtiam vitiatam ad concubitum admittere nefas erat.

X. Licebat de integro beſtiis ſacris vellere pilos eò, ut earum vitia probè inſpiceret homo in ea re exercitatus: & qui ejuſmodi beſtiæ, itemque beſtiæ primogenitæ, decimæque vel exciderent, vel evellerentur pili, ex iis nullum omnino fructum capere fas erat ne tum quidem, cùm propter vitium beſtiæ illæ ſacræ jugulatæ jam fuerant. Namque metuendum erat ne iſtiuſmodi beſtiæ ſacræ, quoniam piaculo faciendo non inſer-

viebant, diutiùs vivæ retinerentur. Nam ſi quid lanæ aut ex hoſtia pro peccato, aut ex hoſtia pro delicto excidiſſet, poſtquam hoſtiæ propter aliquod vitium jugulatæ fuerant, utilitatem earum è lana capere ſanè licebat: has enim hoſtias, utpote quæ piaculares erant, vivas diu tenebat nemo. Sed de lana holocauſto vulſa dubium eſt. Et quidquid per ſe vulſum erat è vellere cujuſvis beſtiæ ſacræ, poſtea quàm ea fuerat vitio affecta, ex eo utique fructum capere fas erat, modò non fuerit ad hoc evellendum hominis adhibita manus. Excipitur beſtia primogenita, & decima, quarum velleri ſi quid ſponte vulſum eſt poſt quàm ipſæ vitio fuerant affectæ, nihilo magis ex eo fructum capere licebat.

XI. Quiſquis beſtiam primogenitam jugulabat, aut quamlibet aliam beſtiam ſacram, omnino huic erat in manu, ut è collo animantis hinc inde pilum evelleret ad præbendum * cultro locum: at idem ut pilum illum loco ſuo poſitum relinqueret oportebat.

XII. Et beſtiæ, quæ reconcinnando templo conſecratæ fuerant, illæ quoque ne tonderentur, neu operæ applicarentur interdictum erat inſtituto videlicet ſapientum, at non erat interdictum Lege. Si quis igitur ejuſmodi beſtias totondiſſet, aut applicuiſſet operæ, eam ob rem verberibus multandus non erat, at propter rebellionem verberaretur tamen.

XIII. Si quis fœtum adhuc utero contentum altari conſecrâſſet, ſapientum edicto ſancitum erat ne mater labore fatigaretur: quod fieri vetârunt ideo, quia matris labor fœtum etiam macerat. Mater autem ut tonderetur licebat, quia detrimentum ex ea re fœtus accipiebat nullum. Si quis autem unum aliquod beſtiæ membrum ſeu reconcinnando templo, ſeu altari ſacrâſſet, dubium erat, utrùm beſtiam totam tondere & labore fatigare nefas eſſet, necne: nemo igitur hac de re verberibus coërceretur.

XI. *Cultro locum.* De hoc cultro vide quæ diximus Tract. proximè ſuperiori in ea nota quam appoſuimus ad art. 4, cap. 3.

CAPUT SECUNDUM.

IN victimis minus ſanctis non niſi poſt ſanguinis aſperſionem erat prævaricationi locus: poſt aſperſionem ſanguinis in extis earum erat prævaricationi locus interea dum efferebantur ad receptaculum cineris: namque erant illæ totæ igni conſumendæ; in ſacris enim comedendis non eſſe locum prævaricationi ante dictum eſt. Jam iſtarum exta ſi in altare efferrentur ante ſanguinis aſperſionem, nihilo magis dabatur in eis prævaricationi locus uſque dum fuerit inſperſus ſanguis. Item harum exta ſi portarentur extra templum ante ſanguinis aſperſionem, non dabatur in eis prævaricationi locus uſque dum fuerit inſperſus altari ſanguis. Poſt ſanguinis aſperſionem ſi forent adhuc foris exta, ſi necdum fuerint in templum relata, tamen erat in eis prævaricationi locus: Etenim ſanguinis aſperſio ſacris extra templum elatis conducebat in ſeveritatem juxta atque in facilitatem.

ART. I. Sacra minus ſancta prævaricationi locum dare cepiſſe tardiùs.

In cunctis victimis ſanctioribus erat prævaricationi locus à conſecratione ad ſanguinis aſperſionem: poſt aſperſionem ſanguinis in iis, quæ comburebantur totæ, relinquebatur etiam prævaricationi locus uſque dum erant igni conſumptæ, atque in receptaculum cineris aſportatæ: in iis autem quæ comedebantur, nullus, ut ante dictum eſt, relinquebatur prævaricationi locus.

II. Sacra ſanctiora citiùs dare locum prævaricationi cepiſſe.

III. Igitur in holocauſto ſeu illud eſſet ex ave, ſeu ex quadrupede, item in pugillo ferti, in thure, in ferto ſacerdotum, in cruſtulis, in ferto libaminum erat prævaricationi locus à conſecratione uſque dum in altari cremata ferrentur in receptaculum cineris.

IV. Item & in juvencis hirciſque cremandis erat prævaricationi locus, ex quo conſecrati fuerant uſque dum cremarentur: immo verò uſque dum prorſus exuſti fuerint in receptaculo cineris, atque in carbones ſit converſa caro; nam priùs etiam apud receptaculum cineris relinquebatur prævaricationi locus.

V. Et in vacca rufa erat prævaricationi locus à conſecratione uſque dum eſſet in cinerem redacta. Et cùm illa compararetur ad res eas, quæ reficiendo templo conſecratæ fuiſſent, id nihil

Num. 19. 9 obſtabat, quia enim de iſta ſcriptum videmus, *Pro peccato* .... *eſt.* Jam à Senatu cautum erat, ne quiſquam abutens vaccæ rufæ cinere ſe prævaricatione obſtringeret.

VI. In quadrupede hoſtia pro peccato, & in hoſtia pro delicto, & in victimis pacificis Eccleſiæ univerſæ locus erat prævaricationi, ex quo fuerant conſecratæ ad aſperſionem ſanguinis uſque: poſt ſanguinis aſperſionem in extis earum relinquebatur prævaricationi locus, donec victimæ deportarentur ad receptaculum cineris; in earum carne non relinquebatur prævaricationi locus. Item & in volucri hoſtia pro peccato erat prævaricationi locus, ex quo fuerat conſecrata ad ſanguinis aſperſionem: poſt aſperſionem ſanguinis porro in ipſa non relinquebatur prævaricationi locus. Omnino ne quis utilitatem caperet ex ejus ingluvie plumâque interdictum erat: verùm enim ſi quid fructûs ex his perceptum fuerit poſt ſanguinis aſperſionem, hæc prævaricatio non erat.

VII. Ferta verò tametſi necdum in vaſis ſanctis ſancta evaſerant, nihiloſecius ex quo fuerant Deo conſecrata, donec incenderetur pugillus ipſis exemptus, dabant prævaricationi locum. Nam poſt incenſum hunc pugillum cujuſvis ferti reliquias comedi licebat. Sin autem iſtæ reliquiæ temerarentur, aut imminuerentur priùs, quàm exemptus de ferto pugillus incenderetur, quoniam hæc incenſio quidem non dabat licentiam comedendi reliquias, ſanè dubitandum erat utrùm prævaricationi relinqueretur in iis locus, necne.

VIII. Panis propoſitionis etſi nondum coctus tamen prævaricationi locum dabat, ex quo conſecratus erat, donec appoſitæ illi thuris acerræ duæ incenderentur; incenſis acerris erat licentia comedendi panis. Et duo illi panes, qui Pentecoſte ſacrificabantur itidem priùs, quàm cocti fuerant prævaricationi locum dabant, ex quo conſecrati erant, donec fuerit aſperſus ſanguis agnorum, qui ſimul unà ſacrificabantur: poſt hujus ſanguinis aſperſionem erat licentia comedendi panes.

IX. Et libamina dabant prævaricationi locum ex quo tempore conſecrata fuerant: & cùm in ſubjectam altari foſſam defluxerant, porro non erat in ipſis prævaricationi locus. Ex aqua ad feſtum Scenopegiæ libanda quoad aureo continebatur cado, omnino ex illa aqua utilitatem capere fas non erat: verùm ſi

quis utilitatem ex ea cepiſſet, iſte quidem prævaricatione non tenebatur. Cùm verò in phialam erat infuſa, ſemper dabat prævaricationi locum, quia enim erat ex libaminum generibus unum.

Olei logus ab homine leproſo libandus dabat prævaricationi locum, ex quo erat in vaſe ſacro conſecratus uſque ad aſperſionem ſanguinis hoſtiæ pro delicto: poſt aſperſionem ſanguinis hoſtiæ pro delicto porro olei fruendi licentia non erat, nec erat in eo locus prævaricationi, donec ejuſdem aſperſiones fuiſſent ritè peractæ. X.

Factis aſperſionibus ejus reliquias ſic tanquam carnem hoſtiæ pro peccato, & hoſtiæ pro delicto comedi licebat. Immolatarum victimarum ſanguis non dabat prævaricationi locum nec ante, nec poſt factam expiationem, uſque dum effluxerat in Torrentem Cedron. Huc cùm effluxiſſet dabat prævaricationi locum: venibat enim in uſum hortorum, & ſacrum erat ejus pretium. Si quis autem victimis incidendâ venâ ſanguinem elicuiſſet, ejus ſanguinis fruendi licentia non erat, & erat in eo prævaricationi locus: neque enim vivere potis erat victima ſine ſanguine, qui propterea pro corpore ipſius habebatur. XI.

Oſſa, nervi, cornua, ungulæ à victimis ſanctioribus ſeparatæ ante ſanguinis aſperſionem dabant prævaricationi locum: eadem ab hujuſmodi victimis ſeparata poſt ſanguinis aſperſionem nullum prævaricationi locum dabant. In oſſibus ab holocauſto ante ſanguinis aſperſionem ſeparatis non relinquebatur prævaricationi locus poſt ſanguinis aſperſionem; quia licita reddiderat illa ſanguinis aſperſio: eadem oſſa poſt ſanguinis aſperſionem demum ab holocauſto ſeparata locum prævaricationi dabant vel in perpetuum. Quæcunque holocauſti oſſa ex altari eruperant, ea ante mediam noctem dabant prævaricationi locum, poſt mediam noctem non dabant, ne ſi erupiſſent quidem ante mediam noctem: ut enim venerat media nox, omnia holocauſti membra pro abſumptis atque in cinerem redactis habebantur. XII.

Si ex altari ſeu ante, ſeu poſt mediam noctem erupiſſet carbo, ſicut ejus fruendi licentia non erat, item non erat in eo locus prævaricationi. Rurſus ſi carbo fuiſſet è rebus reconcinnando templo ſacratis dabat prævaricationi locum. Jam ad hujus XIII.

flammam quod attinet, uti non erat ejus fruendæ licentia, ſic prævaricationi non erat in ea locus.

XIV. Exterioris altaris cinis ſeu ante, ſeu poſt quàm ex altari ſublatus erat, locum prævaricationi dabat.

XV. Altaris interioris, candelabrique cinere frui jus non erat, nec erat in eo locus prævaricationi.

XVI. Victimæ ſanctiores ſi fuiſſent ante vel poſt conſecrationem affectæ vitio perpetuo, immo ſi temporis eſſent indigentes, nihilominus dabant prævaricationi locum, ex quo tempore conſecratæ fuerant, uſque dum eſſent pretio redemptæ. Sedenim cùm forent altari ſacri ſeu turtures, qui nondum ſatis temporis, ſeu pulli columbini, qui nimium temporis egerant, omnino nullam oportebat ex iis utilitatem capere: ſi quis autem cepiſſet, neutiquam prævaricatione erat obſtrictus. Nimirum redemptio horum non erat: erat igitur eorum ratio eadem atque hoſtiarum pro peccato earum, quas per ſeipſas mori jus fuit: ita nullus in ipſis relinquebatur prævaricationi locus.

CAPUT TERTIUM.

ART. I. Victimæ per ſe mortuæ, vel temeratæ darentne prævaricationi locum?

ALTARI ſacratæ beſtiæ ſi fuerint per ſe ipſæ mortuæ ex Lege quidem non dabant prævaricationi locum; dabant autem ex auctoritate ſapientum. Item ſi temeratæ fuerint illarum, quibus ante poſuimus temerari victimas, rerum aliquâ, ex auctoritate ſapientum dabant prævaricationi locum: ita res erat ſi nec unquam permiſſum fuerit, ut illis veſcerentur ſacerdotes; nam victimæ ſanctiores, illæ videlicet, quas oportebat comedi, ſi quando fuerint permiſſæ, tum verò temeratæ interdicerentur, nequaquam dabant prævaricationi locum: Nimirum erat aliquando conceſſum, ut comederentur iſtæ: atqui id, quod aliquando ad veſcendum aptum fuit, omnino nullum relinquere prævaricationi locum ſuprà dictum eſt. Ponamus igitur exempli causâ victimas ſanctiores eſſe temeratas ante, quàm altare ritè fuerit earum ſanguine conſperſum, ſeu quòd illæ fuiſſent jugulatæ ad meridiem; neque enim porro quidquam proderat earundem ſanguinem excipere ad ſeptentrionem, ſeu quòd illarum ad ſeptentrionem jugulatarum ſanguis exciperetur ad meridiem, ſeu quòd eſſet interdiu facta jugulatio,

tio, & ſanguinis aſperſio noctu; contráve, ſeu quòd immolando fuerit ſuſcepta prava cogitatio temporis, locive, ſeu ſanguinē earum exceperint haud idonei, licet deinde idonei inſperſerint; contráque haud idonei inſperſerint, licet exceperint idonei, ſeu caro, vel ſanguis earum omnis ante aſperſionem è templo portaretur, ſeu denique ſanguis earum pernoctâſſet, in his omnibus erat ſemper prævaricationi locus, quia enim nullo temporis puncto iſtarum victimarum comedendarum licentia fuerat. Sin autem ſanguine fuerit ritè conſperſum altare, tum deinde victimæ ſeu caro, ſeu exta pernoctâſſent, vel contaminarentur, vel etiam portarentur extra templum: Item ſi pars carnis extra templum portaretur ante, quàm ſanguis inſpergeretur altari, quidquid accidiſſet iſtorum, iſtiſque ſimilium in reliqua victimæ carne non relinquebatur prævaricationi locus, quoniam, ut ante diximus, hujus carnis comedendæ aliquando licentia fuerat.

Si victimarum ſanguinem excepiſſent homines haud idonei, iidemque inſperſiſſent altari, tum etiam de integro homines ad rem divinam faciendam idonei reliquum ſanguinem vitalem excepiſſent, atque altari aſperſiſſent, omnino nullus in victimarum carne relinquebatur prævaricationi locus, quia enim homines ad ſacra facienda haud idonei non erant ij, qui ſanguinem vitalem à ſe relictum efficerent reliquias: unus excipiatur ſacerdos immundus, qui, quoniam idoneus erat ad faciendum ſacrum publicum, relictum à ſe ſanguinem reliquias efficiebat utique. II.

Sacerdos igitur immundus ſi victimarum ſanguinem excepiſſet, atque altari aſperſiſſet, licet deinde ſacerdos idoneus reliquum ſanguinem vitalem excepiſſet, altarique inſperſiſſet, iſtæ videlicet victimæ nullo temporis puncto permiſſæ fuiſſent, adeoque omnes darent prævaricationi locum: nam quem ſanguinem reliquerat ſacerdos immundus, is verò reliquiæ erant, atqui reliquiarum aſperſio porro nihil proderat. Dictum eſt antè in victimis minus ſanctis omnino nullum eſſe prævaricationi locum: verùm eſſe prævaricationi locum in earum extis poſt ſanguinis aſperſionem, ſiquidem aſperſio fuerat congruens: ſin autem minus ſanctæ victimæ abominandæ evaſiſſent, quanquam ſanguis earum fuerat ritè reſperſus, non relinquebatur III.

tamen in earum extis prævaricationi locus. Item ſi ſanguis earum eſſet extra templum elatus, licet deinde relatus in templum, & ritè reſperſus fuerit, tamen nullus in earum extis prævaricationi locus relinquebatur.

IV. Omnino ex omnibus hoſtiis pro peccato iis, quas per ſeipſas mori jus erat, uti partum hoſtiæ pro peccato, uti * beſtiam commutatam cum hoſtia pro peccato, & harum ſimiles, ex his utilitatem capere vetitum erat: verùm ſi quis cepiſſet, prævaricatio non erat.

V. Et quamcunque hoſtiam pro peccato oportebat paſci, donec afficeretur vitio, ea dabat prævaricationi locum, uſque dum pretio redempta fuerit.

VI. Si quis ſegregatam hoſtiam pro peccato ſuam amiſiſſet, tum aliam in ſuperioris locum ſegregâſſet, atque priorem reperiſſet, poſt ambæ aſtantes ſimul jugularentur, altarique ſanguis alterius ex eis aſpergeretur, non erat prævaricationi locus nec in ejus carne, cujus fuerat inſperſus altari ſanguis, neque porro in carne alterius. Nam ſi hæc ad veſcendum apta non erat, at certè erat optio ſpargendi ſanguinem hujus aut illius. Quòd ſi jugularetur una poſt alteram, ſanè ſanguis unius nihil faciebat ad carnem alterius, ne poſt aſperſionem quidem, quippe cùm alterius caro nullo temporis momento licita fieri poterat.

VII. Omnis ex ave hoſtia pro peccato, item ex ave holocauſtum ſi temeraretur vel quia ſacrificandi ratio, vel quia ſacrificandi locus eſſet immutatus dabant prævaricationi locum. Excipe tamen holocauſtum ex ave, ſi ſic tanquam hoſtia pro peccato ad partem altaris inferiorem cervice ungue reſecta necaretur nomine videlicet hoſtiæ pro peccato: id quanquam hominem offerentem debito non expedierat, attamen non dabat prævaricationi locum, propterea quòd nomen ejus eſſet mutatum, & mutatus ſacrificandi locus, inſuper & ſacrificandi quoque ratio mutata nomine videlicet ejus rei, quæ nullum prævaricationi locum dabat.

VIII. Si fertum evaſiſſet abominandum, ſi ſacrificatum foret cum prava cogitatione loci: itemque ſi panes illi duo, qui ſacrificabantur Pentecoſte, ſi panes propoſitionis vel evaſiſſent abomi-

IV *Beſtiam commutatam.* Apud editionem in parvo Folio anni 1574. mendosè ותרוכתה rectè legitur ותמורתה apud edition. in Folio magno anni 1524.

nandi, vel eſſent temerati prava cogitatione loci dabant prævaricationi locum, quippe quæ nunquam licita fuerant.

Et exemptus è ferto pugillus ſi vel è templo fuiſſet elatus, vel pernoctâſſet, tum deinde adoleretur, in reliquiis erat utique prævaricationi locus, quippe quæ prorſus nunquam licitæ fuerant. Sin autem exemptus è ferto pugillus inquinatus eſſet, tùm adoleretur, non relinquebatur prævaricationi locus in reliquiis. Nam quam geſtabat ſummus ſacerdos laminam auream, ea quidem expiabat ſacrum inquinatum; verùm ſacrum per noctem totam ſervatum, vel elatum è templo non expiabat: ſin reliquiæ vel extra templum portarentur, vel contaminarentur, tum exemptus è ferto pugillus adoleretur, illæ ne comederentur interdictum erat ſcilicet, at nullum prævaricationi locum dabant, quia enim exemptus è ferto pugillus ritè libatus erat. IX.

Si quis è victima ſanctiore integra utilitatem caperet aliquam ante ſanguinis aſperſionem: Et ſi quis poſt ſanguinis aſperſionem utilitatem aliquam caperet ex minus ſanctæ victimæ extis, aut ex holocauſto integro: Item ſi quis utilitatem aliquam caperet è pugillo de ferto exempto, è thure, è ferto ſacerdotum, è cruſtulis, pretium utilitatis impenderet in holocauſtum voluntarium: Et ſi quis publicis ſacris abuſus, prævaricatione ſe obſtrinxiſſet, oportebat, ut pretium percepti fructûs in conclave afferret. X.

Si quis ante ſanguinis aſperſionem aliquid utilitatis cepiſſet aut ex victimarum ſanctiorum carne contaminata, aut ex victimarum minus ſanctarum extis, etiam ſi jam fuerant in ſummum altare ſublata, impunè fuerit. XI.

Omnino interdictum erat, ne quiſquam ex animantium altari ſacrarum lacte & ovîs utilitatem caperet: verùm ſi quis cepiſſet, prævaricatione non teneretur. Itaque victimæ partus, & partus beſtiæ decimæ ſugebant non matris, ſed alterius cujuſdam beſtiæ communis ubera: At hoc cuique in manu erat, ut certæ cujuſdam beſtiæ communis lac benignè ac liberaliter conſecraret victimarum fœtibus nutriendis, ne videlicet illi morte occumberent. XII.

Si cujus beſtiæ vel avîs pretium altari ſacrâſſet aliquis, ut ſi ita dixiſſet, Hujus beſtiæ pretium ſit in libamina, Sit hujus pulli XIII.

columbini pretium in victimam pacificam, rerum reconcinnando templo ſacrarum inſtar erant: erat igitur in earum lacte & ovîs prævaricationi locus, ſicut alio loco diſputabitur.

CAPUT QUARTUM.

ART. I. Pecunia in victimas ſepoſita daretne prævaricationi locum?

PECUNIA ſepoſita in hoſtiam pro peccato, in holocauſtum, in hoſtiam pro delicto, item & in turtures, atque pullos columbinos videlicet ſacrificandos, prævaricationi locum dabat ab eo uſque temporis puncto quo ſepoſita fuit. Rurſus pecunia ſepoſita in hoſtiam pacificam non dabat prævaricationi locum.

II. Si quis unius è beſtia membri pretium altari conſecrâſſet, dubium erat, utrùm conſecratio beſtiam pervaſiſſet totam, necne. Ergo beſtia immolanda erat, non pretio redimenda. Quæ ſi foret pretio redempta, nullus in redemptionis pretio locus prævaricationi relinquebatur.

III. Si quis in Nazaræatum ſuum pecuniam ſepoſuiſſet, ex ea videlicet utilitatem capere vetitum erat: verùm ſi quis cepiſſet, nequaquam prævaricatione teneretur: etenim pecuniam iſtam licebat totam in hoſtias pacificas expendi: atqui non erat in hoſtiis pacificis prævaricationi locus, ſed erat tantùm in earum extis poſt ſanguinis aſperſionem. Si quis igitur mortem obîſſet poſt quàm in Nazaræatum ſuum ſepoſuerat pecuniam, ea pecunia in holocauſta voluntaria impenderetur. Si quis autem mortem obîſſet poſt quàm in hoſtiam pro peccato ſepoſuerat pecuniam, ea pecunia projiciebatur in mare Salinarum: ejus pecuniæ fruendæ licentia non erat, nec erat in ea prævaricationi locus. At in holocauſtum ſepoſita pecunia impendebatur in holocauſtum, & dabat locum prævaricationi. Si quis ſeponendâ pecuniâ ita dixiſſet, Sit tantum pecuniæ in hoſtiam pro peccato meam, & reliquum pecuniæ in Nazaræatum meum, tum reliquum illud totum in ſuam utilitatem impendiſſet, prævaricatione teneretur. Sin partem ejus duntaxat in commodum ſuum impendiſſet, non eſſet prævaricatione obſtrictus. Et ſi quis ſeponendâ pecuniâ dixiſſet, Sit tantum pecuniæ in holocauſtum meum, & reliquum pecuniæ in Nazaræatum meum, tum pecuniam omnem in ſuam ipſius utilitatem impendiſſet,

prævaricatione obſtringeretur: ſin ejus partem duntaxat impendiſſet in uſum ſuum, non obſtringeretur prævaricatione: neque enim in pacificorum pecunia prævaricationi locus erat. Si quis ſeponendâ pecuniâ dixiſſet, Sit tantum pecuniæ in holocauſtum meum, & tantum in hoſtiam pro peccato meam, & tantum in pacifica, atque varia illa pecuniæ genera confunderentur inter ſe, cùm in univerſa iſta pecunia, tum in aliqua parte ejus erat prævaricationi locus. Quid igitur de confuſis iſtis pecuniæ generibus faceret? Nempe beſtias emeret tres: per earum unam hoſtiam pro peccato conſtitutam reddebat communem hoſtiæ pro peccato pecuniam, ubi ubi foret: per alteram holocauſto deſtinatam reddebat commune pretium holocauſti: & per tertiam hoſtiam pacificam conſtitutam reddebat communem hoſtiæ pacificæ pecuniam.

Si quis ex iis, qui nidos avium debebant, pecuniam ſepoſuiſſet, atque ita dixiſſet, Sit ea pecunia in debitum meum, erat prævaricationi locus tum in univerſa illa pecunia, tum etiam in ejus aliqua parte. Et ſi debitores ejuſmodi mortem obîſſent poſtea, quàm in ſacra ſepoſuerant pecuniam, impenderetur omnis in holocauſta voluntaria, atque locum prævaricationi dabat. IV.

Si quis beſtiam ſegregatam in hoſtiam pro peccato comeſi adipis deinde mactâſſet in hoſtiam pro peccato comeſi ſanguinis, is hac hoſtiâ non expiaretur, & nullus adeo hîc eſſet prævaricationi locus. Si quis ſepoſitâ in hoſtiam pro peccato comeſi adipis pecuniâ coëmiſſet hoſtiam pro peccato comeſi ſanguinis, ita res erat: ſi coëmiſſet imprudens, hac verò hoſtiâ expiaretur, & propterea prævaricationi locum daret: ſin autem emiſſet prudens, hoſtiâ illâ non expiaretur, & eam ob rem nullum ea daret prævaricationi locum. V.

Si quis ſiclis duobus in unam & eandem hoſtiam pro delicto deſtinatis emiſſet arietes duos, eoſque in uſum profanum, prævaricatione obſtringeretur, quoniam res profanæ fuerant emptæ pecuniâ hoſtiæ pro delicto. Is igitur oportebat denarios exolveret denos, qui erant ſicli duo, inſuper & quinta pars: & hac ille ſummâ coëmebat hoſtiam pro delicto: præterea autem oportebat & aliam offerret hoſtiam pro delicto prævaricationis ſuæ: Itaque ſi duobus ex arietibus coëmptis unus eſſet ſiclorum VI.

duorum, & alter denariorum decem, oportebat hunc, qui denariorum erat decem, arietem offerret in hoſtiam pro delicto; ſic enim rem ſacram prævaricando interverſam in locum reſtituebat, additâ etiam quintâ parte, & illum, qui ſiclorum erat duorum, arietem offerret in hoſtiam pro delicto prævaricationis ſuæ. Nam ſi coëmerit unum arietem in hoſtiam pro delicto, & alterum in profanum uſum, coëmptum in hoſtiam pro delicto, ſiquidem ſiclorum erat duorum, offerret nomine prioris hoſtiæ pro delicto: & coëmptum in uſum profanum, ſi ſiclorum itidem fuerit duorum, offerret in hoſtiam pro delicto prævaricationis ſuæ: etenim uno quidem certè ſiclo pecuniæ in hoſtiam pro delicto deſtinatæ abuſus, prævaricatione ſe obſtrinxerat: tum etiam denarios exolvebat quinque, qui voluntarium in holocauſtum impendebantur.

VII. Si quis reſiduum aliquid pecuniæ in hoſtiam pro peccato deſtinatæ impendiſſet ſuum in uſum priùs, quàm ſua hoſtia pro peccato fuerit ſacrificata, oportebat quintam partem adderet ad id, quod in uſum ſuum converterat, inde ſummâ illâ coëmeret hoſtiam pro peccato, atque inſuper offerret hoſtiam pro delicto ſuæ prævaricationis. Item ſi quis ante ſacrificatam hoſtiam pro delicto reſiduum aliquid pecuniæ in hoſtiam pro delicto deſtinatæ ſuum in uſum expendiſſet, reſiduo illi, quod in commodum ſuum converterat, adderet quintam partem, atque totâ illâ pecuniâ coëmeret hoſtiam pro delicto: tum etiam aliam offerret hoſtiam pro delicto prævaricationis ſuæ: nam ita res erat, quidquid ex prævaricatione rerum altari ſacrarum diſſolvebatur, in altaris ſacra cedebat: quidquid ex prævaricatione rerum templo reficiendo ſacrarum pendebatur, in templi refectionem cedebat. Quòd ſi ſe prævaricatione obſtrictum reſciſſet ante ſacrificatam ſuam pro peccato hoſtiam, tum eam ſacrificâſſet, nec dum quidquam in prævaricationem ſuam deſtinâſſet, aut certè id quod deſtinâſſet non adjunxiſſet ad pretium ſuæ hoſtiæ pro peccato, oportebat, ut ſortem pro prævaricatione appenſam, & additam ei quintam partem in mare Salinarum dejiceret. Qui ſi poſt hoſtiam pro peccato ſuam ſacrificatam demum reſciſſet ſe prævaricatione obſtrictum eſſe, & prævaricationis ſors, & quæ addebatur ei quinta pars, ea pecunia univerſa in holocauſtum voluntarium expendebatur;

nihil enim deintegrò deſtinabatur in interitum. Atqui idem hic ſeu iſto, ſeu ſuperiori modo ſe res haberet, hoſtiam pro delicto prævaricationis ſuæ offerret oportebat. Nam ſi quis abuſus eſſet eâ pecuniâ, quæ ad hoſtiam pro delicto pertineret, ille ſeu ante, ſeu poſt ſacrificatam hoſtiam pro delicto reſciſſet ſe prævaricatione obſtrictum eſſe, oportebat, ut quæ rependebatur prævaricationis ſors, & quæ addebatur ei quinta pars in holocauſtum voluntarium expenderetur: namque totum illud pro reſiduo hoſtiæ pro delicto putabatur: porro autem oportebat, ut hoſtiam pro delicto prævaricationis ſuæ ſacrificaret.

Si quis aut holocauſtum ſuum, aut victimam ſuam pacificam vendidiſſet, nihil actum erat. Atque ex Lege quidem pecunia inde redacta ad ſuum, quo erat antea, ſtatum communem revolveretur; ſed hominis iſtius multandi causâ ſapientes decreverunt, ut pecunia iſta in holocauſtum voluntarium expenderetur. Etenim ſi beſtia ſiclorum quatuor vendita fuiſſet ſiclis quinque, omnes in holocauſtum voluntarium impenderentur. Verùm tamen nullus hîc erat prævaricationi locus nec ex Lege, nec ex inſtitutis ſapientum. VIII.

Erat in votis prævaricationi locus: ut ſi voto nuncupando quis ita dixiſſet, Sit mihi * *Corban* iſta maſſa panis, Sit mihi ſacra res, atque idem exinde maſſam iſtam panis comediſſet, hic ſanè prævaricatione obſtringeretur, quamvis eadem maſſa panis reliquis hominum licita fuiſſet. Et quoniam huic uni homini maſſa hæc erat interdicta, neutiquam redimebatur. Quòd ſi voto concipiendo ita dixiſſet, Sit iſta maſſa panis ſacra, vel, Sit iſta maſſa panis *Corban*, tum eandem ipſe comediſſet, aut quivis alius, prævaricatione teneretur: quare & eam redimi licebat. Et ſi quis cùm advertiſſet quandam panis maſſam publicam, dixiſſet, Sit iſta maſſa panis ſacra, tum idem hic illam cepiſſet ea mente, ut illâ veſceretur ipſe, ſanè maſſâ totâ tenus prævaricatione teneretur: ſin eam cepiſſet eo conſilio, ut illam traderet alteri poſſidendam, quantum ex illa commodi caperet, tantundem prævaricationis in ſe admitteret. IX. In rebus voto interdictis eſſetne prævaricationi locus?

Et homo homini ſi dixiſſet, Iſta maſſa panis mea ſit tibi ſacra res, atque hanc eidem ille dono dediſſet, donatus ubi primum X.

IX. *Corban*. Hoc eſt, Id mihi ſit tam interdictum, quàm quod eſt Deo oblatum, quàm quod eſt Deo conſecratum.

donum abſtuliſſet, prævaricatione teneretur: neque enim ei, qui donum dabat, fuerat illa res interdicta. Idem judicandum de cunctis votorum formulis hujus ſimilibus: cui res erant interdictæ, locum prævaricandi dabant. Ac ſi multæ & variæ res ejuſmodi voto interdicerentur alicui hominum, hæ conjungebantur inter ſe, ut ſi quis ſimul è multis cepiſſet utilitatem pro obolo, prævaricatione teneretur.

XI. Si quis ita dixiſſet, Sint iſtæ plantæ *Corban*, ſi modò non excindantur hodie, Sit pallium iſtud *Corban*, ſi tamen hodie non cremetur, atque die præterito nec excinderentur plantæ, neque pallium cremaretur, ſanè ſacra fuiſſent, ac ſic tanquam reliqua ſacra redimerentur priùs, quàm ex illis utilitatem capere liceret, oportebat. Si quis autem ita dixiſſet, Sint iſtæ plantæ *Corban*, interea dum cæduntur, redimi non poterant ideo, quia utcunque redemptæ fuiſſent, rurſus ſacræ fierent donec cæderentur, & cùm cæſæ fuiſſent ſine redemptione confeſtim ex illis utilitatem capere liceret. Quod quidem ſic accipi debet ſi redimeret illas idem, qui conſecraverat: nam eas ſi redemiſſet alius, communes fiebant etiam ante, quàm cæderentur, & ei quoque, qui conſecrârat eas, reddebantur licitæ.

CAPUT QUINTUM.

ART. I. Prævaricatione teneri, qui vel è rebus altari dicatis, vel ceteris è ſacris, vel ex utriſque ſimul ceperit utilitatem unius oboli.

NIHIL intererat utrùm reficiendo templo ſacrâſſes rem per ſe aptam refectioni, ceu lapidem & trabem, an templo reficiendo conſecrâſſes rem altari convenientem, ceu agnos & turtures, an altari conſecrâſſes rem templo reconcinnando convenientem, uti lapidem, & trabem, an denique horum utrique ſacrâſſes res ejuſmodi, quæ neutri congruerent, uti gallinas, acetum, muriam, agrum: immo ſi quis ſacrâſſet ſterquilinium plenum fimi, pulveris, cineris, omnia prævaricationi locum dabant ex quo fuerant ſacrata donec redimerentur, ſi modò eſſent ejuſmodi res, in quas redemptio caderet.

II. Omnino omnia reconcinnando templo ſacra cum ſacris altari rebus ejuſmodi, in quibus erat prævaricandi locus, conjungebantur in prævaricationem: itaque ſi quis ex his ſimul utilitatem pro obolo cepiſſet, prævaricatione teneretur.

III. Si quis & aliquid è ſacris ipſe comediſſet, & inſuper aliquid

ex eiſdem ſodali ſuo comedendum dediſſet: item ſi quis tum in utilitatem ſuam, tum etiam in utilitatem ſodalis aliquid è ſacris impendiſſet, quod ab ipſo comeſtum eſſet conjungeretur cum eo, quod eſſet impenſum in ſodalis uſum, itemque quod eſſet à ſodali comeſtum jungeretur cum eo, quod in utilitatem ſuam impendiſſet, omnia inter ſe conjungerentur in prævaricationem ſic, ut ſi conjunctim perceptum eſſet commodum pro obolo, prævaricatione teneretur.

Jam prævaricatio coagmentabatur etiam multum poſt tempus, ut ſi quis certo quodam die ſacris uſus eſſet, idemque multis poſt annis uteretur etiam eodem ſacrorum genere, duplex uſus copularetur ad conficiendum obolum, & hominem prævaricatione obſtringendum. IV.

Non erat prævaricationi locus niſi è rebus è terra jam evulſis: nam ſi quis uteretur aut ipſo terræ ſolo, aut aliqua re terræ ſolo adhuc inhærente, is prævaricatione non obſtringeretur, non ſi his detraheret aliquid. Si quis igitur agrum ſacrum araret, ſereret, impunè foret: ſin aliquantum pulveris ejus cepiſſet, idem in uſum ſuum adhibuiſſet, atque imminuiſſet, prævaricatione teneretur. Si quis in agro ſacro tereret fruges, prævaricatione obſtringeretur: nimirum agri pulvis frugibus * tritis proderat: itaque utilitatem è pulvere cepiſſet, agrum imminuiſſet. Et ſi quis agrum ſacrum arâſſet ideo, ut excitatum ejus pulverem oleribus à ſe inſitis admoveret, atque olera inde ſibi evelleret, prævaricatione obſtringeretur. Si quis ſub ſpecu ſacro, vel ſacræ ſub arboris umbra, vel ſub columbario ſacro conſediſſet, is etſi commodum cepiſſet, prævaricatione non teneretur. Et ſi quis domum ædificatam conſecrâſſet, tum in ea quis habitâſſet, is prævaricatione non obſtringeretur. Si quis autem è lignis & lapidibus à ſe conſecratis domum ædificâſſet, tum in ea quis inhabitaret, is prævaricatione teneretur: ſed hac de re alio loco diſputabitur. V.

Quidquid ſacra ex ſe tuliſſent, prævaricationi locum dabat: ut ſi conſecratus ager herbas, arbor conſecrata fructus funderet, in his erat prævaricationi locus. Nam ſi quis puteum conſecrâſſet vacuum, qui deinde fuiſſet aquâ completus: ſi ſacrâſ- VI.

V. *Tritis proderat.* Conſulendus hîc commentarius, cui nomẽ כסף משנה: alioqui textus minus perſpicuus ſit, nec interpretatio cum eo conſonare videatur,

ſet ſterquilinium, quod poſtea demum repleretur ſtercore: ſi columbarium, quod item poſtea denique columbis impleretur, hæc, quoniam non erant ex ipſis edita ſacris, non dabant locum prævaricationi. Et areæ ſacræ ſtercore fimoque nec uti licebat, nec erat in eis prævaricationi locus. Quid igitur illis fiebat? Nempe venibant, atque redacta inde pecunia in conclave deſtinatum referebatur. Si medio ex agro ſacro prorumperet fons, ejus aquâ intra agrum fluente uti nefas erat, quanquam eâ ſi quis eſſet uſus, prævaricatione non obſtringeretur: eâdem aquâ jam extra agrum fluente etiam deintegrò uti licebat. Salice in fundo ſacro exorta nec uti licebat, nec erat in ea prævaricationi locus. Cùm eſſet privati hominis arbor ſata prope fundum ſacrum ita, ut radices ſuas in fundum illum mitteret, ſi foret inter arborem & fundum ſacrum intervallum ſexdecim cubitos patens, radicibus illis in fundum ſacrum miſſis nec uti fas erat, nec erat in ipſis prævaricationi locus. Sin longiùs à fundo ſacro diſtaret arbor, quiſquis ejus radicibus in fundum ſacrum miſſis uſus eſſet, prævaricatione obſtringeretur. Rurſus cùm arbor ſacra prope fundum hominis privati foret ſata ſic, ut radices in fundum iſtum mitteret, ſi arbor eſſet intra proximos ſexdecim cubitos, ſanè radices iſtæ darent prævaricationi locum. Sin autem arbor magis quàm ſexdecim cubitos à fundo remota fuiſſet, radicum in fundum hominis privati miſſarum utendarum licentia non erat, nec erat in ipſis prævaricationi locus.

VII. In cacumine arboris ſacræ ſi foret nidus, quem fere volucres è lignis, herbis, atque horum ſimilibus conſtruunt, omnino ex illo nido toto utilitatem capere non licebat, neque ex iis, quæ inerant, ovis; neque porro pullis matris adhuc indigentibus: verùm enim ſi quis utilitatis aliquid ex his cepiſſet, prævaricatione neutiquam obſtringeretur.

VIII. Si quis ſylvam conſecrâſſet, erat prævaricationi locus in omnibus ejus arboribus, item & in cunctis nidis, ſeu illi forent in arborum cacuminibus, ſeu eſſent medias inter arbores.

IX. Quæſtores ærarij ſacri ſi ligna conſecrata polirent, cæderent, in minutis illis lignorum particulis, quæ inter cædendum reſectæ fuiſſent, erat prævaricationi locus: non erat autem prævaricationi locus neque in ramentis, neque in ſcobe, neque porro

in truncorum * ſuffragine: ſuffraginem dico corpus illud durum & rotundum, quod è medio fere ſtipite extuberat, verrucam imitatur, neque eſt utile ad opus ullum.

Non erat prævaricationi locus in ſervo conſecrato, nec in ipſo, nec in ejus capillo in ipſo adhuc hærente, licet aliquando tondendo, propterea quòd capillus dum in homine inhæreat quotidie magis ac magis augeſcit, adeoque melior efficitur. X.

Si quis fruges ſacras ſereret ſerendo redimeret illas oportebat: quanquam ſi non redemiſſet illas, tamen id quod ex illis oriretur commune fuiſſet. Idem non dabat prævaricationi locum, ac ſi quis id in uſum ſuum impendiſſet, nihil erat, quòd ſolveret ejus ſortem additâ quintâ parte: idemque erat obnoxium placentæ è farina in maſſam ſubacta libandæ. XI.

Fæcibus vini ſacri ſuperfusâ aquâ primâ, ſecundâ, tertiâ non uti licebat, ſi quis uſus eſſet, nulla prævaricatione teneretur: quartâ verò aquâ ſuperfusâ etiam deintegrò licebat uti. Quod ſic accipiendum eſt, ſi vinum illud templo reconcinnando ſacrum fuiſſet; nam ſi ſacrum eſſet altari, quarta quoque aqua, & conſequentes deinceps ad infinitum interdictæ forent. XII.

Gallinam ſi quis altari ſacrâſſet, erat prævaricandi locus tam in ipſa, quàm in ejus ovis. Et ſi quis altari ſacrâſſet aſinam, & in ipſa, & in ejus lacte prævaricandi locus erat. Et ſi quis reconcinnando templo conſecrâſſet turtures, prævaricationi locus erat in ipſis, & in eorum ovis, ſicut ante dictum eſt. XIII.

* Tunicæ ſacerdotales tritæ prævaricationi locum dabant itidem, ut reliqua ſacra: novæ verò, quoniam in uſum paratæ fuerant, nullum prævaricationi locum relinquebant. XIV.

Quæcunque reconcinnando templo fuerant ab ethnicis ſacrata, ea dabant prævaricationi locum: rurſus quæ erant ab iiſdem altari ſacra, non dabant locum prævaricationi ex Lege, in qua, ubi de ſacrificiis agitur, ſcriptum videmus, *Loquere filiis Iſraël:* verùm enim ſapientum edicto ſancitum erat, ne quidquam utilitatis & ex iſtis caperetur. XV. *Lev.* 1. 2.

Sacrorum è ſono, aſpectu, odoreque utilitatem capere non XVI.

IX. *Suffragine.* Vernaculè. *Vn chicot qui vient dans l'arbre.*
XIV. *Tunicæ.* Mendosè legitur apud editionem in parvo Folio anni 1574. מתנות correctè legitur apud editionẽ in Folio magno anni 1524. כתנות: quanquam auctor commentariorum illorum, qui כסף משנה inſcribuntur, legit בגדי *veſtimenta.*

licebat, nec erat in iis prævaricationi locus. Quod ſic intelligendum ſi quis ſuffimentum odoratus ſit poſteaquam illam fumi columnam exhalâſſet: nam ſi quis tunc ipſum ſuffimentum olfaceret, cùm illam fumi columnam exhalaret, prævaricatione obſtringeretur utique.

CAPUT SEXTUM.

ART. I. Ad rationē prævaricationis fuiſſe diſcriminis aliquid inter ejuſmodi ſacra, quæ terebantur uſu, & illa, quæ nihil utendo deterebantur.

SUNT quædam rerum genera, quæ utendo nihil deteruntur, veluti vaſa auri admodum puri: ſunt alia quæ uſu teruntur, veluti veſtimenta, vaſa argenti, æris, ferri, atque horum ſimilia. Si quis ex ejuſmodi re ſacra, quæ terrâ non inhæreret, cepiſſet utilitatem pro obolo, ſiquidem ea res uſu non terebatur, ut ſi quis uteretur ſacris vaſis ex auro puro, is prævaricatione teneretur. Sin tantundem utilitatis cepiſſet ex ea re ſacra, quæ ſcilicet uſu terebatur, ut ſi quis veſtes ſacras induiſſet, ſi ſecuri ſacrâ ligna finderet, tum demum prævaricatione obſtringeretur, ſi rem ſacram reddidiſſet uno obolo viliorem: eam videlicet ipſam, ex qua commodum cepiſſet, ac capere ſtuduiſſet: porro oportebat, ut quantum ipſe commodi cepiſſet, tantundem rei ſacræ detrimenti attuliſſet. Si quis igitur circiter oboli dimidij commodum è re ſacra cepiſſet, & huic eidem rei fere dimidij oboli detrimentum intuliſſet: & ſi quis ex aliqua re ſacra commodum unius oboli cepiſſet, atque alij rei ſacræ detrimentum unius oboli attuliſſet, ita, ut nihil commodi cepiſſet ex ea re ſacra, quam detriviſſet, nec detriviſſet eam, ex qua cepiſſet commodum, is prævaricatione neutiquam obſtringeretur: nempe oportebat ut commodum unius oboli caperet è re ſacra, atque hoc commodo capiendo eandem rem ſacram pro obolo toto detereret: res exemplo illuſtretur. Si quis de veſte ſacra pannum diſſuiſſet, & aſſuiſſet veſti ſuæ, hanc induiſſet, è panno illo utilitatem unius oboli cepiſſet, detrimentum unius oboli veſti attuliſſet illi, unde pannum diſſuiſſet, pannum autem ipſum nihil detriviſſet, is prævaricatione non obſtringeretur: nimirum hic commodum cepiſſet ex una re, & alij rei detrimentum intuliſſet. Id verò ante dictum eſt, ſi quid utilitatis cepiſſes ex aliqua re ſacra, atque ex eadem utilitatis aliquid ſodali tuo impertiſſes, hæc duo

inter ſe conjungi etiam in tempus longinquum.

Victimis ſanctioribus, & his integris ſi quis evelliſſet lanæ aliquid, ex eaque cepiſſet unius oboli commodum, prævaricatione obſtringeretur, ut etiam victimis detrimenti nihil attuliſſet. Nimirum erant iſtæ victimæ inſtar poculi aurei, quod nihil detrimenti caperet: neque enim evulſio lanæ victimas iſtas minus idoneas ad ſacrificium reddebat. Eædem ſi vitio correptæ forent, quoniam vendendæ fuerant, & pretium earum per tonſuram vilius evadebat, niſi quis ex illis unius oboli commodum cepiſſet, idemque eis tantundem attuliſſet detrimenti, prævaricatione non obſtringeretur. Si quis autem his victimis jam mortuis lanæ quid evelliſſet, prævaricatione teneretur ubi primùm commodum cepiſſet; nam mortua quidem victima nihil detrimenti capiebat: ſed iſta prævaricatio, ut ſuprà dictum eſt, auctoritate ſapientum conſtituta fuit. II.

Si quis rebus templo reconcinnando ſacris abuſus, ſe ſe prævaricatione obſtrinxiſſet, ſi prævaricatione ſe obſtrinxiſſet imprudens, res ſacræ communes evaſiſſent, ut ſi quis deinceps aliquid utilitatis in iis caperet, impunè foret. Sin prævaricatione ſe obſtrinxiſſet ſciens, quoniam nullum de prævaricatione ſacrificium faciendum erat, res ſacræ non evaſiſſent communes, ſed ſuum uſque ſtatum tenebant: quare ſi quis imprudens deinde cepiſſet ex iis utilitatis aliquid, prævaricatione obſtringeretur. Quod ſic accipiendum, ſi quis cùm ſe ſe alligaret prævaricatione ſacri, id in communem ſtatum reſtitutum ſodali tribuiſſet: nam ſi quid utilitatis ex eo cepiſſet ipſe, atque eidem detrimenti quid attuliſſet, id verò homini alij non dediſſet, poſt unum & alteri relinquebatur prævaricandi locus in eadem illa re ſacra. III.

Nec verò in ſacris relinquebatur alij poſt alium prævaricandi locus, niſi in ſolis jumentis, atque utenſilibus. Exempli causâ ſi quis ad findendum aliquid uſus eſſet ſecuri ſacrâ, ex eaque oboli unius emolumentum cepiſſet, & tantundem ei detrimenti intuliſſet, tum & alter eadem ad findendum aliquid uſus ſit ſecuri ſacrâ, ex ea tantundem emolumenti ceperit, ei detrimenti tantundem intulerit, prævaricatione uterque obſtringeretur. Sin unus aliquis ſacram hanc ſecurim abſtulerit, eamque dono dederit alteri, ille prævaricatione obſtringeretur, IV.

hic non obſtringeretur. Item ſi quis ad bibendum uſus ſit ſacro auri poculo, ex eoque emolumentum oboli ceperit, tum & alter eodem illo poculo ad bibendum uſus tantundem ex eo ceperit emolumenti: poſt & tertius ad potandum eo poculo uſus idipſum emolumenti ex eo ceperit, prævaricatione pariter obſtringerentur omnes. At ſi quis poculum ſacrum abſtulerit, alterique donârit, aut venum dederit, prior ille prævaricatione teneretur ſcilicet, at non teneretur alter. Et ſi quis in aſino ſacro equitârit, emolumentum oboli ex eo ceperit, eidemque detrimenti tantundem intulerit, tum & alter in eodem aſino equitârit, tantundem ex eo ceperit emolumenti, tantundem ei attulerit detrimenti, poſt & tertius itidem in eo aſino equitârit, idem ex eo emolumentum ceperit, idem ei detrimentum attulerit, prævaricatione æquè obſtringerentur omnes. Si quis autem ſacrum illum aſinum vel dono dederit alteri, vel vendiderit, vel mercede locârit, ille prævaricatione teneretur quidem, non item alter. Et ſi quis ſecurim ſacram alteri dederit utendam, ille propter voluptatem ex mutuo dato perceptam, prævaricatione teneretur: alter autem ut ſecuri de integro ad findendum aliquid uteretur, licebat. Eadem eſt ratio & jumenti ſacri.

V. Non erat eadem ratio beſtiæ altari ſacræ: nam in ea poſt alium alij relinquebatur locus prævaricandi * iterum & ſæpius. Exempli gratiâ ſi quis hoſtiæ pro peccato lanæ quid evelliſſet, tum eidem hoſtiæ lanæ quid evelliſſet, & alter, deinde lanæ quid evelliſſet eidem hoſtiæ tertius, prævaricatione tenerentur omnes. Item & iſtam hoſtiam ſi quis dono dediſſet alteri, & rurſus alter eam dono dediſſet tertio, prævaricatione pariter obſtringerentur omnes. Ac mihi quidem ita videtur, fertorum, avium, libaminum, & vaſorum miniſterij ſacri fuiſſe rationem eandem atque victimæ; nimirum erat iſtorum ſita ſanctitas omnis in ipſo corpore.

VI. Victima ſanctior vitio correpta, quoniam redimebatur, erat inſtar rerum templo reconcinnando ſacrarum: earum pretium tantùm ſacrum erat. Ita ſi quis ejuſmodi victimam dono dediſ-

V. *Iterum & ſæpius.* Hîc apud editionem in parvo Folio anni 1574. correctè legitur עד כמה פעמים, mendosè eſt in Folio magno 1524. על כל פנים.

ſet alteri, porro & alter tertio, omnino omnium primus prævaricatione obſtringeretur.

Dictum eſt à ſapientibus ſi quis lapidem, aut trabem ſacram abſtulerit, alterique dono dederit, prævaricatione obſtringi ambos: ſin eam alicui dono dediſſet quæſtor is, apud quem erat depoſita, obſtringi prævaricatione non quæſtorem, ſed illum alterum: ſed hoc meâ quidem ſententiâ ad eum demum pertinebat hominẽ, qui iſtiuſmodi re ſacra abuſus, ſciens ſe prævaricatione alligâſſet, quippe qui ſacrum iſtud non reducebat ad ſtatum communem. Si quis obolum ſacrum abſtulerit ſuum eſſe cogitans, prævaricatione non obſtringeretur ante, quàm eum expenderit in uſus ſuos, vel alicui dono dederit: quem ſi dono dederit alteri, prævaricatione obſtringeretur ipſe quidem, non item alter; propterea quòd in ejuſmodi rebus ſacris, ſicut ante dictum eſt, non relinquebatur locus prævaricandi alij poſt alium. Similis erat ratio iſti ſimilium. VII.

Si quis ſeu lapidem, ſeu trabem ſacram abſtulerit, prævaricatione non obſtringeretur, ut pote qui nullam adhuc ex ea utilitatem ceperit: eandem ſi in ædificium ſuæ domûs adhibuerit, prævaricatione teneretur, Qui ſi ſuper feneſtram alicujus conclavis eam poſuerit, non adjunxerit, non obſtringeretur prævaricatione donec ſubter eam manſerit id temporis ſpatium, quod oboli mercede conduceretur: quippe qui alioquin nullam haberet ex ea utilitatem, quæ quidem appareret. Si quis obolum ſacrum abſtuliſſet, ac balneatori dediſſet, is tametſi non laviſſet, prævaricatione obſtringeretur tamen. Etenim hoc ex eo commodum cepiſſet, ut lavaret quocunque tempore libitum fuiſſet. Similiter ſi artificum alicui dediſſet obolum, prævaricatione obſtringeretur, tametſi opus ſuum nondum feciſſet artifex. VIII.

Eodem ſi vaſculum mercatus ſit, ſed à mercatore non abſtulerit, prævaricatione teneretur ſiquidem ab ethnico mercatus erat; ſin ab Iſraëlita, prævaricatione non obſtringeretur. IX.

Si quis argentum ſacrum cogitans eſſe commune expenderit in neceſſaria ſua, quamvis ea non eſſent profana, prævaricatione teneretur tamen: ut ſi quis ſuam hoſtiam pro peccato, ſuam hoſtiam pro delicto, ſuum Agnum Paſchalem emerit argento ſacro: item ſi quis indigens piaculi piaculare ſacrum X.

ſuum emerit argento ſacro, prævaricatione obſtringeretur. Sed in his omnibus nemo prævaricatione obſtringebatur ante, quàm victimarum ſanguis aſperſus altari fuerat. Quare ſi quis ferta, libamina, panem Euchariſtici ſacrificij mercatus eſſet pecuniâ ſacrâ, peccâſſet ille quidem, ſed prævaricatione non eſſet obſtrictus: in his enim non erat ſanguinis aſperſio, quâ piaretur homo.

XII. Si quis ſiclum ſuum pependiſſet de pecuniis ſacris, is cùm primùm ſeparatâ ſiclorum parte coëmpta fuiſſet vel una beſtia, cujus eſſet aſperſus altari ſanguis, prævaricatione obſtringeretur: nimirum hic partem ſuam haberet in ea beſtia, cujus ſanguis aſperſus altari fuiſſet.

XIII. Si quis ſiclum ſuum ſepoſitum in alia quædam neceſſaria ſua expendiſſet ipſe vel alius, prævaricatione teneretur. Et ſi quis ſiclum ab aliquo ſibi datum eò, ut illius nomine penderetur, pependiſſet nomine ſuo, ſi ſiclorum fuerit jam facta ſeparatio, prævaricatione teneretur: quia enim ſiclorum illa ſeparatio fiebat habita ratione & eorum, qui fuerant etiam colligendi ita, ut Tractatu de Siclis expoſuimus: itaque perinde erat, ut ſi ſiclus ille jam in conclave veniſſet, ac propterea qui ſiclum illum pependerat, prævaricatione obſtrictus erat: idem non obſtringeretur prævaricatione, ſi necdum ſiclorum eſſet facta ſeparatio. Jam in * conclavis reliquiis omnino prævaricandi locus erat nullus.

CAPUT SEPTIMUM.

ART. I. Si quis inſciens ſacrum quid expendiſſet non per ſe, ſed per procuratorem, procuratorne, an qui mandatum dederit prævaricatione obſtringeretur?

SI quis per imprudentiam aut rem ſacram abſtulerit, aut pecuniam ſacram, & hic idem alicui mandarit, ut eam ratione profanæ rei expenderet, ita res erat: ſi qui mandatum acceperat ei ſatisfeciſſet prævaricatione teneretur is, qui mandatum dederat. Sin qui mandatum acceperat, id ſua ipſius voluntate perſecutus ſit, ipſemet prævaricatione obſtringere-

XIII. *Conclavis reliquiis.* Ut hoc intelligatur ſciendum id quod à Scriptore noſtro exponitur Tract. de Siclis ad art. 4. cap. 2. ſiclos illos in ſingula capita imperatos quotannis in aliquod templi conclave fuiſſe deportatos, ibi tres arcas fuiſſe completas ſiclorum illorum parte, quæ pars תרומת הלשכה *ſeparatio conclavis* nominaretur: reliquum eorum in pavimento conclavis eſſe relictum: id eſſe vocatum שירי הלשכה *reliquias conclavis*.

tur,

tur. Exemplum rei poſitum ſit hujuſmodi, ſi pater familias ſuorum alicui mandâſſet, ut de certo quodam carnis ſacræ genere daret hoſpitibus, iſque dediſſet illis paſtillū panis, contráve pater-familias mandâſſet, ut daret illis paſtillum panis, iſque dediſſet eis carnem: item ſi mandâſſet pater-familias, ut ſibi ferret aliquid de feneſtra, iſque detuliſſet aliquid ex armario; contráque, ut ſibi quid ex armario ferret, tuliſſetque de feneſtra, qui mandatum acceperat prævaricatione obſtringeretur. Eademque erat ratio cunctorum iſtis ſimilium. Atenim ſi qui mandatum acceperat, abiſſet, atque de feneſtra, ſicuti juſſus erat, aliquid ad patrem-familias detuliſſet, & poſtea pater-familias ita diceret, at hoc in animo erat dicere, ut mihi ferretur aliquid ex armario, nihiloſecius prævaricatione pater-familias obſtringeretur: mandatum enim ex ejus edicto factum eſſet, & quod in animo dictum, indictum eſt. Quin etiam ſi qui mandatum acceperat fuiſſet ſurdus, amens, natu minor, qui non ſunt idonei, quibus quidquam mandari queat, modò juſſa peregiſſet, prævaricatione pater-familias obſtringeretur: quæ ſi juſſa patrata non eſſent, pater-familias impunè foret. Et ſi quis alicui mandâſſet ut carnis fruſta daret hoſpitibus ſingulis ſingula, iſque edixiſſet hoſpitibus, ut acciperent ſinguli bina, obſtringeretur prævaricatione pater-familias, cujus mandatum confectum eſſet, & qui mandatum acceperat impunè fuiſſet eò, quòd nihil ipſe contra mandatum feciſſet, ſed aliquid ad ipſum addidiſſet: ſin autem hoſpitibus dixiſſet is, qui mandatum accepiſſet, Ego vobis mea propria voluntate concedo, ut fruſta carnis accipiatis ſinguli bina, prævaricatione obſtringerentur ambo. Quòd ſi cepiſſent hoſpites fruſta ſinguli terna, & ipſi prævaricatione tenerentur: nam horum alius ab alio mandatum eſſet confectum, inſuper & voluntariè amplificatum: itaque & ille, à quo mandatum habebatur, pœnâ teneretur, quia mandatum ejus patratum, nihil contra factum erat, & qui mandatum acceperat, pœnâ teneretur quoque, propterea quòd ad mandatum voluntate & ipſe addidiſſet aliquid.

Sic ſe res habebat ſiquidem fruſta carnis illa fuerant ex iis be- 11.
ſtiis, quæ templo reconcinnando ſacræ forent: nam ſi fuiſſet ex holocauſto caro, prævaricatione non eſſet obſtrictus, niſi ſolus ille, qui veſceretur eâ; is enim præter prævaricationem

commiſiſſet & aliud nefas: nec verò à Lege datur uſquam homini poteſtas, ut procurationem rei nefariæ committat niſi prævaricationis ſolius, quacum non eſt commiſtum nefas aliud.

III. Si quis obolum argenti ſacri ſuo procuratori dediſſet, ſimul & eidem mandâſſet ut ſibi lucernas illius oboli dimidio, & dimidio coëmeret ellychnia, procurator abiſſet, emiſſet aut lucernas obolo toto, aut toto obolo ellychnia: contráque procuratori mandâſſet, ut ſibi coëmeret lucernas toto obolo, aut toto obolo ellychnia, & procurator abiſſet, coëmiſſet lucernas oboli dimidio, & dimidio oboli ellychnia, impunè forent ambo: nam pater-familias quidem prævaricatione non obſtringeretur, quòd ejus de obolo mandata confecta non eſſent, & procurator item prævaricatione non obſtringeretur, quippe qui mandatum de obolo non prorſus irritum feciſſet. Qui ſi procurator à patre-familias mandatum haberet, ut certo quodam è loco ei lucernas oboli dimidio, & dimidio oboli ex certo quodam loco coëmeret ellychnia, idem abiſſet, coëmiſſet lucernas ellychniorum è loco, & è loco lucernarum ellychnia, prævaricatione procurator obſtringeretur.

IV. Si quis ex argento ſacro procuratori ſuo dediſſet obolos duos, & eidem mandâſſet, ut ſibi citreum malum coëmeret, procurator abiſſet, emiſſet citreum malum obolorum uno, & altero malum granatum, prævaricatione procurator obſtringeretur, pater-familias impunè foret: is enim mandaverat, ut ſibi malum citreum duorum obolorum emeretur. Quare ſi malum illud citreum uno emptum obolo obolorum eſſet duorum, pater-familias & procurator ambo prævaricatione obſtringerentur.

V. Si pater-familias obolum argenti ſacri procuratori ſuo dediſſet, quo ſibi certum quid rei coëmeret, atque priùs, quàm in mercatoris venerit manus argentum ſacrum eſſe recordatus ſit pater-familias, prævaricatione procurator obſtringeretur: error enim ſolius eſſet procuratoris, ſiquidem pater-familias jam recordatus fuerat argentum eſſe ſacrum: atqui nemo, ſicut ante dictum eſt, ſacris ſciens abuſus, prævaricationis ſacrificium offerebat: ſi procurator etiam priùs, quàm in mercatoris manus venerit argentum ſacrum eſſe reſciverit, hi quidem immunes à ſacrificio prævaricationis eſſent ambo: mercator autem ſacri-

ficium illud deberet cùm primùm obolum iſtum argento ſuo commiſtum expendiſſet, quippe qui per imprudentiam egiſſet. Qui ſi mercatori renuntiâſſent obolum illi datum à ſe ſacrum eſſe, tres ſimul à ſacrificio fuiſſent immunes, & empta res ad ærarium ſacrum pertineret.

Ac mercator ne quid ſceleris admitteret, idemque argento omni ſuo licitè uteretur, ita faciebat: obolum prehendens communem, aut quodcunque commune vas dicebat, obolus ille argenti ſacri, ubi ubi ſit, per hoc reſtituatur in ſtatum communem, atque ſubſtitutus obolus, ſeu ſubſtitutum vas fiebat ſacrum, & erat mercatori licentia utendi omni argento ſuo. Et ſi fortè ſacer obolus in loculum integrum incidiſſet, vel ſi quis dixiſſet, Unus ſit obolus in iſto loculo ſacer, eum obolum itidem reſtitueret in ſtatum communem priùs, quàm loculo uteretur: qui ſi loculum expenderet non reſtituto in communem ſtatum obolo ſacrato, prævaricatione non obſtringeretur ante, quàm totum expendiſſet loculum. VI.

Si quis ita dixiſſet, Sit una crumena crumenis è meis ſacra, ſit una bos è bobus meis ſacra, erat prævaricandi locus tum in omnibus, tum in earum parte aliqua. Quid igitur faceret? Nempe demeret ex eis omnium maximam, atque ita diceret: Si hæc ipſa ſacrata fuit, ſacra maneat: ſin minus, conſecrata illa in communem ſtatum reducatur per iſtam, tum deinde ſingulis iſtâ minoribus uteretur. VII.

Si quis prævaricationem admiſit in pecunia ſacra minori, quàm obolo, ſeu prudens, ſeu imprudens, ſortem ejus pecuniæ rependebat, non addebat autem quintam partem, nec offerebat ſacrificium, ac meâ quidem ſententiâ qui prudens abuſus fuerit pecuniâ ſacrâ minori, quàm obolo, non verberaretur. VIII.

Si quis pecuniam ſacram depoſuerit apud patrem-familias, hic eam in uſus ſuos expenderit, prævaricatione pater-familias obſtringeretur: neque enim ipſi fuerat utendi licentia, nec data fuit à depoſiti domino. IX.

Si quis pecuniam ſacram depoſuerit aut apud menſarium, aut apud mercatorem, eamque nec obſignatam, neque alio atque vulgari ligamento obligatam, hi quoniam jure ſuo quodammodo pecuniâ uterentur, cùm eam expendiſſent, impunè foret & depoſiti dominus, quippe qui non dixerit nominatim ut X.

depoſitâ pecuniâ uteretur mercator, & mercator impunè foret, quòd cùm pecuniam eam accepiſſet nec ligamento extraordinario obligatam, neque porro obſignatam, per quandam quaſi licentiam eâ pecuniâ uſus eſſe videatur.

XI. Mulier ſi pecuniam ſacram ad virum ſuum detuliſſet, vel cùm is, à quo veniat mulieri hæreditas, è bonis ſuis conſecrârit aliqua, adeoque bona ſacrata jure hæreditario mulieri obveniſſent, vir ejus, ſi hæc expenderit in uſus ſuos, prævaricatione obſtringeretur.

CAPUT OCTAVUM.

ART. I. Nec ab ærario ſacro conductis operis quidquam ſacrũ comedendum.

ÆRARIUM ſacrum ſi conductis operis pactum eſſet alimenta, tamen illis vel unam comedere caricam ſacram non licebat: ſi comediſſent, prævaricatione obſtringerentur: ſed enim alimentorum pretium præbebat illis ærarium ſacrum.

II. Si quis viciam ſacram tereret, is oportebat bovis os obſtrueret: nam quod eſt in Lege, *Non ligabis os bovis in tritura ſua*, id trituram ſignificat eam, quæ bovi eſſet idonea.

Deut. 25. 4.

III. Non poterant res ſacræ redimi atque ad ſtatum communem reduci operâ, pecuniâ poterant: verbi gratiâ, ſi ab ærario ſacro minam opere faciendo meruiſſet opifex, illi pro mercede dare ſeu jumentum, ſeu pallium ſacrum non licebat ante, quàm id pecuniâ redemptum atque ad ſtatum communem reductum eſſet. Cùm verò commune factum eſſet, id dabant opifici pro mercede, ſi vellent. Ac jumentum illud quidem rurſus ab opifice coëmebant eâ videlicet pecuniâ, quæ eſſet ex *ſeparatione conclavis.*

IV. In templo cùm erat aliquod extruendum ædificium, in id quidem non impendebantur materia & ſaxa, quæ eſſent ærarij ſacri: nec verò ædificando animum inducebant ſacrum eſſe ædificium, ſed totum exædificabatur communibus è rebus, eam ob cauſam, ne quis ex ædificij umbra caperet aliquid commodi, neu aut aliquo ſaxo inter ædificandum, aut aliqua trabe inniteretur. Et cùm erat exactum ædificium, tum ære ſacro redimebatur: quòd ſi quæſtoribus ærarij ſacri in unum aliquem diem ligna opus eſſent, emebant illa argento ſacro: etenim

ligna cùm non tenerentur diu, non erat metuendum ne quis innixus ipſis prævaricatione obſtringeretur.

Cùm aliquid aut in templo, aut in atriis ædificandum locabatur opificibus, pactio fiebat, ut ad hunc illum numerum cubitorum pro hoc illo numero ſiclorum efficerent: cubitus ille omnino digitorum erat viginti: verùm enim ad rationem ineundam, atque ad metiendum id, quod ab opificibus ædificatum fuerat, utebantur cubito majori, qui digitorum erat viginti quatuor, ne fortè daretur prævaricationi locus, quia enim in ineunda menſura plerumque non eſt hominum nimis accurata conſideratio. V.

Sacerdotes autem ex pacto judicum utebantur ſale ligniſque ſacratis ad comedenda ſacra illa, quorum partem ab ipſis comedi jus erat: non licebat autem ut iidem ad cibos ſuos communes ſacrum adhiberent ſal. VI.

Quidquid ſalis inerat aliquo victimæ membro dabat prævaricationi locum: & quidquid ſalis erat aut in colle, aut in altaris ſuperiori parte, non dabat locum prævaricationi. VII.

Par eſt hominem efficere & eniti, ut Legis ſanctæ judicia norit, ac rationem eorum pro captu ſuo percipiat: Et ſi cujus rei nullam invenerit cauſam & rationem, non eam propterea levem eſſe putet: ¶ *Ne tranſeat terminos, nec aſcendat ad Dominum, ne fortè interficiat illum*: neu de illa re judicet ex cunctis rebus profanis; veni, vide quàm ſeverè de prævaricatione Lex ſtatuerit: quòd ſi ligna, lapides, pulvis & cinis ſimul eis imponeretur nomen Domini mundi, conſecrarentur ita, ut ſi quis uteretur ipſis pro communibus, prævaricatione obſtringeretur, & quamvis imprudens feciſſet, nihilo ſecius piaculo indigeret: quantò major eſt cautio, ne quæ ſancita habemus à Deo Optimo Maximo reſpuat homo, propterea quòd rationem eorum ignoret, idemque Deo attribuat quæ ſunt à vero aliena, ac denique de præceptis ejus eandem atque de rebus profanis cogitationem ſuſcipiat. Eſt in Lege, *Cuſtodite omnia præcepta mea, & univerſa judicia, & facite ea*, de quo ita ſapientes; tam eſſe cuſtodienda ac facienda præcepta, quàm judicia. Jam id ſatis intelligitur, facere præcepta, nihil eſſe aliud, quàm VIII. Exo. 19.24. Lev. 19.37.

¶ Quod eo ſcripturæ loco in aliam ſententiam dicitur, huc ad ſenſum ſuum eleganter traduxit Majemonides.

obſervare præcepta: cuſtodire autem eſt cavere ne præcepta putentur eſſe judiciis inferiora: namque judicia ſunt quorum eſt aperta ratio, & quorum obſervationem patet etiam in hac vita utilem eſſe, cujuſmodi ſunt quæ ſanciuntur de rapto, cæde, pietate erga parentes: præcepta autem ſunt quorum non eſt cognita ratio: Etenim de his ſapientes Deum faciunt ita loquentem, Præcepta præcepi tibi, quæ non licet cogitando excutias & ſcruteris: verùm enim his agitatur animus, his adverſantur & repugnant gentes: Talia ſunt quæ ſanciuntur de ſuïna, de carne lacte conditâ, de vitula percuſſa, de vacca rufa & de hirco emiſſario. Quàm angebatur animo Rex David atheos & gentes repugnare præceptis! qui cùm maximè Regem urgebant ſophiſmatis ad anguſtias ingenij humani contortis, ille multò magis amplexabatur Legem ac tuebatur, quod
Pſal. 118 69. verum eſſe hoc ipſe verbo teſtatur, *Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum: ego autem in toto corde meo ſervabo mandata*
Ibid. v.86. *tua*: eodemque loco hac ipſa de re ita dicit, *Omnia mandata tua veritas, iniquè perſecuti ſunt me, adjuva me.* Jam omnia ſacrificia ſunt præceptorum è numero: præclarè igitur ſapientes propter religionem ſacrorum conſervari mundum, quia enim obſervandis præceptis ac judiciis homines probi vitam ævi venientis conſequuntur. Et cùm de præſcriptorum obſervatione Lex commonet, præcepta reliquis anteponit, ſiquidem ſcri-
Lev. 18. 5. ptum legimus, *Cuſtodite* ¶ *leges meas atque judicia, quæ faciens homo, vivet in eis.*

¶ Quod hîc Vulgatus Interpres *leges meas*, plerumque præcepta mea reddere ſolet.

Finis hujus Libri.

PRIMI TRACTATUS
variæ lectiones.

In Majori.	In Minori.
CAP. I. ART. I. עליו.	איליו.
CAP. II. Art. I. המזבח מקומו מכוון.	המזבח מכוון.
ונאמר ויבן שם שלמה את הבית בהר.	ונאמר בדברי הימים ויחל שלמה לבנות את בית יי בירושלים בהר המוריה אשר נראה לדוד אביהו אשר הכין במקום דוד בגורן ארנן היבוסי.
VII. deſideratur.	עלה יח טפחים זהו מקום מערכה.
deſideratur.	עלה יח טפחים וכונס לקרן זוית של היית בנין חלול מרובע לכל ארבע קרנות
מקום המערכה שמונה עשר טפחים.	מקום המערכה שמונה ועשרים טפחים.
VIII. נמצא חצי גובה המזבח כששה טפחים מסוף הסובב	נמצא חצי גובה המזבח כט טפחים מסוף הסובב.
וגובה מקום המערכה שמונה עשר טפחים.	וגובה מקום המערכה שמונה ועשרים טפחים.
IX. חיבור באמצע המזבח להבדיל.	חיבור באמצע המזבח בששה טפחים מסוף הסובב ולמטה להבדיל.
XII. שבו יורדין לשיתין.	שבו יורדין לשירת.
XVIII. והוא שלא יהיה נשאר אבן.	והוא שלא יהיה בנשאר אבן.
CAP. III, Art. VI. deſideratur.	ולא אמר ומלקחיה ומחתותיה זהב טהור : Atqui hîc quoque mendum eſt : nam pro ולא אמר poni debet ואמר, quippe reverà legimus Exodo 25 v. 38. ומלקחיה ומחתותיה זהב טהור.
CAP. IV. Art. IX. ודובר. mendosè.	ורובד. correctè.
וכן סביב לכותלי האולם מלמטה עד למעלה כך היו השלש יציעים מוקפין לבית משלש רוחותיו וכן.	deſideratur ad ſecundum וכן
X. deſideratur.	וחמשה על גביהן.

CAP VI. Art. V. Utraque editio mendosè habet בשעה שמזה מדם הפר ut probatur in adjecta nota, corrigendum eſt מדם הפרה.

In Majori.	In Minori.
XVI. במקדש ירושלים.	במקדש וירוש'.
אף על פי ששוממין.	אעפ ששומין.

	In Majori.	In Minori.
Cap. VII. Art. V.	עומד לפני האדון ה׳	עומד לפני יי׳.
VI.	בלשכת הגזית.	בלשכ׳ שהגזית.
IX.	ישב ופניו כלפי.	לא ישב ופניו כלפי.
	desideratur.	אלא לצפון או לדרום.
Cap. VIII. Art. V.	בית המוקד בארץ וזקני.	בית המוקד כיפה ובית גדול היה מוקף רובדין של אבן וזקני.
VI.	לא שישנו.	שלא ישנו.
X.	שישן על משמרו.	שישן על משמרתו.
XI.	עמוד השחר.	עמוד השער.

FINIS.



900057

udovicus 7520

Maimondes M - De cultu divino
(Ludovicus de Veil tr.)

PONTIFICAL INSTITUTE
OF MEDIAEVAL STUDIES
59 QUEEN'S PARK
TORONTO 5, CANADA

7520